CATALOGUS

CODICUM HAGIOGRAPHICORUM

LATINORUM

BIBLIOTHECARUM ROMANARUM

Albertus PONCELET, S. I.

CATALOGUS

CODICUM HAGIOGRAPHICORUM

LATINORUM

BIBLIOTHECARUM ROMANARUM

PRAETER QUAM VATICANAE

Prodiit in appendice
ad *ANALECTA BOLLANDIANA*
tom. XXIV-XXVIII



BRUXELLIS
APUD EDITORES
22, Boulevard Saint-Michel
1909

27212

016.27
P774

BHL. = *Bibliotheca hagiographica latina antiquae et mediae aetatis.* Bruxellis, 1898-1901.

Catal. Lat. Brux. = *Catalogus codicum hagiographicorum bibliothecae regiae Bruxellensis.* Pars I. Codices latini membranei. Bruxellis, 1886, 1889. Tomi duo.

Catal. Lat. Paris. = *Catalogus codicum hagiographicorum latinorum antiquiorum saeculo XVI qui asservantur in bibliotheca nationali Parisiensi.* Bruxellis, 1889-1893. Tomi quattuor.

Mir. BVM. = *Index miraculorum B. V. Mariae* editus in ANAL. BOLL. XXI. 241-360.

I. ARCHIVUM CAPITULI
SANCTI PETRI IN VATICANO

CODEX A. 2 (ALIAS A)

Membraneus, foliorum 262 [sign. 1-170, 170 bis, 171-190, 190 bis, 191-260] ($0^m,48 \times 0^m,35$), paginis bipartitis exaratus variis manibus saec. X/XI. Multa menda admiserunt librarii neglegentes vel parum docti.

1. (Fol. 1-9^v) Passio S. Martinae martyris. = *BHL.* 5587. Ian. 1.

2. (Fol. 9^v-24) Relatio Amphilochii episcopi Iconii de vita et miraculis beati Basilii archiepiscopi Neocesareae Cappadociae. = *BHL.* 1022.

Deest inscriptio. Constat hoc exemplar, sicut et alia vix non omnia, quae vidimus, capitulis pluribus quam quae edita sunt. Quare non abs re fore putamus, si plenam libelli formam ad hunc codicem atque ad exemplar Vaticanum 1194 distinctius explicaverimus.

1) Initium ut *BHL.* 1022 usque ad cap. 7 extr. : *cum omni domo sua credentem in Domino.*

2) § De femina quae censum solvebat. Inc. *Et cum sanctus egrederetur, adest muliercula* — Des. *quicquid abstulit ab ea dupliciter de propriis rebus.*

3) § De Iuliano apostata. Inc. *Per idem tempus Iulianus pessimus imperator pergens contra Persas* — Des. *et participarentur divinorum officiorum.*

4) § De diacono qui libellum tenebat (et de aliis). Inc. *Quo facto et eo sancta exaltante, signum factum non est* — Des. *cultum paternum impendens summo Christi sacerdoti.*

5) = *BHL.* 1022, cap. 8. Inc. *Helladius autem sanctae recordationis* — Des. *glorificantem et laudantem Deum. Amen.*

6) = *BHL.* 1022, cap. 9. Inc. *Enarravit autem et hoc praedictus* — Des. *Hoc autem magno miraculo facto ... in saecula saeculorum. Amen.*

7) = *BHL.* 1022, cap. 11. Inc. *Fratres, narrationem volo facere... Ephraem nobilis existens* — Des. *secundum quod dictum fuerat ad illos* (= *BHL.* 2564).

8) § De Deo odibili Valente. Inc. *Dum Deo perosus Valens* — Des. *in saecula saeculorum torquendus.*

Cod. A. 2.

9) = *BHL.* 1022, cap. 10. α) Inc. *Mulier quaedam nobilis genere et divitibus saecularibus orta, et vanitatibus huius mundi composita* — Des. *certantes in bonis operibus et glorificantes Deum et dominum nostrum Iesum Christum.*

vel β) Inc. *Mulier autem quaedam divitiis et nobilitate compta et reliqua vanae huius vitae officio prae cunctis elata* — Des. *qui fideliter ad ipsos accedunt.*

10) § De Ioseph hebraeo. Inc. *Hic Ioseph cum praecelleret in arte medicinalis disciplinae* — Des. *cum aliis sacerdotibus dormit. Requievit autem Basilius, qui angelica vita super terram conversatus est... Amen.*

3. (Fol. 24-25ᵛ) Passio ss. mm. Marciani presbyteri, Macarii et Stratoclini et Protogeni. Ian. 2.

Inc. *Temporibus Maximiani imperatoris, qui regnavit post Diocletianum imperatorem, factum est tale signum in Capitolio, ut Iovis...*

Des. *ut ibidem decollarentur in fundo Suppliciuno territorio Corae miliario ab urbe trigesimo, ubi hodie corpora eorum requiescunt in pace, regnante Domino... Amen.*

4. (Fol. 25ᵛ-26ᵛ) Passio ss. mm. Fructuosi episcopi, Accurius et Eulogius diaconus. = *BHL.* 3196. Ian. 3.

Inc. *Sub Valeriano...* — Reliquis omissis, des.: *Sed in hoc Domini et Salvatoris nostri non defuere magnalia, cui honor... Amen* (= *Act. SS.* num. 6 med.).

5. (Fol. 26ᵛ-40ᵛ) Passio ss. mm. Iuliani et Basilissae. = *BHL.* 4532. Ian. 13 (*ita corr. sup. ras.*).

Deest prologus.

6. (Fol. 40ᵛ-45ᵛ) Vita et acta S. Symeonis prophetae et monachi, qui stetit in columna annum unum super pedem unum. = *BHL.* 7957. Ian. 5.

7. (Fol. 45ᵛ-48) Passio S. Firminae mart. Ian. 10.

Inc. *Temporibus Diocletiani augusti cucurrit sacra praeceptio* ////////// *ad Olympiadem quendam consularem, et cum diu inquisitio fieret, nuntiatum est ei quod esset puella virgo, nomine Firmina, filia Calpurnii praefecti urbis in quodam fundo suo sedens et fervens in Spiritu sancto...*

Des. *Audiens haec quaestionarius, nomine Ursianus, misit ad quendam presbyterum, nomine Valentinum, rogans eum ut baptizaret eum. Et dum percepisset baptismum, fuit in carcere aliquantos dies. Et dum hoc audisset* (ita corr. sup. ras.) *Megetius augustalis, ecce iterum post paucos dies* <.....> *de carcere et misit eum Ravennam, et ibi eum capite truncari praecepit sub die idus ianuarias; requievit in pace, glorificantes* (corr. -*cate*) *Deum Patrem... Amen.*

8. (Fol. 48-55) Vita et conversatio S. Theodorae Alexandrinae. Ian. 12.

Inc. *In diebus Zenonis imperatoris et Gregorii praefecti Alexandriae erat quaedam mulier, Theodora nomine, iuncta viro, pulchra facie et divitum parentum filia...* Cod. A. 2.

Des. *Defunctus est autem et archimandrita monasterii, et fecerunt pro eo abbatem Theodorum, qui beatae Theodorae filius fuit spiritualis et* (*-alis et* sup. ras. corr.) *archimandrita* (*-tae* corr.). *Et Deus glorificatus est et glorificatur in saecula, qui facit mirabilia magna solus... Amen.* Cf. *BHL.* 8070.

9. (Fol. 55-55^{v}) Natale et passio SS. Felicis presbyteri, et ambo fratres. = *BHL.* 2880. Ian. 14.

Inc. *Cum fervor... interficeret, duos fratres simili modo Felicem et Felicem gratia dignos presbyteros* — Des. *Ubi pacis tempore fabricata est basilica, in qua beneficia divina exuberant orationibus eius usque in hodiernum diem, ad laudem... Amen.*

10. (Fol. 55^{v}-56^{v}) Item de alio Felice fratre eius. = *BHL.* 2885.

11. (Fol. 56^{v}, 89-92^{v}) Passio S. Potiti mart. = *BHL.* 6908. Ian. 15.

12. (Fol. 92^{v}-96^{v}, 81-88^{v}, 73-75) Vita B. Mauri abbatis. = *BHL.* 5773. Ian 15.

Desunt epistula et prologus.

13. (Fol. 75-79^{v}) Natale SS. Cyriaci, Largi et Smaragdi. = *BHL.* 5235. Aug. 8.

Adnotavit fol. 75 litteris rubris alia manus: *In hac enim gesta continetur passio sancti Marcelli papae, quae est mense ianuario die XVI.*

14. (Fol. 79^{v}-80^{v} et 65-69) Vita S. Antonii. Ian. 17.

Inc. *Beatus Antonius abbas cum esset in civitate Patras in monasterio, non valebat servitium Dei facere quomodo ipse cupiebat, quia cotidie videbat ad se venire multas gentes saeculares* — Des. *tumulum* (sancti Pauli Thebaei) *ex more composuit in summum verticem montis Cedron, quae* (corr. *qui*) *est iuxta Sinay. Antonius vero reversus est in cellulam illam sedensque in magna humilitate deprecans Deum cunctis diebus vitae suae; et indutus est tonicam* (corr. *tunica*) *beati senis, quam* (corr. *quae*) *de foliis palmae facta fuerat. Ipse vero primum monasterium in terra illa fecit, praestante Domino... Amen.*

15. (Fol. 69-72^{v}, 57-64^{v}, 97-111^{v}) Vita S. Antonii monachi edita a S. Hieronymo presbytero.

Inc. prol. *Bonum certamen constituistis vobis contra monachos qui sunt in Aegypto, ut aut similes sitis illis.* — Inc. *Antonius genere quidam erat Aegyptius, natus de parentibus nobilibus, quod Greci[s] dicunt eugenis* — Des. *et quando se vestiunt ea, quasi mandata ipsius ferrent cum gaudio.* — Inc. epil. *Haec est finis vitae corporalis Antoni* — Des. *sed et magis quasi seductores conculcant, expellunt eos, quasi corruptores hominum probati sunt.* — Inc. epil. Evagrii. *Tamen prudentes qui legere voluerint hanc scripturam ut dent veniam si graeci[s] sermonis vim* — Des. *ut in omnibus*

Cod. A. 2.

clarificetur nomen ipsius per magistrum et ortatorem nostrum Iesum Christum... Amen. Cf. *BHL.* 609.

16. (Fol. 112-112v) Vita et conversatio S. Aquilae et Priscae. Ian. 18.

Inc. *Audacius autem scripsi vobis, fratres ex parte...* etc. ut *Rom.* 15.15 — Des. *sit anathema, Maran Atha. Gratia Domini nostri vobiscum. Caritas mea cum omnibus in Christo Iesu, qui vivit... Amen* (Cf. I *Cor.* 16. 22-24). Omnia ex epistulis S. Pauli apostoli.

17. (Fol. 112v-127v) Passio S. Sebastiani et aliorum sanctorum. = *BHL.* 7543. Ian. 20.

18. (Fol. 127v-130) Natale ss. mm. Marii, Marthae, Audifax et Abbacum. = *BHL.* 5543. Ian. 20.

19. (Fol. 130-133) Passio S. Agnes. = *BHL.* 156. Ian. 21.

20. (Fol. 133-136) Passio S. Vincentii levitae. = *BHL.* 8628, 8633. Ian. 22.

21. (Fol. 136-143v) Passio B. Anastasii mart. = *BHL.* 411.

22. (Fol. 143v-146v) Miracula B. Anastasii incliti martyris, quod factum est temporibus papae Constantini urbis Romae, temporibus piissimi imperatori<s> Anastasii CPtani in monasterio qui appellatur Aqua Salvia. = *BHL.* 412.

23. (Fol. 146v-149v) Vita B. Pauli eremitae. = *BHL.* 6596. Ian. 10.

24. (Fol. 149v-155) Passio SS. Abbacyri et Iohannis. = *BHL.* 2078. Ian. 31.

25. (Fol. 156-162) Passio S. Blasii. = *BHL.* 1379. Febr. 3.

26. (Fol. 162-165) Natale S. Agathae mart. = *BHL.* 134. Febr. 5.

Inc. *In provincia Sicilia in urbe...*

27. (Fol. 165-168v) Passio S. Iulianae virg. = *BHL.* 4523. Febr. 7.

Cum prologo β, initio δ.

28. (Fol. 168v-170 bis) Passio ss. mm. Zotici, Amantii, Cerealis et Primitivi. = *BHL.* 9028. Febr. 10.

29. (Fol. 170 bis-177v) Passio S. Tatianae virg. = *BHL.* 7989. Febr. 9 (*corr.* 8.)

Inc. *Regnante in orbe terrarum domino nostro Iesu Christo...*

30. (Fol. 177v-183) Passio S. Sabini Canosini ep. = *BHL.* 7443. Febr. 9.

Contractis ultimis sententiis, des. (cf. *Act. SS.*, num. 24) : *protinus et manus scribentis et aures fatigantur auditoris. E quibus perpauca scripsimus ad laudem domini nostri Iesu Christi et consolationem nostrorum, ipso tribuente... Amen.*

31. (Fol. 183-185) Passio S. Valentini. = *BHL.* 8460. Febr. 14.

32. (Fol. 185-186v) Passio S. Valentini presb. = *BHL.* 8466.

Des. ut *BHL.* 5543.

33. (Fol. 187-195ᵛ) Passio B. Theodori mart. = *BHL.* 8086. Febr. 7. Cod. A. 2.

34. (Fol. 195ᵛ-200) SS. Faustini et Iobittae. = *BHL.* 2837. Febr. 15.

35. (Fol. 200-204ᵛ) Vita B. Austrobertae. = *BHL.* 833. Febr. 7.

36. (Fol. 204ᵛ-207) Miraculum eiusdem virginis post transitum. = *BHL.* 834.

37. (Fol. 207ᵛ-212) Passio ss. martyrum decies milium. Febr. 21.

Inc. prol. *Salvatore nostro Iesu Christo apparente, orta est magna seditio christianorum excitans iustos ad poenam.* — Inc. *Adrianus vero et Antonius imperatores habentes praelium cum Eufratensibus et Agarensibus elegerunt virorum pugnatorum numerum novem milia* — Des. *Expelle, Domine, omnem operationem diabolicam* (cod. *-cas*) *et omnem immundum spiritum, quia gloriosus es in saecula. Amen. Finierunt autem sancti martyres vicesima prima die mensis februarii, regnante Domino... Amen.* Cf. *BHL.* 20.

38. (Fol. 212-215ᵛ) Passio S. Afrae virg. = *BHL.* 108, 109. Febr. 17.

Inc. *Aput regias civitates Augustae erat Narcissus episcopus tempore quo...*

39. (Fol. 215ᵛ-218) Passio S. Polycarpi. Febr. 23.

Inc. *Ecclesia quae incolatur apud Smyrnam ecclesiae Dei quae est in filio melior... Haec quae circa martyres et beatum Polycarpum, qui tamquam signaculum signans per martyrium quiescere fecit persecutionem* — Des. *a generatione in generatione, amen. Oramus vos bene valere, fratres, agentis satis evangelii verbo Christi Iesu... sic fiat mihi in regno Iesu Christi eius vestigiis inveniri.* — Inc. epil. I. *Haec transcripsit quidem Gaius ab Herenei discipuli Policarpi* — Inc. epil. II. *Ego vero Pionius de praedicto conscripto requirens... Amen.* Cf. *BHL.* 6870.

40. (Fol. 218ᵛ-225ᵛ) Passio S. Theodosiae. = *BHL.* 8090. April. 3.

Inc. ut in codice Duacensi 840 (*Anal. Boll.*, XX, 396, 8°).

41. (Fol. 225ᵛ-234ᵛ) Vita et religio B. Habramii et Mariae.

Inc. prol. *Fratres carissimi, volo vobis enarrare religionem bonam et perfectam admirabilis viri.* — Inc. *Hic igitur beatus parentes habuit dives valde; diligebant autem illum super mensuram humanae affectionis* — Des. *Quaeso te, sancte dominator, salvam fac animam meam in regno tuo et dignum me fac ut cum beato Habramio, cuius memoriam scripsimus, participem me fieri ubi chorus sanctorum consistit, adiuvante Domino... Amen.* Cf. *BHL.* 12.

42. (Fol. 234ᵛ-239ᵛ) Passio SS. XL martyrum. = *BHL.* 7540. Mart. 9.

Des. epilogus. *et credentibus in Trinitate et Unitate forte reliquerunt exemplum. Passi sunt autem... Amen.*

43. (Fol. 239ᵛ-252ᵛ) Passio SS. Leu<cii>, Thyrsi et Gallicinii. = *BHL.* 8280.

Inc. *In illis diebus, tempore quo...*

Cod. A. 2.

44. (Fol. 252v-255) Vita vel Passio B. Mauricii et aliorum trecentorum decem et octo martyrum. = *BHL.* 5737.

Des. *reliqua vero scripta sunt in libro vitae. Passi sunt autem beatissimorum martyrum legiones... Amen.*

45. (Fol. 255-257v) <Passio S. Mauritii et sociorum>. = *BHL.* 5741.

Reliquis omissis, des. (cf. *Act. SS.*, num. 14 extr.) *Ita vir sanctus consortium sanctorum celeri professione promeruit, qui primus ad revelationem Theodori Vallensis episcopi ostensus et cum hymnis et laudibus eum* (add. sup. lin.) *sepelivit.*

46. (Fol. 258-259v) <Passio S. Dionysii et sociorum>. = *BHL.* 2175.

Reliquis foliis perditis, supersunt solummodo fragmenta duo a cap. 17 med. ad cap. 20 med. et a cap. 30 med. ad cap. 32 med. Erravit autem qui fol. 258 adnotavit haec fragmenta ad principium tertii voluminis signati littera C (= cod. A 4) pertinere et ibi reliquam Passionem haberi.

CODEX A. 3 (ALIAS B)

Membraneus, foliorum sign. 15-172, 174-238 ($0^m,450 \times 0^m,335$), paginis bipartitis exaratus saec. XIII. Perierunt prima folia 1-14, sed et ultima post fol. 238.

Est hoc Lectionarium ad usum divini officii compositum, in quo descriptae sunt multae legendae sanctorum, aliquando integrae, saepius vero rescissis nonnullis locis decurtatae vel etiam in epitomen contractae. Quae cum omnes sint notissimae, paucis pro more nostro eas recensuisse satis erit.

1. (Fol. 15-18) Dionysius, Rusticus et Eleutherius (*BHL.* 2175).
2. (Fol. 18-20) Sergius et Bacchus (*BHL.* 7599).
3. (Fol. 20-22v) Callistus papa (*BHL.* 1523).
4. (Fol. 22v-24v) Lucas evangelista (*BHL.* 4973).
5. (Fol. 24v-26v) Chrysanthus et Daria (*BHL.* 1787).
6. (Fol. 26v-29v) Simon et Iudas apostoli (*BHL.* 7749).
7. (Fol. 29v-30v) Germanus ep. Capuanus (*BHL.* 3465).
8. (Fol. 30v-33v) Quintinus m. Viromandensis (*BHL.* 6999).
9. (Fol. 33v-34v) Inventio S. Quintini (*BHL.* 7000).
10. (Fol. 37-38) Caesarius mart. (*BHL.* 1511).
11. (Fol. 38-39) Leonardus Nobiliacensis (*BHL.* 4862).
12. (Fol. 39-42v) Quattuor Coronati (*BHL.* 1837).
13. (Fol. 42v-43v) Tryphon mart.

Inc. *Cum esset beatus Triphon annorum duodecim ludum exercens cum coaetaneis pueris...*

14. (Fol. 43v-47) Martinus ep. Turonensis (*BHL.* 5610, 5613, 5619).
15. (Fol. 47-50) Martinus papa (*BHL.* 5597).
16. (Fol. 50-51) Briccius ep. Turonensis (*BHL.* 1452).

17. (Fol. 51-54) Clemens papa (*BHL.* 1848).
18. (Fol. 54-59) Caecilia v. et m. (*BHL.* 1495).
19. (Fol. 59-61) Chrysogonus mart. (*BHL.* 1795).
20. (Fol. 61-62^{v}) Catharina v. et m. (ex Passione quae legitur in codicibus Vallicellanis X^{90}, XXIV^{83}).
21. (Fol. 63-66) Andreas apostolus (*BHL.* 428).
22. (Fol. 66-68) Viviana v. et m. (*BHL.* 1322).
23. (Fol. 68-69) Barbara v. et m. (*BHL.* 915).
24. (Fol. 69-70^{v}) Sabas abbas (*BHL.* 7406).
25. (Fol. 70^{v}-75) Nicolaus ep. Myrensis (*BHL.* 6105-6108).
26. (Fol. 75-77) Ambrosius ep. Mediolanensis (*BHL.* 377).
27. (Fol. 77-78) Savinus ep. et mart. (*BHL.* 7452).
28. (Fol. 78-83^{v}) Damasus papa (*BHL.* 2087).
29. (Fol. 83^{v}-85^{v}) Lucia v. et m. (*BHL.* 4992).
30. (Fol. 85^{v}-87) Eustratius, Auxentius et soc. (ex Passione quae legitur in codice Vallicellano V^{6}).
31. (Fol. 87-90) Thomas apostolus (*BHL.* 8136).
32. (Fol. 90-91) Gregorius presb. m. Spoleti (*BHL.* 3677).
33. (Fol. 91-93^{v}) Silvester papa (*BHL.* 7726).
34. (Fol. 93^{v}-97^{v}) Basilius ep. Caesariensis (*BHL.* 1022 [cod. A. 2]).
35. (Fol. 97^{v}-98) Felix et Adauctus (*BHL.* 2880 [cod. A. 2]).
36. (Fol. 98-98^{v}) Alius Felix (*BHL.* 2885).
37. (Fol. 98^{v}-100) Maurus abbas (*BHL.* 5773).
38. (Fol. 100-101) Marcellus papa (*BHL.* 5234).
39. (Fol. 101-102) Antonius abbas (cod. A. 2^{14}).
40. (Fol. 102-103) Aquila et Prisca (cod. A. 2^{16}).
41. (Fol. 103-104^{v}) Sebastianus mart. (*BHL.* 7543).
42. (Fol. 104^{v}-105^{v}) Marius, Martha et soc. (*BHL.* 5543).
43. (Fol. 105^{v}-108^{v}) Agnes v. et m. (*BHL.* 156).
44. (Fol. 108^{v}-110) Vincentius diac. (*BHL.* 8633).
45. (Fol. 110-111) Anastasius Persa.

Ex recensione diversa ab editis. Inc. : ***Post haec praemotis quindenis ferme diebus eundem sibi non disparem principem*** (cf. *BHL.* 408, n. 33) — Des. ***Victoriosissimus igitur martyr Anastasius XXII ianuarii die ... suum agonisma gratanter suscepit pro nomine Iesu Christi, qui ... Amen.*** (Cf. ibid., num. 35 extr.)

46. (Fol. 111-111^{v}) Emerentiana (*BHL.* 156).
47. (Fol. 114-114^{v}) Agnes secundo (*BHL.* 156).
48. (Fol. 114^{v}-115) Papias et Maurus (*BHL.* 5234).
49. (Fol. 115-117) Abbacyrus et Iohannes (*BHL.* 2078).
50. (Fol. 117-120) Blasius ep. (*BHL.* 1379).
51. (Fol. 120-123) Agatha m. (*BHL.* 134).
52. (Fol. 123-124) Scholastica v. (*BHL.* 7514).

Cod. A. 3.

53. (Fol. 124-125v) Valentinus episcopus (*BHL.* 8460).
54. (Fol. 125v-126v) Valentinus presbyter (*BHL.* 8466).
55. (Fol. 126v-129) Matthias apostolus (*BHL.* 5695).
56. (Fol. 129-130v) Quadraginta martyres (*BHL.* 7540).
57. (Fol. 130v-132v) Gregorius I papa (*BHL.* 3641).
58. (Fol. 132v-136) Benedictus ab. Casinensis (*BHL.* 1102).
59. (Fol. 136-137v) Tiburtius et Valerianus (*BHL.* 8483).
60. (Fol. 137v-139) Georgius martyr (*BHL.* 3393).
61. (Fol. 139-141) Marcus evangelista (*BHL.* 5276).
62. (Fol. 141-142v) Vitalis (*BHL.* 3514).
63. (Fol. 142v-143) Philippus apostolus (*BHL.* 6816).
64. (Fol. 143-144v) Iacobus apostolus (*BHL.* 4095).
65. (Fol. 144v-146) Alexander papa (*BHL.* 266).
66. (Fol. 146-147) Inventio crucis (*BHL.* 4169).
67. (Fol. 147-151v) Iohannes ante Portam Latinam (*BHL.* 4321).
68. (Fol. 153-154v) Gordianus et Epimachus (*BHL.* 3612).
69. (Fol. 154v-156v) Pancratius mart. (ex Passione quae legitur in codice Vallicellano XVI[34]).
70. (Fol. 156v-158v) Bonifatius mart. Tarsi (*BHL.* 1413).
71. (Fol. 158v-159v) Potentiana v. (*BHL.* 6991).
72. (Fol. 159v-160v) Urbanus I papa (*BHL.* 8376, 8374).
73. (Fol. 160v-161v) Petronilla v. (*BHL.* 6061, 6062).
74. (Fol. 162v-164v) Marcellinus et Petrus (*BHL.* 5231).
75. (Fol. 164v-165v) Primus et Felicianus (*BHL.* 6923).
76. (Fol. 165v-167v) Barnabas apostolus (*BHL.* 983).
77. (Fol. 167v-168v) Basilides et soc. mm. (*BHL.* 1018).
78. (Fol. 168v-169) Vitus et Modestus (*BHL.* 8714).
79. (Fol. 169-171v) Marcellianus et Marcus (*BHL.* 7543).
80. (Fol. 171v-174) Gervasius et Protasius (*BHL.* 3514).
81. (Fol. 174-174v) Paulinus ep. Nolanus (*BHL.* 6558).
82. (Fol. 174v-176v) Iohannes et Paulus (*BHL.* 3236, 3241).
83. (Fol. 176v-178) Processus et Martinianus (*BHL.* 6947).
84. (Fol. 178-179) Septem fratres (*BHL.* 2853).
85. (Fol. 179-179v) Rufina et Secunda (*BHL.* 7359).
86. (Fol. 180-182) Nabor et Felix (*BHL.* 6029).
87. (Fol. 182-183) Cirycus et Iulitta (cod. A. 4[11]).
88. (Fol. 183-184v) Alexius conf. (cod. A. 4[8]).
89. (Fol. 184v-185v) Symphorosa (*BHL.* 7971).
90. (Fol. 185v-186v) Praxedis v. (*BHL.* 6920).
91. (Fol. 186v-188) Maria Magdalena (*BHL.* 5450).
92. (Fol. 188v-190) Apollinaris ep. Ravennas (*BHL.* 623).
93. (Fol. 190-190v) Christina v. et m. (cod. A. 4[20]).
94. (Fol. 190v-192v) Iacobus apostolus (*BHL.* 4057).

Cod. A. 3.

95. (Fol. 192v-193v) Pantaleon mart. (*BHL.* 6437).
96. (Fol. 193v-194) Nazarius et Celsus (*BHL.* 6040).
97. (Fol. 194-194v) Felix papa (*BHL.* 2857).
98. (Fol. 195-196) Simplicius, Faustinus et Beatrix (*BHL.* 7790).
99. (Fol. 196-197v) Abdon et Sennen (*BHL.* 6).
100. (Fol. 197v-198v) Machabaei (*BHL.* 5106).
101. (Fol. 198v-200v) Stephanus papa (*BHL.* 7845).
102. (Fol. 200v-201) Iustinus presb.

Inc. *Eo itaque tempore erat vir quidam, nomine Iustinus, genere Romanus* — Des. paene ut *BHL.* 4584.

103. (Fol. 201-203) Sixtus, Felicissimus et Agapitus (*BHL.* 7801).
104. (Fol. 203-204v) Donatus (*BHL.* 2291).
105. (Fol. 204v-206) Cyriacus, Largus et Smaragdus (*BHL.* 2056).
106. (Fol. 206-206v) Romanus (*BHL.* 4753).
107. (Fol. 207-210) Laurentius diac. m. (*BHL.* 4753).
108. (Fol. 210-210v) Tiburtius (*BHL.* 7543).
109. (Fol. 210v-211) Susanna v. et m. (*BHL.* 7937).
110. (Fol. 211-212) Euplus mart. (*BHL.* 2729).
111. (Fol. 212v-213v) Hippolytus mart. (*BHL.* 3961).
112. (Fol. 213v-214) Eusebius (*BHL.* 2740).
113. (Fol. 214-215) Agapitus (*BHL.* 125).
114. (Fol. 215-216) Aurea v. (*BHL.* 808).
115. (Fol. 216-218) Bartholomaeus apostolus (*BHL.* 1002, 1003).
116. (Fol. 218-220) Peregrinus, Pontianus et soc. mm. (*BHL.* 2742).
117. (Fol. 220-220v) Augustinus ep. Hipponensis (*BHL.* 785).
118. (Fol. 220v-221v) Hermes (*BHL.* 266).
119. (Fol. 222-222v) Savina virgo (*BHL.* 7407).
120. (Fol. 223-223v) Felix et Adauctus (*BHL.* 2880).
121. (Fol. 223v-224) Paulinus ep. = supra [81].
122. (Fol. 224-225) Aegidius abbas (*BHL.* 93).
123. (Fol. 225-226) Passio sancti //////// (Dionysii?) martyris.

In margine notatum est : *Haec Passio a principio usque ad finem vacat.* Exscripta est nimirum hoc loco ultima pars lectionum de S. Dionysio quae leguntur supra [1].

124. (Fol. 226-226v) Protus et Hyacinthus (*BHL.* 2666).
125. (Fol. 228v-229v) Cornelius papa (*BHL.* 1958).
126. (Fol. 229v-230) Cyprianus ep. Carthaginiensis (*BHL.* 2038).
127. (Fol. 230-231) Exaltatio sanctae crucis (*BHL.* 4178).
128. (Fol. 231-232) Lucia et Geminianus (*BHL.* 4985).
129. (Fol. 232-233) Eustachius et soc. mm. (*BHL.* 2760).
130. (Fol. 233-235v) Matthaeus apostolus (*BHL.* 5691).
131. (Fol. 235v-237v) Mauritius et soc. mm. (*BHL.* 5737).

Cod. A. 3.

132. (Fol. 237v-238v) Thecla v.

Inc. *Et haec Paulo dicente in media ecclesia in domo Onesifori, Thecla quaedam virgo* — Des. *profecta est Seleuciam, et multos illuminavit verbo, et cum bono somno dormivit in pace. Amen. Spem habete in misericordia domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre... Amen.* Pertinet haec narratio ad aliquam ex recensionibus C apud O. von Gebhardt, *Passio S. Theclae* (Leipzig, 1902).

133. (Fol. 238v) Cosmas et Damianus (*BHL.* 1970).

CODEX A. 4 (alias C)

Membraneus, foliorum 238 [sign. 1-146, 146 bis, 147-216, 218-238] (0m,472 × 0m,340), paginis bipartitis exaratus saec. XI. In hoc volumine et in codice A. 5 mendis plurimis inquinati sunt libelli, quae tollere nisa est locis bene multis manus correctoris paulo recentior.

(Fol. 1-2v). Vid. infrá, nº 61.

1. (Fol. 2v-8) Passio ss. mm. Sophiae cum tribus filie sue Pistis et Helpis et Agapes (*corr.* cum tribus fili sui Pisti et Helpi et Agape). Iul. 31.

Inc. *Universe seminator in omnem quae sub caelo est et terra ab Iesu Christo salvatore nostro* — Des. *Hoc autem contigit Adriano imperatori impio tyranno secundum prophetiam sanctarum virginum Dei. Martyrizatae sunt autem... Amen.* Eiusdem recensionis exemplar non ita mendis corruptum repperimus in codice capituli Veronensis 95, saec. IX, fol. 151v-162v; ex quo prima verba hic non piget apponere : *Verbo seminato in omnem, quae sub caelo est, terram ab Iesu Christo...*

2. (Fol. 8-12v) Actum monachi S. Paterniani confessoris temporibus Diocletiani imperatoris. = *BHL.* 6473. Iul. 10.

Inc. *Erat autem grandis persecutio christianorum temporibus Diocletiani imperatoris ; cumque sanctus Paternianus esset in tristitia magna positus* — Des. *requiescit autem sanctus Paternianus in vico* (*vico co* corr.) *Tanari inter Senegalliam et Pisaurium. Deo gratias. Et celebratur dies festivitatis eius decima die mensis iulii, regnante Domino... Amen.*

3. (Fol. 12v-16v) Vita et acta viri Dei Alexii. Iul. 17.

Inc. *Erat vir Dei, nomine Eufemianus, fidelis et timens Deum in civitate Romana,* — Des. *Et de ipso monumento exiebat odor sicut de aromatibus. Si quis autem petierit aliquid iustum a Domino, pro eo exaudiet illum Deus et dabit ei* (eras.) *retributionem omnibus sperantibus in eum, praestante Domino... Amen.* (Quae litteris rarioribus distinximus, a correctore scripta sunt in locis rasis). Cf. *BHL.* 286 sqq.

4. (Fol. 16v-18v) Passio SS. Nicandri et Marciani. Iun. 17.

Inc. *Sic iam ad Nicandri Marcianique virorum sanctorum quae contra diabolum habuerunt exponenda certamina properabo. Nam memorati igitur viri inter armatos quidem huius saeculi militantes* — Des. *Post haec percussor orariis oculis martyrum circumdatis, iniecto gladio, finem martyrii conquisivit. Requieverunt autem... Amen.*

5. (Fol. 18v-28) Vita et passio beatissimae virg. Febroniae. Iun. 5.

Inc. ut *BHL.* 2844. Omissis ultimis verbis, des. *Tunc condientes reliquias aromatibus posuerunt eam in capsa aurea mense iunio indic. V et habierunt singuli[s] in propriis suis gaudentes et glorificantes Deum, cui est honor... Amen.*

6. (Fol. 28-30) Passio Rufinae et Secundae. = *BHL.* 7359. Iul. 10.

7. (Fol. 30-31) Passio beatissimae virginis Praxedis. = *BHL.* 6920. Iul. 21.

8. (Fol. 31v-38) Passio S. Apollenaris. = *BHL.* 623. Iul. 23.

9. (Fol. 38-39) Passio et Acta B. Felicis mart. atque pont. = *BHL.* 2857. Iul. 29.

10. (Fol. 39-42) Passio ss. mm. septem fratrum septem Dormientium apud Ephesum. = *BHL.* 2313. Aug. 10.

11. (Fol. 42-52) SS. Quirici et Iulittae Passio. Iul. 15.

Hic titulus manu prima descriptus est in infimo fol. 42; quae vero scripta erant fol. 42v-44 et in priore parte fol. 44v, pumice abrasa sunt. Postea vero, scilicet saec. XIII, descripta est fol. 42v-43 brevis Passio eorundem sanctorum quae inc. *Inclitam sanctorum martyrum Quirici et Iulittae vitam ego Theodorus episcopus veracem invenire cupiens, repperi adeo mendacem ut luce clarius ab haereticis scripta cognosci valeat quam ab aliquo christiano dictata... Hic* (senex nempe ipsius provinciae, qui se iactabat procreatum eorundem sanctorum prosapia) *praelibatam astruebat martyram augustali genere procreatam, et antiquam genealogiam* — Des. *quisque sibi rapere fideliter festinabat. Haec omnia, sicut a christianissimo Martiano tribuno Iustini imperatoris cancellario referente accepi, sic omnibus fidelibus ego Theodorus praesul fideliter scribere studui, ut discant non fabulosis scripturis sed veritati consentire. Non enim indiget Deus nostro mendacio, qui veritatem se esse testatus est, dicens : " Ego sum via veritas et vita „. Ipsi gloria... Amen.* Cf. *BHL.* 1801. Tum eadem manu saec. XIII scriptum est fol. 43v-44 initium Vitae S. Aegidii (vid. infra, **12**), ita ut vacuae relinquerentur altera pars fol. 44 et pars prior fol. 44v. Inde ab altera parte fol. 44v legitur, manu prima exarata, Passio SS. Ciryci et Iulittae, quae mutila inc. |*dant ad te mala et non appropinquavit tabernaculo tuo. Et dum haec orasset, in caminum conversi sunt. Et ecce media nocte coepit infans psallere et dicere : Domine, labia mea aperies* — Des. *Angelus autem Domini descendit de caelo et custodivit membra eorum donec ostenderet* (*os-* corr. sup. ras.) *eis Dominus dignos eorum sepultores, qui eos* (corr. sup. ras.) *in pace digne sepelierunt. Passi sunt autem... Amen.*

Cod. A. 4.

12. (Fol. 43v-44) Natale S. Aegidii abbatis. = *BHL.* 93. Sept. 1.

Vid. supra, ad **11.** Reliquis omissis, desinit abrupte : *quendam homuncionem cernunt prae foribus legentem, verum* | (num. 7 med.).

13. (Fol. 52-58v) Passio ss. martyrum mille quadringenti octuaginta martyrum mense iunio die XXII, quorum vigilia cum silentio et ieiunio est celebranda. = *BHL.* 5674.

Sequuntur 11 versus, si ita fas est loqui,

qui inc. : *Martyrum mille quicumque festa sanctorum*
Octingenta quatuor centi fusi cruore

et des. : *Si hominum precibus homo ipse placatus*
Misericors in quantum Deus largitur et donat. Amen.

14. (Fol. 58v-60v) SS. mm. Protasii et Gervasii. = *BHL.* 3514. Iul. 19.

15. (Fol. 60v-64) Vita vel obitus Paulini ep. Nolani. = *BHL.* 6558. Iun. 22.

16. (Fol. 64-65v) Miraculum B. Paulini. = *BHL.* 6560.

Omissis ultimis sententiis, des. : *servus factus est solus, ut esset postmodum liber cum multis* (= *P.L.*, LXXVII, 220 extr.).

17. (Fol. 65v-67v) Passio SS. Processi et Martiniani. = *BHL.* 6947. Iul. 2.

18. (Fol. 67v-74) Passio S. Pantaleonis. = *BHL.* 6437. Iul. 26 (*corr.* 27).

19. (Fol. 74-78) Passio S. Marinae virg. Iul. 17.

Inc. *Omnes aure[s] audientes audite, corde intelligite, sensum ponite. Virgines proponite vos, sicut ista nova puella et tenera ; lectiones legentes ita laborate, ut accipiatis talem coronam et mereatis requiem dignitatis habere cum beata Tecla et sancta Susanna et beatissima Marina Theodosi filia, quae erat super patria idola adorabant, et ipsa unicam habebat de se natam* — Des. *et statim salvi fiebant a languoribus suis.* — Inc. epil. *Ego autem Teotinus tuli[t] corpus beatae Marinae et reposui in sarcofago novo* — Des. *omnes orationes et certamina illius scribere curavi. Completum est autem martyrium eius... Amen.* Cf. *BHL.* 5303 sqq.

20. (Fol. 78-85) Passio S. Crestinae virg. Iul. 24.

Inc. *Erat quaedam puella pulchra nimis de genere magno, virginitatem custodiens et spem Dei habens et Christum die noctuque deprecans* — Des. *Venit autem quidam de genere eius, qui et ipse crediderat Domino per praedicationem eius, et curavit ex more corpus eius, et collocavit eam in optimo loco, regnante Domino... Amen.* Cf. *BHL.* 1748 sqq.

21. (Fol. 85v-88) Passio ss. mm. Nazari et Celsi. = *BHL.* 6040. Iul. 28.

22. (Fol. 88-89) Passio SS. Simplicii, Faustini et Beatrices. = *BHL.* 7790. Iul. 29.

23. (Fol. 89-90v) Natale SS. Machabaeorum. = *BHL.* 5106. Aug. 1.

24. (Fol. 90v-96) Passio S. Stephani papae. = *BHL.* 7845. Aug. 2. Cod. A. 4.

25. (Fol. 96-98) S. Donati ep. = *BHL.* 2289. Aug. 7.

Reliquis omissis, des.: *Eodem die baptizati sunt propter mirabilia quae fecit Deus per Donatum servum suum homines septuaginta novem, et discesserunt omnes laudantes Dominum, qui regnat in saecula saeculorum. Amen.*

26. (Fol. 98-101) De miraculis S. Donati.

Incipit (sine prologo) ut *BHL.* 2304; desinit ut *BHL.* 2291.

27. (Fol. 101-109) Passio Polochronii, Parmenii, Abdon et Sennes, Xysti, Felicissimi et Agapiti, et Laurentii et aliorum sanctorum. = *BHL.* 6884, 6, 7801, 4754. Aug. 10.

28. (Fol. 109-111v) Passio S. Hippolyti mart. = *BHL.* 3961. Aug. 13.

29. (Fol. 111v-118) Passio S. Susannae. = *BHL.* 7937. Aug. 11.

30. (Fol. 118-119v) Passio S. Eupli levitae et mart. = *BHL.* 2729. Aug. 12.

31. (Fol. 119v-120) Acta Liberii et Eusebii presbyteri in urbe Roma. = *BHL.* 2740. Aug. 14.

32. (Fol. 120-122v) Passio S. Agapiti mart. = *BHL.* 125. Aug. 18.

33. (Fol. 123-132) Passio S. Adriani mart. = *BHL.* 3744. Sept. 8.

34. (Fol. 132-138v) Passio S. Ianuarii, Sossi, Festi, Desiderii, Euticii, Acutii. = *BHL.* 4134. Sept. 23.

35. (Fol. 138v-139v) Passio S. Symphorosae. = *BHL.* 7971. Aug. 1.

36. (Fol. 140-142) Passio SS. Eusebii, Vincentii et Peregrini et Pontiani martyris. = *BHL.* 2742. Mai. 26.

37. (Fol. 142-143) Passio S. Cassiani mart. = *BHL.* 1626. Aug. 13.

38. (Fol. 143-147v) Passio S. Marcellinae virg. = *BHL.* 5223. Iul. 17.

Sequitur epitaphium eiusdem: *Marcellina tuos cum vita solveret artus...*

39. (Fol. 148-153) Passio SS. Aureae martyris, Cyriaci, Maximi, Archelai, Theodori et aliorum sanctorum. = *BHL.* 808, 809. Aug. 24.

40. (Fol. 153-154v) Passio S. Genesii mart. = *BHL.* 3320. Aug. 25.

41. (Fol. 154v-169v) Acta et Passio B. Felicis mart. atque pont. edita a B. Bonifatio mart. et pont. Iul. 29.

Inc. *Quia pius conditor facturam suam non deserit, hominum mala per patientiam tolerat et per eorum conversionem aliquando pulchre emendat* — Des. *ut audeamus omnes hoc dicere: " Te Domine Felix, i prae duc „; dic pro nobis tuo Christo: " Da veniam, neca hostem, conserva civem, qui regnas... Amen. „*

En veneranda dies cunctis mortalibus adest...
Initio ipse carens ac sine fine manens
Per infinita saeculorum saecula. Amen.

Est haec longa narratio conscripta partim prosa oratione, partim carminibus, qua multa aliunde nota referuntur de Constantino imperatore, de Silvestro papa, Liberio papa, Eusebio presbytero, Felice II papa, aliis. Hanc

Cod. A, 4.

a S. Bonifatio conscriptam esse in solo lemmate traditur, neque quicquam in libello ipso legitur quo figmentum illud innuatur.

42. (Fol. 169v-172v) Passio S. Seraphiae virg. = *BHL.* 7586. Iul. 29.

43. (Fol. 172v-173) Passio S. Savinae mart. = *BHL.* 7407. Aug. 29.

44. (Fol. 173-174) Passio SS. Felicis et Adaucti. = *BHL.* 2880. Aug. 30.

45. (Fol. 175-179) S. Savinae virg. Aug. 29.

Inc. *Tempore illo Savinus nobilis et dives in oppido Samonensi, amisso patre et matre, nutriebatur in domo familiae* — Des. *Tunc venerabile corpus eius condientes aromatibus cum hymnis et laudibus sepulturae tradiderunt. Obiit autem beata Savina famula Christi IIII kal. sept., regnante Domino... Amen.* Cf. *BHL.* 7408.

46. (Fol. 179-181) In exaltatione sanctae crucis. = *BHL.* 4178. Sept. 14.

47. (Fol. 181-182) Passio S. Cornelii papae. = *BHL.* 1958. Sept. 14.

48. (Fol. 182-183) Passio S. Cypriani mart. = *BHL.* 2038. Sept. 14.

Des. *Post non multos dies Galerius Maximus proconsul decessit a civitate cum gloria et triumpho magno. Requievit autem beatus Cyprianus in pace... Amen.*

49. (Fol. 183-188) Passio S. Cypriani et S. Iustinae. = *BHL.* 2047, 2050.

Exemplar mendis refertum, quae partim correxit, etsi non feliciter, manus recentior.

50. (Fol. 188-193v) Passio S. Euphemiae. = *BHL.* 2708. Sept. 16.

Exemplar valde corruptum. Sic v. g. inc. *Sub Diocletiano imperatore pro domino autem Christo in Europa...*

51. (Fol. 194-199v) Passio S. Luciae et Geminiani. = *BHL.* 4985. Sept. 16.

52. (Fol. 199v-206) Passio S. Margaritae virg. = *BHL.* 5303.

Des. *sanctus sanctus sanctus dominus Deus sabaoth. Pleni sunt caeli et terra gloria tua.* — Inc. epil. *Ego enim Tectimus tuli[t] reliquias beatae Margaritae et posui[t] eas in scrinio quam feci de lapidem* — Des. *et transmisi omnibus unicuique christianis quod vidi et audivi in veritate. Complevit autem certamen suum in pace die tertia decima mense ianuarii. Omnes audite, corde compungite, sensum ponite in Deum et intellegite et orate in una Trinitate, et memoriam beatissimae Margaritae facite, ut sua nos prece commemorare dignetur ante Dominum... Amen.*

53. (Fol. 206-212v) Natale S. Eustathii mart. = *BHL.* 2760. Sept. 20.

54. (Fol. 212v-213v, 215-218v). Natale S. Theclae mart.

Inc. *Veniente Paulo Iconium post fugam, fuerunt ei duo comites.* — Foliis perditis, desinit mutila : *Et quaedam mulieres mittebant folium, aliae nardum, aliae vero cassiam, aliae amomum, quaedam vero unguentum*

pretiosum, in tantum ut omnes bestiae odoris | . Cf. O. von Gebhardt, *Passio S. Theclae* (Leipzig, 1902), p. 3-99 (C b). Cod. A. 4.

55. (Fol. 214-214v, 220-220v, 219). <Passio SS. Mauritii et sociorum>. = *BHL.* 5739.

Foliis perditis, periit pars maior Passionis.

56. (Fol. 219-219v, 222-222v, 221-221v) Passio ss. mm. Cosmae et Damiani. = *BHL.* 1970. Sept. 27.

Foliis perditis, superest solummodo pars libelli.

57. (Fol. 223-227) Vita S. Pauli monachi. = *BHL.* 6596. Iul. 1.

58. (Fol. 227-227v) Passio S. Symeonis ep. et Ignatii. Iul. 2.

Inc. *In tempore illo sub Nerva et Traiano imperatoribus, cum esset persecutio christianorum, accusaverunt quidam de haereticis Symonem* (*-onem* al. man. sup. ras.) *consobrinum Domini* — Des. *ut panis mundus efficiar. Et haec dicens martyrium consummavit in pace... Amen.*

59. (Fol. 227v-230) Passio S. Naboris et Felicis. Iul. 12.

Inc. *Regnante impio Maximiano in civitate Mediolanensi erat* (*crevit* al. man. sup. ras.) *persecutio ingens christianorum* — Des. *Quorum corpora noctu sepelivit quaedam matrona, nomine Savina, cum aromatibus ex facultatibus suis. Ubi florent orationes eorum usque in hodiernum diem. Passi sunt autem... Amen.* Cf. *BHL.* 6028, 6029.

60. (Fol. 230-231v) Revelatio quae ostensa est S. Stephano papae et memoria de consecratione altaris SS. Petri et Pauli quod est ante sepulcrum S. Dionysii. = *BHL.* 2176.

Sequitur haec adnotatio : *Hunc libellum Otfredus peccator, presbyter monasterii beatissimi martyris Dionysii reverentissimo domno Leoni papae Romam misit ad locum ubi domnus Stephanus papa in honorem et venerationem supradicti martyris monasterium construxit et clerum delegavit, quatenus ob memoriam eiusdem martyris ordo passionis ipsius cognoscatur et annuatim fidelibus recitetur in populis, VII. videlicet idus octobris, quando festivitas celebratur ipsius.*

61. (Fol. 231v-238v et 1-1v) (Litterae Ludovici imperatoris et Hilduini de SS. Dionysio et sociis eius). = *BHL.* 2172, 2173, 2174.

CODEX A. 5 (alias D)

Membraneus, foliorum 284 [sign. 1-184, 184bis, 185-283] (0m,482 × 0m,350), paginis bipartitis exaratus saec. XI, eadem nempe manu qua codex A. 4.

1. (Fol. 1-4v) Vita S. Antonini mart. = *BHL.* 572, 573.

Foliis perditis, desinit mutila : *Eodem namque tempore quo beatissimi eiusdem martyris caput a principe iam dicto Festo... causa astitit sicut revelative percantatur quo cive* |

Cod. A. 5.

2. (Fol. 5-10) <Vita S. Pelagiae>. = *BHL.* 6607.

Foliis perditis, incipit mutila : *Misericors enim Deus, qui non vult hominem in hac vita perire...*

3. (Fol. 10-11v) Relatio passionis S. Paraziates. = *BHL.* 6414. Oct. 7.

Inc. *Erat... una cum abbatissa sua Laurentia...*

4. (Fol. 11v-17) Vita S. Hieronymi presb. = *BHL.* 3871. Sept. 30.

5. (Fol. 17-20v) Passio S. Quintini mart. = *BHL.* 6999. Oct. 31.

6. (Fol. 20v-21v) Inventio S. Quintini mart. = *BHL.* 7000.

7. (Fol. 21v-24v) Vita S. Germani ep. = *BHL.* 3465.

8. (Fol. 24v-29) Passio SS. Maximi, Eusebii presb., Marcelli diac., Adriae, Hippolyti, Paulinae, Neonis, Mariae, Martanae, Valeriae. = *BHL.* 3970. Nov. 13.

Des. *Et dum complerentur dies vitae eorum* [Martanae et Valeriae], *post annos XIII in eodem loco et ipsae sepultae sunt, die IIII idus novembris in confessione Domini laetantes, praestante Domino... Amen.*

9. (Fol. 29-38v) Vita S. Ambrosii ep. = *BHL.* 377.

10. (Fol. 38v-43v) Vita S. Fursei. Dicta S. Gregorii papae. = *BHL.* 3209.

Post verba *sed de una radice amaritudinis generantur* (*Act. SS.* num. 21 med.) reliquis omissis, sequitur (fol. 42v-43v) : Visio III, quae inc. *Scriptum namque legitur quod idem raptus esset ex corpore et a vespere usque ad gallos cantu corpore exutus angelicorum agminum aspectus intueri et laudes beatas meruit audire* (cf. Bedae, *Hist. eccl.* III, 19) — et des. *Si enim sanctus vir propter vestimentum unius viri mortui in peccatis suis, quod utique non propter avaritiam, sed propter salutem animae susceperat* (cf. *BHL.* 3209, *Act. SS.* num. 29), *poena*[*m*] *damnatus fuit, quid nos miseri et indigni pensemus, qui multa et innumerabilia non propter salutem sed propter avaritiam suscipimus, qui statim ubi morituros homines cognoscimus, inde gaudemus et praeparamus ad praedam quasi corvi ad cadavera mortuorum ?*

11. (Fol. 43v-44) Vita B. Thaisis meretricis. = *BHL.* 8013.

Des. *Et cum eduxisset eam inde illa die, quindecim dies supervixit, et migravit a saeculo.*

12. (Fol. 44v-47) Passio S. Abbibi martyris et confessoris.

Inc. *Anno sexcentesimo regni Alexandri Macedonis consulatu Licinii, exercitante Iulio et Baracio, in diebus Conae episcopi Edessae, fecit persecutionem Licinius ecclesiae Christi* — Des. *Finitus est autem sanctus Abbibus secunda die septembris mensis. Ego autem Theophilus abnegans deos multos et confessus Christum, qui super omnia verus Deus est, scripsi memoriam sancti et gloriosi martyris et confessoris Abbibi, sicut scripsi sanctorum confessorum Samonis et Guriae, ut per eorum intercessionem... Amen.* Versio libelli graeci inediti, de quo *Anal. Boll.* XXIV, 178[25]; *Catal. Gr. Vatic.* 86[35], etc.

13. (Fol. 47-53ᵛ) Miraculum factum per sanctos confessores Samonem et Guriam et Abbibum in Eufimiam puellam. Cod. A. 5.

Inc. prol. *Nunc tempus est opportunum psallere cum pneumatosforo David et dicere : " Prope est Dominus contritis corde „* — Inc. *Anno septingentesimo septimo secundum Alexandrum, malitiosum et exitiosum genus Uuinorum in Romanis partibus advenientes et multa et varia loca devastantes ... processerunt usque ad Edessam* — Des. *Communis autem glorificatio ad dominum nostrum Iesum Christum facta est, qui non despicit sperantes in s et qui confugiunt ad reliquias et virtutem sanctorum martyrum. Ipsi autem dece gloria... Amen.* Haec est versio libelli graeci inediti, de quo *Anal. Boll.* XXIV, 178[26]; *Catal. Gr. Vatic.* 35[25].

Sequitur epistula Leonis illius, qui libellos hos (**12** et **13**) in latinum de graeco convertit. En illam :

Sophistico ac prudentissimo et cum omni reverentia nominando Stephano sanctae Romanae sedis secundicerio Leo humilis interpres latinorum ac ellinicorum in Domino Hysraheli opto salutem. Quia intentum te, frater karissime, in Dei servitio et circa sacram scripturam studiosissimum esse novi et curam et sol icitudinem in gestis sanctorum te habere perspexi, gratias immensas Christo rettulimus, qui te talem ad correctionem multorum in ecclesia sua in hoc tempore in<i?>quo inposito largire dignatus es<t?>. Sed quia meam parvitatem tua sanctitas postulavit, ut sanctorum Samonae et Guriae et Abbibi gesta et eorum miraculum de graeco in latinum convertere<m> stilum, per tuas sacras orationes prout intellexi, tuo nomini dicavi. Tu itaque, dilectissime, utriusque linguae studium exercens, si quid perperam dixerim (cod. *-rit*) *stilo fraterno corrigere studeas. Si quid* (cod. *quis*) *bene, redemptori laudes referamus, qui nobi[li]s gratiam interpretandi secundum apostolum largiri dignatus est.*

14. (Fol. 53ᵛ-55ᵛ) Passio Thalomei ep. et Romani et aliorum XXXVIII. = *BHL.* 6985. Aug. 24.

15. (Fol. 55ᵛ-63ᵛ) Sanctorum passio Sergi et Bacchi. = *BHL.* 7599. Oct. 7.

16. (Fol. 63ᵛ-67) Passio S. Calixti papae. = *BHL.* 1523. Oct. 14.

17. (Fol. 67-75ᵛ) Passio SS. Chrysanti et Dariae. = *BHL.* 1787. Oct. 25.

18. (Fol. 75ᵛ-78ᵛ) Passio S. Caesarii diaconi. = *BHL.* 1511. Nov. 1.

19. (Fol. 78ᵛ-80) Acta Valentiniani christianissimi de mirabilibus S. Caesarii diaconi. = *BHL.* 1517.

20. (Fol. 84ᵛ-90) Passio ss. mm. Quattuor Coronatorum. = *BHL.* 1837. Nov. 8.

21. (Fol. 90ᵛ-94) Passio S. Theodori. = *BHL.* 8077. Nov. 9.

22. (Fol. 94-96) Sermo de miraculis imaginis Salvatoris.

Inc. prol. et Inc. ut *BHL.* 4230. — Des. ut *BHL.* 4228.

Cod. A. 5.

23. (Fol. 96-101ᵛ) Acta B. Martini Turonensis ep. = *BHL.* 5610. Nov. 12.

Desunt epistula et prologus. Reliquis omissis, des. *Ita virtute Martini ibi tantum est ignis operatus, ubi est iussus* (c. 14 sub init., *P.L.*, XX, 168c).

24. (Fol. 101ᵛ-103) Obitus S. Martini. = *BHL.* 5613.

Deest prologus.

25. (Fol. 103-103ᵛ) Qualiter Turonici furati sunt corpus B. Martini. = *BHL.* 5619.

26. (Fol. 103ᵛ-107ᵛ) Passio S. Mennae. = *BHL.* 5921. Nov. 11.

27. (Fol. 107ᵛ-123) Vita sancti ac beatissimi Martini papae urbis Romae et martyris Christi. = *BHL.* 5596.

28. (Fol. 123) Metrum adonium (de S. Martino).

Inc. *Promere celsum voce canora hunc iuvat herum...* — Des. *quo mereamur visere laeti regna beata.* Cf. Chevalier, *Repert. hymnol.* 15613.

29. (Fol. 123-134ᵛ) Passio S. Caeciliae. = *BHL.* 1495. Nov. 22.

30. (Fol. 134ᵛ-136) Revelatio domni Pascali papae que vidit in basilica B. Petri apostolorum principis de inventione corporis B. Caeciliae martyris. = *BHL.* 1499.

Des. *paupertatis inopia consumi videbatur, idcirco pio iuvamine consulens praephatum hospitalem cum fundis et casalibus atque massis seu etiam colonis sive domibus necnon familiis, et omnia sicut in episcopali libro legitur, pro iam dicta congregatione et subsidium istius ecclesiae condonavit. Amen.*

31. (Fol. 136-140) Passio B. Clementis. = *BHL.* 1848. Nov. 23.

32. (Fol. 140-141ᵛ) Miraculum S. Clementis. = *BHL.* 1855.

Inc. *In divinis voluminibus...*

33. (Fol. 141ᵛ-142) Aliud miraculum. = *BHL.* 1857.

34. (Fol. 142-143ᵛ) Eodem die Passio S. Felicitatis cum septem filiis suis, quae dicitur Septem Fratrum VI idus iulii.

Inc. *Temporibus Antonini erat quaedam mulier, Felicitas nomine, vidua* — Des. ut *BHL.* 2853.

35. (Fol. 143ᵛ-147ᵛ) Passio S. Chrysogoni mart. = *BHL.* 1795. Nov. 24.

36. (Fol. 147ᵛ-157ᵛ) Passio S. Triphonis mart. = *BHL.* 8340. Nov. 10.

Deest prologus. Des. *Superstites autem cum essent ipsius parentes, generosos per insignia virtutum suarum effecit. Passus est autem... Amen.*

37. (Fol. 157ᵛ-160) Passio beatissimae virginis Vivianae et patris et matris. = *BHL.* 1322. Dec. 2.

Deest clausula (*Explicit ...*)

38. (Fol. 160-170) Passio S. Mercurii mart. = *BHL.* 5933. Nov. 25.

39. (Fol. 170-178ᵛ) Passio S. Heccaterine mart. Nov. 25.

Cod. A. 5.

Inc. *Anno tricesimo* (corr. *tricentesimo*) *quinto, regnante impio et iniquo Maxentio imperatore, erat multa insania idolorum adeo ut paene totus mundus diversis erroribus repleretur* — Des. *Satellites autem accipientes illam secundum Caesaris iussionem decollaverunt eam vicesima quinta die mensis novembris. Finito...* Sequitur epilogus *BHL.* 1661, in quo hic pro *Athanasius* scriptum est *Anastasius.*

40. (Fol. 178v-181) Passio S. Barbarae virg. = *BHL.* 915. Dec. 4.

41. (Fol. 181-191) Acta B. Nicolai Myrensis ep. = *BHL.* 6104-6108. Dec. 6.

Periit folium inter fol. 188 et 189.

42. (Fol. 191-194v) Passio S. Savini ep. = *BHL.* 7452. Dec. 7.

43. (Fol. 194v-196v) Passio S. Zenonis (ep. Veronensis). Dec. 7.

Inc. *Ponite in cordibus, carissimi fratres, priscas victorias patrum, qualiter contra diabolum et suos pugnaverunt satellites* — Des. *ut aqua in specie muri erecta et almum ingrediculum non adiret. Quin divulgatum Christi miraculum, adcrevit per orbem veneratio sancta timoris adversus Christi sacerdotem ex illa die Dei nutu et deinceps. De cuius doctrina rutilat ecclesia. Non eius suffragante precibus nostra deleatur delicta ad Christum qui cum Patre... Amen.*

Periit folium inter fol. 194 et 195.

44. (Fol. 196v-198) Vita S. Britii. = *BHL.* 1452. Nov. 13.

45. (Fol. 198-212) Passio ss. mm. Eustratii, Auxentii, Eugenii, Orestis, Nardarii. Dec. 13.

Inc. *Imperantibus Diocletiano et Maximiano augustis, omnis Romanorum principatus idolorum servitute repletus erat...* — Des. *Et precor omnes qui audiunt, ut pro me apud Dominum intercedere dignentur... Amen.* Cf. *BHL.* 2778.

46. (Fol. 212-214) Passio S. Luciae. = *BHL.* 4992. Dec. 13.

47. (Fol. 214-215) Passio S. Crispinae. = *BHL.* 1989. Dec. 9.

Inc. *Sancta vero Crispina sub Diocletiano et Maximiano consulibus die nonarum decembrium apud Coloniam Tebastinam in secretario...* — Des. *qui sic me a doemonibus tuis dignatus est liberare. Ipsi gloria... Amen.*

48. (Fol. 215-217) Passio S. Eulaliae virg. = *BHL.* 2696. Dec. 10.

Des. *Sepulta est a Donato presbytero, qui eam confortabat...*

49. (Fol. 217-222) Passio ss. mm. Patermuthii, Copris, Alexandri militi. = *BHL.* 6471. Dec. 11.

50. (Fol. 222-223v) Passio sexaginta martyrum qui passi sunt a Sarracenis. Dec. 17.

Anal. Boll., t. XXIII, p. 300-303.

51. (Fol. 223v-225) Passio S. Gregorii Spoletini et S. Victoriae. = *BHL.* 3677. Dec. 23.

52. (Fol. 225-257) Vita beatissimi Sabae confessoris atque abbatis. = *BHL.* 7406.

Cod. A. 5.

53. (Fol. 257-260^{v}) De vita sanctissimi abbatis Sabae tria capitula in heroicum translata metrum.

Inc. praefatio (prosa). *Honestis in Christo moribus adornato Bellizoni religioso praesbitero atque monacho Teuzo, bonorum pro dolor faex monachorum, aeternam in Christo beatitudinem. Scio, karissime frater, quoniam perfecta Christi caritas quemcumque inflammaverit...*

Longiuscula hac epistula id unum docet Teuzo se id quod Bellizo *ex venerabilis abbatis sui* (*tui* scribit Teuzo) *Iohannis desiderio* petierat, se praestitisse, ut nempe heroico metro describeret *tria capitula beatissimi Sabae.*

Teuzo autem postquam Iohannem abbatem allocutus est sex versiculis, qui inc. :

Aulica syderei tibi dent obsonia regni...

tria capitula subdidit, quae incipiunt

I. *Magnificus Christi sectator iure colendus...*
II. *Tempore non modico postquam terrestria linquens...*
III. *Forte loco sancto qui Gethsemani vocitatur...*
Des. III. *Cum quo nunc gaudet, laeti veniamus et ipsi,*
quod ipse praestare digneris, Iesu Christe, salvator mundi, qui cum Patre... Amen.

54. (Fol. 260^{v}-268^{v}) Passio B. Eugeniae virg. = *BHL.* 2667. Dec. 25.

55. (Fol. 269-283^{v}) Acta B. Silvestri papae. = *BHL.* 7741, 7742, 7734. Dec. 30.

Praecedit vero non prologus *BHL.* 7725, sed ille qui editus est apud Narbey, *Supplément aux Acta Sanctorum*, t. II, p. 166.

CODEX A. 6 (alias E)

Membraneus, foliorum 270 (0^{m},475 × 0^{m},330), paginis bipartitis exaratus saec. XIV. Continet Passiones et Vitas sanctorum ad usum officii ecclesiastici divisas in lectiones alias brevissimas, alias non ita breves, alias longissimas — et de singulis quidem sanctis adsunt lectiones modo 3, modo 5, 6, 7, 8, 9, 11, 12, 13, 14, 17, 18, 19, 20, 24, 25, vel etiam 32. — Passiones autem vel Vitae non raro integrae sunt exscriptae, saepe tamen locis rescissis decurtatae. Quas paucis recensuisse satis erit.

1. (Fol. 1-10) Vita S. Martini ep. et conf. (*BHL.* 5610, 5613, 5619).
2. (Fol. 10-12) Passio S. Martini papae et mart. (*BHL.* 5597).
3. (Fol. 12-13) Natalis S. Britii ep. et conf. (*BHL.* 1452).
4. (Fol. 13-20^{v}) Passio S. Caeciliae virg. et mart. (*BHL.* 1495).
5. (Fol. 20^{v}-23) Passio S. Clementi mart. (*BHL.* 1848).
6. (Fol. 23-25) Passio S. Anastasiae virg. et mart. (*BHL.* 1795).
7. (Fol. 25-27^{v}) Passio S. Caterinae virg. et mart. (cod. A. 5[39]).

8. (Fol. 27v) <De S. Petro ep. Alexandrino>.

Inc. *Temporibus Maximini tyranni, ut Eusebius in octavo ecclesiasticae historiae libro refert, multi pro fide Christi martyrio coronati sunt* — Des. *Cum quo simul et alii plures episcopi trucidantur mensis novembris die vicesima quinta.*

9. (Fol. 27v-30v) Passio S. Andreae apost. (*BHL.* 428).

Inc. *Tempore quo Decius caesar Philippum primum imperatorem christianum eiusque filium dolo interemit, maximam christianis infestationem iniecit. Nam dum Romae esset ingressus, sociato sibi Valeriano perfido praefecturae curam contulit primumque beatum Sixtum episcopum cum suis diaconibus in custodiam retrudi iussit propter thesauros ecclesiae...*

34. (Fol. 82v-84) Passio S. Tiburtii.

Inc. *Temporibus Diocletiani et Maximiani beatus Tiburtius pulcherrimus iuvenis, nobilis genere sed nobilior sanctitate, simul cum Chromatio patre suo urbis praefecto a sancto Polycarpo presbytero baptizatus est* — Des. *In eodem autem loco apparens a quodam christiano sepultus est; in quo loco multa beneficia praestat Christus, ad laudem... Amen.*

Desumpta ex Passione S. Sebastiani *BHL.* 7543.

35. (Fol. 84-90v) Passio S. Susannae virg. = *BHL.* 7937.

Cod. B.

36. (Fol. 90v-91v) Passio S. Eupli. = *BHL.* 2729.

37. (Fol. 91v-93) Vita S. Leucii ep. (Brundisini).

Inc. *Fuit in Alexandria civitate vir nomine Eudecius, et erat vir ille simplex et caritate plenus. Hic habebat unicum filium, nomine Euprescium* — Des. *Baptizatus est Antiochus et omnis populus civitatis numero viginti septem milia, et aedificaverunt ecclesias in honorem sanctae Dei genetricis Mariae et sancti Iohannis Baptistae. Tunc quidem confirmavit eos in fide et doctrina perfectius, et sic obdormivit in Domino duodecimo die mensis augusti, regnante Domino... Amen.*

38. (Fol. 93-94v) Passio S. Hippolyti et sociorum eius. = *BHL.* 3961.

Reliquis omissis, des. *Tunc beatus Iustinus levavit corpora eorum et sepelivit iuxta corpus beati Laurentii martyris in crypta in agro Verano, ad laudem... Amen.*

39. (Fol. 94v-95) Passio S. Cassiani mart.

Narratio valde brevis. Inc. *Beatus Cassianus cum adorare idola noluisset, interrogatus a persecutore quid artis haberet, quia pueros notas doceret, respondit* — Des. *et accepit coronam idibus augusti. Sepultus est apud Forum Cornelii. Cuius passionem Prudentius poeta descripsit* Cf. *BHL.* 1625.

40. (Fol. 95-95v) Passio S. Eusebii presb. = *BHL.* 2740.

41. (Fol. 95v-98) Passio S. Agapiti mart. = *BHL.* 125.

42. (Fol. 98-98v) Passio S. Timothei.

Inc. *Sub persecutione Constantini imperatoris Timotheum quendam virum christianissimum venientem ab Antiochia Christum publice praedicantem sanctus Silvester hospitio suscepit.* — Des. *ut huius nominis martyrem vicinum exciperet, qui Paulo apostolo ut quondam Timotheus adhaereret.* Ex Vita S. Silvestri *BHL.* 7726 sub initio.

43. (Fol. 98v-99) Passio S. Simforiani mart.

Epitome Passionis *BHL.* 7968. Inc. *Tempore Aureliani imperatoris, sub Eraclio consulari Augustudini praesidente, ad Berecinthiae matris daemonum profanam sollemnitatem populorum multitudo convenerat.* — Des. *et ibi in parvula cellula tunc sepultus, semper tamen virtutibus se publicavit.*

44. (Fol. 99-99v) Passio S. Hippolyti Portuorsis (*corr.* -uensis) episcopi. = *BHL.* 3964.

Des. *alii quoque aequoris fluminisque immersione ac diversorum tormentorum cruciatione ad siderea regna, hostibus devictis, reportarunt triumphos.*

45. (Fol. 99v-100v) Passio S. Aureae virg.

Inc. *Tunc tenta est quaedam virgo sacratissima, nomine Aurea, nobili orta indole sed nobilior fide; quae vicibus audita plurimis, verberibus ae*

Cod. B.

cruciatibus afflicta, cum a Christi amore nullatenus potuisset amoveri — Des. *Christiani vero noctu levaverunt pretiosum illud corpus de puteo occulte et cum hymnis et laudibus omnique veneratione sepelierunt eum in eodem loco non longe ab ipsa fovea, sed quasi pedes plus minus sexaginta, in insula quae uno latere litora maris habet a<c> duobus divisione alvei Tyberis cingitur, prope eiusdem fluminis ripam habens pasos* (corr. *passus*) *quasi quinquaginta, XXII die mensis augusti. Ubi cotidie Christi praestantur beneficia et fructus orationum sancti martyris exuberant usque in praesentem diem.* Cf. *BHL.* 808-813.

46. (Fol. 100v-105) Passio S. Bartholomaei apost. = *BHL.* 1002.

47. (Fol. 105-106v) Passio S. Genesii mart. = *BHL.* 3320.

48. (Fol. 106v-108) Passio S. Hermetis mart.

Inc. *Cum beatus Alexander papa maximam populi et senatorum partem convertisset ad Dominum, praefectum quoque Hermem cum uxore et sorore et filiis baptizavit.* — Des. *Ipsa vero Balbina virgo post devictum saeculi huius cursum sepelitur iuxta patrem suum martyrem Quirinum via Appia in cimiterio Praetextati pridie kal. aprilis, ad laudem... Amen.*

49. (Fol. 108-114) Vita S. Augustini edita a Possidio episcopo. = *BHL.* 785.

Deest prologus. Des. *Testamentum nullum fecit... Si quid vero ecclesia vel in sumptibus vel ornamentis habuit, fidei presbyteri, qui sub eodem domus ecclesiae curam gerebat, dimisit.* (*P.L.*, t. XXXII, col. 64, cap. 31 med.)

50. (Fol. 115-116) Passio S. Savinae. = *BHL.* 7407.

51. (Fol. 116-116v) Passio SS. Felicis et Audacti. = *BHL.* 2880.

Inc. ut in codice archivi S. Petri A. 2º.

52. (Fol. 116v-121) Vita S. Aegidii conf. = *BHL.* 93. Sept. 1.

Deest prologus. — Des. *sacramentis munitus in sancta confessione reddidit spiritum die kalendarum septembrium, regnante Domino... Amen.*

53. (Fol. 121-122) Sanctorum duodecim fratrum. = *BHL.* 2298.

54. (Fol. 122-124v) Passio S. Antonini mart.

Inc. *Beatus Antoninus Talosensis Appamiae oppido oriundus, nobilis quidem genere sed nobilior sanctitate* — Des. *Caput etiam inventum est et delatum principi Festo... Itaque manifeste claruit quoniam Deus de ipsa ara caput praefati martyris voluit honorare in loco quem ipse petierat; ubi et honorifice collocatum est, ad laudem... Amen.* Cf. *BHL.* 575.

55. (Fol. 124v-134) Passio S. Adriani mart. = *BHL.* 3744.

56. (Fol. 134-135v) Passio SS. Proti et Iacinthi. = *BHL.* 2666.

Des. *et gaudent atque Deo fidem servantes decollantur. Passi sunt autem sancti martyres Christi Protus et Iacinthus tertio idus septembris, regnante Domino... Amen.*

57. (Fol. 135v-137v) In translatione sanctae crucis. = *BHL.* 4178.

58. (Fol. 137v-139) Passio S. Cornelii papae. = *BHL.* 1958. Cod. B.

59. (Fol. 139-140) Passio S. Cypriani. = *BHL.* 2038.

Des. *proconsul decessit. Benedictus per omnia Deus... Amen.*

60. (Fol. 140-141v) Passio S. Nicomedis mart. = *BHL.* 6237.

61. (Fol. 141v-143) Passio ss. mm. Abundii et Abundantii.

Inc. *Templorum pontifices Diocletiano et Maximiano imperatoribus persuaserunt ut christiani idolis sacrificare nolentes cogerentur aut diversis poenis excruciati interficerentur.* — Des. *et statim decollati sunt. Eadem vero nocte venit Theodora matrona cum pueris suis et imposuit eos in veiculo suo et portavit eos in praedium suum miliario ab urbe Roma octavo. Ubi cum aromatibus et linteaminibus honorifice sepelivit. Passi sunt... Amen.*

62. (Fol. 143-145v) Passio SS. Luciae et Geminiani mart.

Inc. *Imperantibus Diocletiano et Maximiano saeva christianis orta est persecutio, ita ut non esset locus in quo ad adorandum idola non statuerentur* — Des. *et dum declinasset a via, invenit sanctorum corpora et levans ea honore debito sepelivit, ad laudem... Amen.*

63. (Fol. 145v-147) Passio S. Eufemiae virg.

Inc. *In civitate Calcedonensi sub proconsule Prisco temporibus Diocletiani imperatoris erat quaedam virgo, Euphemia nomine, Philosophronis senatoris filia* — Des. *Corpus autem sanctae Euphemiae suscipientes parentes eius honorifice sepelierunt XVI kalendas octobris, ad laudem... Amen.*

64. (Fol. 147-152) Passio S. Matthaei apost. = *BHL.* 5691.

Deest prologus.

65. (Fol. 152-155) Passio S. Mauricii et sociorum eius. = *BHL.* 5741.

Post verba : *celeri professione promeruit* (*Act. SS.*, num. 14 extr.), reliquis omissis, sequitur : *Qui primus ad revelationem Theodori Vallensis episcopi et quo quisque loco iaceret ostendit. Quae collecta sanctorum corpora loci ipsius accepit ecclesia ; ubi mirabilibus innumeris et diversis suam sanctam potentiam manifestat Christus dominus noster. Ex hac vero legione traduntur trecenti decem et octo martyres coronam palma martyrii percepisse, quibus beatum Gereonem* (cod. *Gersonem*) *martyrem praefuisse confirmat antiquitas.*

66. (Fol. 155-156v) Passio SS. Dignae et Meritae virg. = *BHL.* 2160, pars II.

67. (Fol. 156v-158) Passio S. Theclae virg.

Inc. *Postquam filius Dei carnem quam de virgine sumpserat ad alta caelorum potenter evexit.* — Des. *et profecta est Seleuciam et multos illuminavit verbo et sanctae conversationis exemplo. Post haec autem obdormivit in pace, spem habens in misericordia domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre... Amen.*

Cod. B.

68. (Fol. 158-166) Passio S. Eustathii mart. et sociorum eius. = *BHL.* 2760.

69. (Fol. 166-169v) Passio ss. mm. Cosmae et Damiani.

Inc. *Temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum fuit quaedam mulier in civitate Egea venerabilis ac timens Deum, nomine Theodote. Haec omnibus diebus vitae suae serviens Domino* — Des. *Omnibus itaque rite gestis, sepelierunt eos. Haec autem fratres germani uno spiritu et fide usque in praesentem diem caelestia beneficia conferunt in eodem loco. Martyrizati sunt vero... Amen.*

70. (Fol. 169v-171v) Dedicatio S. Michaelis archangeli. = *BHL.* 5948.

Omissis ultimis verbis, des. *et multa, quae angelicae tantum licent potestati gerere, illic miracula fieri comprobantur.*

71. (Fol. 171v-181v) Vita S. Hieronymi collecta ex tractatibus eius, Augustini, Damasi, Gregorii, Gelasii et aliorum patrum. = *BHL.* 3873.

72. (Fol. 181v-182) Vita S. Soffiae et passio filiarum eius.

Inc. *Sedenti in senatu Romae Adriano imperatori sancta Sophia cum filiabus suis ab apparitoribus praesentatur* — Des. *Tunc gloriosa mater tulit universa corpora et sepelivit extra urbem miliario XVIII; ubi post triduum orans migravit ad Dominum et ibidem sepulta est pridie kal. octobris, regnante Domino... Amen.*

Huius narrationis prima verba ex codice Vallicelliano affert Baronius in notis ad editionem suam Martyrologii Romani, 30 sept., *g*.

73. (Fol. 182-188) Vita B. Remigii edita ab Ygmaro Remensi archiepiscopo. = *BHL.* 7155.

Ceteris omissis, des. *Et evigilantibus eis kalendis octobris cum sanctissimo corpore sepultum inventum est angelicis manibus positum in fossa cryptae retro altare factae, ad laudem... Amen.* (ed. Krusch, c. 25, p. 320, lin. 20 sqq.).

74. (Fol. 188-192) Passio SS. Sergii et Bachi. = *BHL.* 7599.

Omissis ultimis verbis, des. *Diem autem, qua passus est, annualiter custodiunt veluti legitimam bestiae concurrentes a deserto quod est in circuitu* (cod. *-iti*) *et commixtae cum omnibus nulli omnino insidiantur, ad laudem... Amen.*

75. (Fol. 192-193) Vita B. Marci papae.

Inc. *Marcus genere Romanus, cuius pater Priscus nuncupabatur, pontificali claruit sede* — Des. *in patria caelesti ... receptus audire meruit : " Euge serve bone ... intra in gaudium Domini tui. "*

76. (Fol. 193-196v) Passio S. Dionysii et sociorum eius. = *BHL.* 2178.

Omisso initio et fine, inc. *Post Iesu Christi domini nostri gloriosam ascensionem cum beatus apostolus Paulus...* et des. *et magnum thesaurum*

posteris consecraret. Passi sunt autem... Amen (= *BHL.* 2178, num. 3 in. - num. 15 extr.). Cod. B.

77. (Fol. 197-199v) Passio S. Calixti mart. = *BHL.* 1523.

78. (Fol. 200-203) Vita B. Lucae evang. = *BHL.* 4973.

Deest prologus.

79. (Fol. 203-210) Passio S. Chrysanti et Dariae. = *BHL.* 1787.

Deest prologus.

80. (Fol. 210-215v) Passio apostolorum Simonis et Iudae. = *BHL.* 7749.

Des. ut in cod. Lateranensi A. 80[46].

81. (Fol. 219v-222) Passio S. Caesarii diaconi et martyris. = *BHL.* 1511.

Inest rubrica : Passio Felicis et Eusebii ante verba : *Post dies autem quinque inventus est et ipse servus Dei, nomine Eusebius...*

82. (Fol. 222v-223v) Acta Valentini christianissimi imperatoris de mirabilibus B. Caesarii mart. = *BHL.* 1517.

83. (Fol. 223v-227v) Vita S. Leonardi conf. = *BHL.* 4862.

84. (Fol. 227v-228v) Miraculum B. Leonardi conf.

Recensio brevior, sed et fabulosior, miraculi *BHL.* 4874.

Inc. *Post obitum vero beatissimi et gloriosissimi confessoris Leonardi contigit quod in partibus Hierosolymitanis initum fuisset bellum cum christianis et Sarracenis.* — Des. *quas fabricare iusserat ad comparationem earum quibus irretitus fuerat in illa barbarica captione et custodia, ad laudem... Amen.*

85. (Fol. 228v-233v) Passio SS. Quattuor Coronatorum. = *BHL.* 1837.

86. (Fol. 234-235v) Legenda ecclesiae Salvatoris quae ponitur prope arcum pietatis.

Inc. *In urbe Roma infra terminos nonae regionis fuit quoddam templum Pietati antiquitus dedicatum. Ibi quoque est quidam arcus, qui eodem vocabulo nuncupatur. Uterque locus propter diversa accidentia conditus est et hoc nomine appellatus. Sed prius de templo, quia antiquius, et subsequenter de arcu dicendum est. Tempore quo urbs urbium Roma ab annuis consulibus regebatur, quidam vir plebeius* — Des. *Qui beatus pontifex* (nempe Silvester) *merito semper et ubique debet a christiano populo venerari, sub quo Deus universis ecclesiis pacem perpetuam tribuit, tyrannorum persecutione cessante, per Christum... Amen.*

Opusculo haud scio an inedito narratur 1° templum Pietati constructum esse in memoriam pii facinoris filiae illius, quae patrem in carcere lacte suo nutrivit; quam rem ex Solino (*Polyhist.*, c. 7 extr.) scriptor desumpsit (*Lege Solinum et hoc ibi discere poteris*); 2° arcum Pietatis erectum esse in eo loco, in quo Traianus imperator iudicium illud memoria dignum in

Cod. B.

gratiam pauperculae viduae tulisset (cf. v. gr. *Mirabilia Romae*, c. 6, ed. Parthey, p. 7-8); 3° templum Pietatis a Silvestro papa in honorem Salvatoris esse dedicatum, postea sub Benedicto IX papae incendio periisse atque a fundamentis esse renovatum, iterum autem temporibus Alexandri II papae esse combustum, tandem reaedificatum esse *sicut nunc cernitur* et a Theobaldo episcopo Sabinensi sollemniter dicatum.

87. (Fol. 235v-242) Tractatus Nicolai Maniacutie de imagine Lateranensis palatii.

Inc. prol. *Ad audiendam historiam imaginis Salvatoris, quae in sacro Lateranensi fulget palatio, aures corporis et cordis erigite* — Inc. *Salvator itaque noster, cuius speciem sacra illa repraesentat imago* — Des. *ut epulentur cum eo in saecula saeculorum. Amen.*

Nicolai Maniacutii, canonici regularis Lateranensis, opusculum ex hoc ipso codice typis edidit anno 1709 Bonaventura archiepiscopus Nazianzenus, canonicus basilicae Sanctae Mariae Maioris. Cf. Giov. Marangoni, *Istoria dell' antichissimo oratorio, o cappella di San Lorenzo nel patriarchio Lateranense comunemente appellato Sancta Sanctorum...* (Roma, 1747), p. 73.

88. (Fol. 242-246) Aliud miraculum Salvatoris.

Inc. praeambulum, prologus et ipse libellus ut in codice Rotomagensi U. 36 (cf. *Anal. Boll.*, t. XXIII, p. 182, 13°). — Des. *tot et tantis decorare consuevit signis atque prodigiis. Hucusque Athanasius. Cetera quae sequuntur Petrus iam praelibatus Nicomediae urbis magnificus praesul reliquis patribus in concilio residentibus subiungens ait : " Ego quidem „ talia sciens, amantissimi fratres, curavi palam facere vobis ut et in suis „ mirabilibus cunctipotentem semper glorificetis Dominum. Date ergo ei „ magnificentiam... „ Ad haec universale exclamans concilium ait: " Nihil „ hac diffinitione est sub caelo quod verius possit credi... „ Tertio post haec in sublime diutissime est adclamatum ita : " Fiat, fiat, quia dignum est. „ Magnificantes itaque summum Conditorem valefaciendo ad invicem cum alacritate nimia regressi sunt ad propria. Christo ergo Iesu Domino... laus et honor sit... Amen.*

89. (Fol. 246-249v) De vindicta Domini facta[m] in Iudaeos a Tito et Vespasiano.

Inc. *In diebus Tiberii Claudii caesaris sub tetrarcha Pontio Pilato traditus fuit Christus Iudaeis. Occultum fuit Tiberii regno. Hic infirmus erat et in nare dextra cancrum habebat et dilaceratam faciem usque ad collum. Exivit quidam homo de Iudaea, nomine Nathan, filius Naum.* — Folio perdito, des. mutila: *Tunc ingemiscens* (Tiberius) *et sic ad Dominum clamans, oculos ad caelum erigens et cum lacrimis dixit : " Domine Deus caeli „ et terrae, non me permittas amplius peccare, sed conforta me et animam „ meam fac introire in regnum tuum, quia in nomine tuo confido. Libera*

„ *me ab omnibus malis, sicut liberasti Danihelem de lacu leonum.* „ Cod. B.
Cf. Tischendorf, *Evang. apocr.*, 2ª ed., p. 485.

90. (Fol. 250-252) <Passio S. Theodori>. = *BHL.* 8077.

Folio perdito, incipit mutila : *metu perterritus comprehendit beatum Theodorum et optulit eum publice praesidi, dicens :* " *Hic pestifer nuper electus tiro...* „

91. (Fol. 252-257v) Passio SS. Tryphonis et Respitii. = *BHL.* 8336, 8337.

92. (Fol. 257v-263) Passio S. Nymphae virg. = *BHL.* 6256

93. (Fol. 263-267v) Vita B. Martini ep. = *BHL.* 5610.

Desunt epistula et prologus. Reliquis omissis, des. : *Ita virtute Martini ibi tantum est ignis operatus, ubi iussus est* (c. 14 sub init., *P.L.*, t. XX, col. 168 c).

94. (Fol. 267v-269) Obitus S. Martini ep. = *BHL.* 5613.

Deest prologus.

95. (Fol. 269-269v) Qualiter Turonici furati sunt corpus B. Martini. = *BHL.* 5619.

96. (Fol. 269v-270) Passio S. Mennae mart.

Ex Adone ad d. 11 novembris.

97. (Fol. 270-281v) Vita S. Martini papae, qui pro defensione catholicae fidei exilium passus est. = *BHL.* 5596.

Deest prologus.

98. (Fol. 281v-282v) Vita S. Britii ep. = *BHL.* 1452.

99. (Fol. 282v-291v) Passio S. Caeciliae virg. = *BHL.* 1495.

100. (Fol. 291v-294v) Passio S. Clementis papae. = *BHL.* 1848.

101. (Fol. 294v-296) Passio S. Felicitatis et filiorum eius.

Inc. *Temporibus Antonini erat quaedam mulier, Felicitas nomine, vidua, quae cum septem filiis suis in viduitate permanens* — Des. ut *BHL.* 2853.

102. (Fol. 296-298) Passio S. Chrisochoni. = *BHL.* 1795.

Deest prologus.

103. (Fol. 298v-306) Passio S. Aecaterine virg. = cod. archivi S. Petri A. 5[39]. Nov. 25.

104. (Fol. 306-307) Passio SS. Saturnini et Sisinni et sociorum eius. = *BHL.* 7493. Nov. 30.

CODEX [C]

Periit schedula, qua olim codici locus in pluteis assignabatur, neque aliunde resciscere potui quo numero qua littera distingueretur.

Constat codex partibus duabus.

I. Folia 1-8 (0m,513 × 0,342) paginis bipartitis exarata saec. XI.

Cod. C.

1. (Fol. 1-5^{v}) Passio S. Georgii mart. = *BHL.* 3393. April. 23.

Deest prologus : ***Plerique...***

2. (Fol. 5^{v}-7^{v}) XLVII. Passio S. Marci evangelistae. = *BHL.* 5276. April. 25.

Praecedit idem prologus, qui in codice A[48].

3. (Fol. 7^{v}-8^{v}) XLVIII. Natale S. Vitalis et SS. Gervasii et Protasii. = *BHL.* 3514. April. 28.

II. Folia 9-304 (0^{m},515 × 0,340) paginis bipartitis exarata saec. XIII.

Fol. 9^{r} legitur haec rubrica : *Liber basilice Sancte Marie Maioris de Urbe. Incipiunt homelie et sermones secundum consuetudinem Romane curie per totius anni circulum...*

In his nullum documentum hagiographicum.

IV. BIBLIOTHECA NATIONALIS

DICTA A VICTORIO EMMANUELE II

1. CODICES « VICTORII EMMANUELIS »

CODEX 411

Membraneus, foliorum 90 (0^m,35 × 0,25), paginis bipartitis exaratus saec. XV picturisque ornatus.

1. (Fol. 1-66) Vita B. Francisci. = *BHL.* 3107.
2. (Fol. 66-90) Quaedam de miraculis post mortem <B. Francisci> ostensis. = *BHL.* 3109.

CODEX 559

Membraneus, foliorum 199 (0^m,135 × 0,99), exaratus saec. XV in. Desunt duo folia inter ea quae signata sunt 4 et 5.

1. (Fol. 1-114) Vita B. Francisci. = *BHL.* 3107.
2. (Fol. 114-156) Quaedam de miraculis ipsius post mortem sancte ostensis. = *BHL.* 3109.
3. (Fol. 156^v-199^v) (De indulgentia S. Mariae de Portiuncula).

   Exscripta sunt cum suis lemmatibus, iis tamen brevioribus, circiter viginti capitula ex Francisci Bartholi de Assisio *Tractatu de indulgentia S. Mariae de Portiuncula*, perturbato capitulorum ordine et paucis quibusdam additis. Quae omnia diligenter recensuit Paulus Sabatier in praefatione ad suam editionem illius *Tractatus* (Paris, 1900), p. CL-CLIII.

2. CODICES SESSORIANI

CODEX 4 (ALIAS XXVIII, OLIM 119)

Membraneus, foliorum 210 (0^m,550 × 0,395), paginis bipartitis exaratus saec. XIV. Erat olim *monasterii Sancti Anastasii de Aqua Salvia prope Urbem* (cf. f. 210^v).

Sessor. 4. Est lectionarius, in quo

1. (Fol. 22v-25v) Passio S. Agnetis virg. = *BHL.* 156.
2. (Fol. 25v-28) Passio B. Anastasii monachi (ex *BHL.* 411).
3. (Fol. 43-46) Vita S. Benedicti edita a beato papa Gregorio (ex *BHL.* 1102).
4. (Fol. 91v-94) Sermo B. Augustini episcopi de miraculis sancti protomartyris Stephani. = *BHL.* 7863.
5. (Fol. 152v-159) Vita S. Martini (ex *BHL.* 5610, 5613, 5619, 5620, 5621, 5622).

CODEX 5 (alias XXIX, olim 118)

Membraneus, foliorum 248 (0m,532 × 0,362) sign. nunc 1-247 (199 bis), olim vero IX-CCLXIII (1), paginis bipartitis exaratus saec. XI.

Accessit in principio folium unum ex codice quodam evangeliorum saec. XI/XII.

Fuisse prius codicem abbatiae Nonantulanae asseritur in catalogo manuscripto codicum bibliothecae nationalis, qui lectoribus in ipsa bibliotheca praesto est; equidem putaverim fuisse monasterii Sancti Salvatoris de Septimo, cum simillimus sit codicibus Sessorianis 6 et 7.

1. (Fol. 1-6) <Vita S. Ambrosii episcopi Mediolanensis>. = *BHL.* 377.

Primis foliis perditis, incipit mutila : *ecclesiam. Cum populus ad seditionem surgeret in petendo episcopo...* (*P.L.*, t. XIV, col. 29 A).

2. (Fol. 6-7) S. Zeni episcopi. = *BHL.* 9006. Dec. 8.
3. (Fol. 7-10) Vita S. Siri episcopi. = *BHL.* 7976. Dec. 9.
4. (Fol. 10-11) Passio S. Luciae mart. = *BHL.* 4992. (Dec. 13).
5. (Fol. 11-15v) Natale S. Thomae apost. = *BHL.* 8136. Dec. 21.
6. (Fol. 26-27) Unde supra (nempe de S. Stephano). = *BHL.* 7866.
7. (Fol. 27-28) Sermo S. Eusebii in natali S. Iohannis evangelistae. = *BHL.* 6544, cap. 72, et 4324.

Initium narrationis 4324 paulo superius apud Eusebium repetitum est, ita ut inc. *Adhuc apud Asiam demorabatur ipse quem ille amabat dominus Iesus...*

8. (Fol. 28-31) Passio S. Iohannis apost. et evang. = *BHL.* 4320.
9. (Fol. 33-46v) Vita S. Silvestri confessoris. = *BHL.* 7725-7727, 7729, 7731, 7736. Dec. 31.
10. (Fol. 52-54) Vita S. Pauli primi eremitae. = *BHL.* 6596. Ian. 10.
11. (Fol. 54-54v) Vita S. Felicis in Pincis. = *BHL.* 2885. Ian. 15.

(1) Nempe IX-LI, LIII-CXLIII, CXLIII bis, CXLIV-CCLXIII; perierunt folia CLVI, CLVII, CCXXXIX, CCXXXX, CCXXXXVIII, CCXXXXIX, CCLXI.

12. (Fol. 54v-56v) Passio S. Marcelli papae. = *BHL.* 5235. Ian. 16.

13. (Fol. 56v-64v) Natale S. Fabiani et Sebastiani. = *BHL.* 7543. Ian. 21.

14. (Fol. 64v-66v) Passio S. Agnes virg. et mart. = *BHL.* 156. Ian. 21.

15. (Fol. 66v-68v) Passio S. Vincentii mart. = *BHL.* 8628, 8631. Ian. 21.

16. (Fol. 68v-70v) Miraculum de S. Anastasio. = *BHL.* 412. (Ian. 22).

17. (Fol. 70v-72) Passio S. Babilli cum tribus pueris sanctis apud Antiochia<m>. = *BHL.* 889. Ian. 24.

18. (Fol. 73v-74v) Passio ss. mm. Flaviani, Maximi, Secundae, Severae, Calendini et Marci. Ian. 29.

Inc. *Post mortem Dioclitiani imperatoris regnante Constantino augusto, saevissima persecutio facta est christianorum in urbe Roma* — Des. *Veniens autem quaedam* (cod. *quidam*) *matrona, nomine Savina, collegit corpora sanctorum et sepelivit in eodem loco Pigrus nonas iunias; ubi cotidie florent orationes sanctorum per omnia saecula saeculorum. Amen.*

Ipsam hanc Passionem paucis contractam vid. apud Petrum de Natalibus, III, 41.

19. (Fol. 74v-76) Passio S. Savinae. = *BHL.* 7408. Ian. 29.

Inc. *Tempore illo Savinus nobilis et dives in oppido Samonensi, amissis patre et matre...*

20. (Fol. 76-82) Vita S. Severi. = *BHL.* 7684, 7680. Febr. 1.

Libellus alter priorem excipit, nullo interposito lemmate.

21. (Fol. 83v-87) Passio S. Blasii mart. = *BHL.* 1379. Febr. 3.

22. (Fol. 87-88v) Passio S. Agathae mart. = *BHL.* 133. Febr. 5.

23. (Fol. 88v-90) Passio S. Yventii ep. = *BHL.* 4619. Febr. 8.

24. (Fol. 90-93v) Vita S. Scolasticae virg. = *BHL.* 7516, 7517. Febr. 10.

25. (Fol. 93v-95) Passio S. Valentini. = *BHL.* 8460. Febr. (14).

26. (Fol. 95-98) Passio SS. Faustini et Iovittae. = *BHL.* 2838. Febr. 16.

27. (Fol. 100-103) Sermo in laude S. Mathiae ex dictis sanctorum patrum, Christo sanciente, delibatus. = *BHL.* 5695. Febr. 24.

28. (Fol. 103-105v) Vita S. Gregorii papae. = *BHL.* 3639. Mart. 12.

29. (Fol. 105v-114) Vita S. Benedicti abbatis. = *BHL.* 1102. Mart. 22.

30. (Fol. 117v-121) Passio S. Georrii mart. = *BHL.* 3393. April. 24.

Deest prologus.

31. (Fol. 121-122v) Passio S. Marci evangelistae. = *BHL.* 5276. April. 25.

Sessor. 5.

32. (Fol. 122v-123) Passio S. Vitalis mart. = *BHL.* 8699. April. 27.

33. (Fol. 123-123v) Passio S. Philippi apost. = *BHL.* 6813, 6817. Mai 1.

34. (Fol. 123v-124) Passio S. Iacobi apost. = *BHL.* 4088, 4091. Mai 1.

35. (Fol. 124-127) Passio SS. Alexandri, Eventi et Theodoli. = *BHL.* 266. Mai 3.

36. (Fol. 127-129) <Inventio sanctae crucis>. = *BHL.* 4169.

37. (Fol. 129-130) Sermo ex miraculis sanctae crucis. = *BHL.* 7733, 7735.

Inc. *Postquam Constantinus augustae memoriae imperator sacro per beatum Silvestrum lotus* (corr. ex *locutus*) *baptismate, cum sanctus ipse papa caelestia regna iam petisset, habuit imperator isdem bellum Scitarum...*

38. (Fol. 130-130v) Sermo S. Iohannis ante Portam latinam. = *BHL.* 4320.

Deest prologus. — Reliquis omissis, desinit : *Occurrit autem illi omnis populus virorum ac mulierum omnes pariter exultantes : " Benedictus qui venit in nomine Domini „* (*P.G.*, t. V, col. 1241 B C).

39. (Fol. 130v-131v) Inventio S. Michaelis. = *BHL.* 5948. Mai 8.

40. (Fol. 131v-132v) Passio SS. Gordiani et Epimachi. = *BHL.* 3612. Mai 10.

41. (Fol. 132v-136) Passio SS. Nerei et Achillei. = *BHL.* 6058, 6060-6064. Mai 12.

42. (Fol. 136-137) Passio S. Pancratii. = *BHL.* 6427. Mai 12.

43. (Fol. 137-138v) Vita S. Ylarus. = *BHL.* 3913.

Inc. *Temporibus quo Roma a consulibus gubernatur...*

44. (Fol. 138v-140v) Passio S. Eustasii mart. Mai 20.

Inc. *In diebus Traiani imperatoris crescebat idolorum saevitia, ipso exbente* (corr. *exibente*). *Erat magister militum, nomine Placidus* — Des. *Deinde, superveniente nocte, occulte de hoc loco a christianis sublati sunt. Ubi post parvum paucum tempus, requiescente persecutione, basilica fabricata est. Quibus sacra devotione mense iunio die vicesimo celebrantes sollemnitatem, ut de ipsorum intercessionibus in hoc mundo et in perpetuo gaudeamus, per Dominum... Amen.*

45. (Fol. 140v-142) Passio S. Eleutherii. = *BHL.* 2451 a. Mai 21.

46. (Fol. 142-145) Vita S. Zenobii ep. et conf. = *BHL.* 9014. Mai 25.

47. (Fol. 145v-147v) Passio S. Proculi. = *BHL.* 6955. Iun. 1.

Des. *Tunc suscepit eos Leontius et praecepit militibus suis ut praeirent cum eis ad Fulgineam civitatem et ibi foris muros civitatis non longe ab urbe decapitati sunt sub die IV id. dec., regnante Domino... Amen.*

48. (Fol. 147v) Passio SS. Marcellini et Petri. = *BHL.* 5230. Iun. 2.

Foliis duobus (sign. olim CLVI, CLVII) perditis, superest solummodo initium Passionis. SESSOR. 5.

49. (Fol. 148-148ᵛ) <Acta S. Alexandri ep. Faesulani>.

Foliis perditis, incipiunt mutila : *Petri et Pauli limina ducitur suorum concordi stipatus caterva. Ubi maiori cum reverentia ab universali pontifice susceptus, canonice consecratus et benedictionibus auctus cum gaudio remeavit ad propria.* — Des. *Sed cum haec studiosius gererentur, unus ex sacerdotibus audacior ceteris temptare cupiens si cutis densitas capilli retinerent, mox ut capillos manu trahendo tetigit, arefacta obstipuit. Sed ilico ut devotari se coepit, [ut ad] salutem pristinam recepit ; statimque reverentissime incensantes corpus sanctum virtute coruscum, quod primum populus cum clero perficere non quivit, quando summo Deo placuit, adprime pauci honestissime.* Et hic stetit librarius, linea non impleta.

50. (Fol. 148ᵛ-150) Passio SS. Primi et Feliciani. = *BHL.* 6922. Iun. 9.

51. (Fol. 150ᵛ-151ᵛ) Passio S. Barnabae apost. = *BHL.* 984, 983. Iun. 11.

52. (Fol. 151ᵛ-153ᵛ) Passio S. Viti mart. = *BHL.* 8712. Iun. 15.

53. (Fol. 153ᵛ-154ᵛ) Passio SS. Gervasii et Protasii. = *BHL.* 3514. Iun. 19.

54. (Fol. 157-159) Passio SS. Iohannis et Pauli. = *BHL.* 3237, 3239. Iun. 26.

55. (Fol. 159-162ᵛ) Passio sanctorum apostolorum Petri et Pauli. = *BHL.* 6657. Iun. 29.

56. (Fol. 162ᵛ-165ᵛ) Passio S. Pauli. = *BHL.* 6572, 6570. Iun. 30.

57. (Fol. 165ᵛ-166ᵛ) Passio SS. Processi et Martiniani. = *BHL.* 6947. Iul. 2.

Prima verba manu recenti rescripta sunt

58. (Fol. 166ᵛ-167ᵛ) S. Felicitatis cum VII filiis suis. = *BHL.* 2853. Iul. 10.

59. (Fol. 167ᵛ-168ᵛ) Passio SS. Naboris et Felicis. = *BHL.* 6029. Iul. 11.

60. (Fol. 168ᵛ-169) Passio S. Praxedis. = *BHL.* 6920.

61. (Fol. 169-169ᵛ) Natale S. Mariae Magdalenae. = *BHL.* 5456. Iul. 22.

62. (Fol. 169ᵛ-172ᵛ) Passio S. Apolenaris mart. = *BHL.* 623. Iul. 22.

63. (Fol. 172ᵛ-174ᵛ) S. Iacobi apostoli, frater Iohannis apost. = *BHL.* 4056, 4057. Iul. 25.

64. (Fol. 174ᵛ-176) Passio SS. Nazarii et Celsi. = *BHL.* 6040. Iul. 28.

65. (Fol. 176-176ᵛ) Passio SS. Simplicii, Faustini et Beatricis. = *BHL.* 7790. Iul. 30.

Sessor. 5.

66. (Fol. 176v-177) S. Felicis ep. = *BHL.* 2857. Iul. 30.

67. (Fol. 177-178v) Passio SS. Abdon et Sennen. = *BHL.* 6884 et 6. Iul. 30.

Subiuncta est prima sententia libelli *BHL.* 7801 (*Eodem ... in Tellure*).

68. (Fol. 178v-181v) Passio S. Stephani papae. = *BHL.* 7845. Aug. 3.

69. (Fol. 181v-183) Inventio S. Stephani protomartyris. = *BHL.* 7851. Aug. 3.

70. (Fol. 183-185v) Passio S. Stephani papae. = supra [68]. Aug. 2.

71. (Fol. 185v-187) Miraculum de inventione corporis B. Stephani protomartyris. = *BHL.* 7858.

72. (Fol. 187-188) Passio S. Xysti papae. = *BHL.* 7809. Aug. 6.

73. (Fol. 188-189v) Passio S. Donati ep. = *BHL.* 2289. Aug. 7.

74. (Fol. 189v-191) Passio S. Laurentii mart. = *BHL.* 4753. Aug. 10.

Inc. ut in codice Lateranensi A. 81[24]. — Des. *Iam hora vespertina sepelierunt eum in crypta via Tiburtina in praedio Cyriacae viduae in agro Verano, IV id. aug., regnante Domino... Amen* (cf. *BHL.* 4761).

75. (Fol. 191-192) Passio S. Hippolyti mart. = *BHL.* 3962. Aug. 13.

76. (Fol. 194-195) Passio S. Agapiti. = *BHL.* 125. Aug. 18.

77. (Fol. 195-197v) Passio S. Bartholomaei apost. = *BHL.* 1002.

78. (Fol. 197v-198) Passio B. Genesii mart. = *BHL.* 3320. Aug. 25.

79. (Fol. 198-199v) Passio S. Alexandri mart. = *BHL.* 276. Aug. 25.

80. (Fol. 199v-203) Natalis S. Augustini ep. = *BHL.* 792. Aug. 28.

81. (Fol. 203-203v) Passio S. Iohannis Baptistae. Aug. 29.

Libellus de quo *Anal. Boll.*, t. XI, p. 258, 39°. — Des. *et posuerunt illud in monumentum, et [in]venientes nuntiaverunt Iesu. Passus est... Amen.*

82. (Fol. 205-207) Passio S. Antonini. = *BHL.* 572, 573. Sept. 2.

83. (Fol. 207-208) Item unde supra.

Narratio, quae legitur etiam in codice Lateranensi A. 81[48]. — Des. *mortis evadere sententiam. Magnificemus ergo Dominum... Amen.*

84. (Fol. 208-213) Passio SS. Proti et Iacincti et S. Eugeniae. = *BHL.* 2666. Sept. 11.

85. (Fol. 213-213v) Passio S. Cornelii. = *BHL.* 1958. Sept. 14.

86. (Fol. 213v-214) Passio S. Cypriani. = *BHL.* 2037. Sept. 14.

87. (Fol. 214-215) <In> exultatione (*sic*) sanctae crucis. = *BHL.* 4178. Sept. 14.

88. (Fol. 215-217v) Passio SS. Luciae et Geminiani. = *BHL.* 4988. Sept. 16.

Des. ut *BHL.* 4985.

89. (Fol. 217v-221) Passio S. Matthaei apostoli et evangelistae. = *BHL.* 5690. Sept. 21.

90. (Fol. 221-223) Passio ss. mm. Mauricii, Exsuperii, Candidi,

Innocentii atque Victori et sociorum corum, quae facta est sub persecutoribus Dioclitiano et Maximiano. = *BHL.* 5744. Sept. 22. Sessor. 5.

91. (Fol. 223-224v) Passio SS. Cosmae et Damiani. = *BHL.* 1971. Sept. 27.

92. (Fol. 224v-227v) Vita vel obitus S. Hieronymi presb. = *BHL.* 3871. Oct. 1.

Sequitur additamentum de quo in *Catal. Lat. Brux.*, t. I, p. 16-17, 22°.

93. (Fol. 227v) Passio S. Reparatae virg. = *BHL.* 7184. Oct. 8.

Foliis duobus (sign. olim CCXXXIX, CCXXXX) abscissis, superest solum initium.

94. (Fol. 228-228v) <Passio SS. Dionysii, Rustici et Eleutherii>. = *BHL.* 2178.

Foliis abscissis, incipit mutila : *perfidos inveniunt dimicantem et praedicatione continua...* (*Act. SS.*, num. 7).

95. (Fol. 228v-230) Passio S. Calisti. = *BHL.* 1523. Oct. 14.

96. (Fol. 230-231v) Natalis S. Lucae apostoli et evangelistae. = *BHL.* 4973. Oct. 18.

97. (Fol. 232-233) Passio S. Miniati mart. = *BHL.* 5965.

98. (Fol. 233-235) Passio apostolorum Simonis et Iudae. = *BHL.* 7752, 7753, 7750, 7751. Oct. 28.

Ablatis foliis duobus (sign. olim CCXXXXVIII, CCXXXXVIIII), periit vix non tota pars ultima Passionis.

99. (Fol. 238) Passio S. Caesarii mart. = *BHL.* 1515.

100. (Fol. 238-238v) Passio ss. mm. Vitalis et Agricolae. = *BHL.* 8691. Nov. 4.

101. (Fol. 238v-239v) Passio S. Domitillae. = *BHL.* 6066. Nov. 6.

102. (Fol. 239v-242) Passio SS. IV Coronatorum. = *BHL.* 1837. Nov. 8.

103. (Fol. 242-243v) Passio S. Theodori mart. = *BHL.* 8077. Nov. 9.

104. (Fol. 243v-247v) Vita S. Martini ep. = *BHL.* 5610. Nov. 11.

Deest epistula. Perditis ultimis foliis, non integra superest Vita.

CODEX 6 (ALIAS XXX, OLIM 124)

Membraneus, folorum 169 (0m,528 × 0,365), paginis bipartitis exaratus saec. XI/XII.

Erat prius *monasterii S. Salvatoris de Septimo Cysterciensis ordinis et Florentine dyocesis* (fol. 169v, saec. XV).

Est hoc Lectionarium continens sermones et homilias praesertim de tempore.

1. (Fol. 14-15) In natali S. Iohannis apostoli et evangelistae.

Sessor. 6. Sermo S. Eusebii episcopi Caesariensis. De historia ecclesiastica. = *BHL.* 4324.

Inc. ut in codice Sessoriano 5[7].

2. (Fol. 15-16[v]) Item unde supra. = *BHL.* 4320.

Foliis perditis, desinit mutila : *Quod cum fuisset impletum, receperunt gratiam quam amiserant, ita ut etiam* | (*P.G.*, t. V, col. 1247 A).

Pro prologo Melliti (*Volo sollicitam...*) descriptus est alius qui inc. ut *BHL.* 6544, cap. 72, et des. *quae omnia longum est enarrare. Ad ultimum quidem ad eundem* (cod. *eodem*) *Iohannem flectamus articulum et qualiter ad Dominum de hac luce migraverit, explicemus* (cf. *BHL.* 4320, prol. extr.).

CODEX 7 (alias XXXI, olim 122)

Membraneus, foliorum 128 (0[m],51 × 0,34), paginis bipartitis exaratus saec. XI/XII. Erat prius *monasterii S. Salvatoris de Septimo Cysterciensis ordinis et Florentine dyocesis* (fol. 128[v], saec. XV).

1. (Fol. 37[v]-39) Miraculum de <i>cona Domini. = *BHL.* 4227.

Inc. *Petrus sanctissimus episcopus Niconiae dixit : " Librum defero S. Athanasii et sanctae synodi defero ad legendum...*

2. (Fol. 81-83[v]) Passio S. Donati ep. et mart. = *BHL.* 2289. Aug. 7.

3. (Fol. 83[v]-87[v]) Passio S. Matthaei apost. et evangelistae. = *BHL.* 6544, cap. 76, et 5690. Sept. 21.

4. (Fol. 87[v]-96) Vita S. Martini episcopi. = *BHL.* 5610, 5613, 5619, 5620, 5611, 5621-5623. Nov. 11.

Deest in libello 5610 epistula, in libello 5613 prologus. Praefixa sunt lemmata sua solis narrationibus 5621-5623. Inter libellos 5620 et 5611 insertus est brevis locus excerptus ex *BHL.* 5618 : *Item aliqua de virtutibus sancti ac beatissimi Martini, quae post obitum eius facta sunt... dominica die collocarentur in requie* (= lib. I, cap. 3).

5. (Fol. 96[v]-103) Vita S. Nicholai. = *BHL.* 6111, 6155, 6156 (usque ad : *et usque in aevum manare non desistunt*), 6107, 6108.

6. (Fol. 103[v]-104[v]) Passio S. Valentini. = *BHL.* 8460. Febr. 18.

7. (Fol. 105-106[v]) <Vita S. Nicolai>. = *BHL.* 6111, 6107, 6108.

Foliis rescissis, inc. mutilus libellus 6111 : | *liter omnium compati necessitatibus, pro quibus et tibi saepius supplicaretur* (Mombritius, f. 167, col. 1, l. 16 sqq.). Haec omnia iam supra scripta erant, n° **5**.

8. (Fol. 106[v]-112[v]) <Vita S. Ambrosii ep. Mediolanensis>. = *BHL.* 377.

Foliis perditis, desinit mutila : *Per idem tempus cum in extrema parte porticus in quo iacebat in uno positi ... cum de nomine sancti loquerentur Simpliciani, nec tamen* (*P.L.*, t. XIV, col. 43, c. 46 med.).

9. (Fol. 113-128^{v}) <Vita S. Silvestri papae>. = *BHL.* 7726, 7727. Sessor. 7.

Foliis perditis, inc. mutila : *Patescunt carceres, in toto orbe hac die ad laetitiam festivitatis exeunt, qui se clauserunt pro austeritate culparum* ... et des. : *Veniens autem ad Porphyrium et Torquatum Silvester episcopus invenit eos volutantes* (cod. *voluntates*) *in terra prae nimia angustia, et facta oratione* (Mombritius, f. 281, col. 1 init. - f. 292^{v}, col. 1 extr.).

CODEX 39 (alias 1372, olim 72)

Membraneus, foliorum 105. Constat fragmentis codicum variae formae (min. $0^{m},23 \times 0,16$; max. $0^{m},31 \times 0^{m},22$), qui exarati sunt saec. VII-XIII.

Erat prius abbatiae Nonantulanae.

Ad rem hagiographicam pertinet

V. (Fol. 62-65, saec. XI, $0^{m},28 \times 0,21$) Passio sanctorum martyrum Septem Fratrum dormientium in Monte Celeo non longe a civitate Effesum : Maximianus, Malcus, Martinianus, Dionysius, Iohannes, Seraphion et Constantin<u>s. Oct. 23.

Inc. *In illo tempore regnabat Decius imperator. Descendit in civitatem Constantinam et congregati sunt ante ipsum omnis multitudo civitatis, et coepit aedificare templa idolorum in medio civitatis, et praecepit ut sacrificarent idolis.* — Des. *Et facta est congregatio magna episcoporum cum Theodosio imperatore, et fecerunt ibi memoriam, et festivitates celebraverunt sanctis martyribus, et iussit imperator Malchi aedificari resusc//acula mendicis civitatis. Tunc imperator Theodosius glorificans Deum propter mirabilia et misericordia<m> quam sibi ostendit Deus de resurrectione mortuorum, gratiasque egit Deo Patri et Filio et Spiritu<i> sancto cum omnibus fidelibus sancta<m> confitentibus Trinitatem et credentibus resurrectionem mortuorum per cuncta saecula saeculorum. Amen.*

CODEX 40 (alias 1258, olim 132)

Membraneus, foliorum 210 ($0^{m},295 \times 0,200$), paginis bipartitis exaratus variis manibus beneventanis saec. IX.

Continet (fol. 1-184^{v}) quattuor libros Dialogorum S. Gregorii Magni; adsunt praeterea

1. (Fol. 185-199) Vita Fursei. = *BHL.* 3209.

2. (Fol. 199-205) <Miracula S. Fursei>. = *BHL.* 3213.

Foliis perditis, desunt ultima verba inde ab (*aedi*)*ficaverunt ei ecclesiam*...

Haec miracula sicut et ultima pars Vitae (fol. 198^{v}-199) manu paulo recentiore exarata sunt.

Sessor. 40. Quod sequitur (fol. 206-210) opusculum initio mutilum, minime est " fragmentum hagiographicum „ ut in catalogo bibliothecae nationalis manu exarato perhibetur, sed ultima pars nescio cuius visionis.

CODEX 41 (alias 1479, olim 73)

Membraneus, foliorum I et sign. 1-189 (0m,300 × 0,205),paginis bipartitis exaratus manu beneventana saec. X (fol. 1-183v); folium I ex grandiore quodam legendario, saec. XI litteris communibus descripto, huc translatum est; fol. 184-189 descriptae sunt saeculo XIII rationes expensarum.

Fol. Iv : *Codex 4* (saec. XVI). *Iste liber est monasterii Nonantulani* (saec. XIII).

1. (Fol. I-Iv) <Narratio de S. Nicolao>. = *BHL.* 6150-6153.

Narratio prima inc. mutila : *ad pedes sancti Nicolai flens et dicens : " Miserere, serve Dei... ;* ultima vero des. mutila : *ab omni aegritudine liberavit et sanum et incolumem.*]

2. (Fol. 1-8) Vita S. Pauli eremitae. = *BHL.* 6596.

3. (Fol. 8-56v) Vita S. Antonii monachi. = *BHL.* 609.

Deest epilogus Evagrii.

4. (Fol. 56v-76v) Vita B. Hilarionis. = *BHL.* 3879.

5. (Fol. 76v-82v) Vita cuiusdam monachi captivi. = *BHL.* 5190.

6. (Fol. 82v-90v) Vita S. Symeonis Syri et eremitae. = *BHL.* 7957.

7. (Fol. 90v-183v) Liber qui appellatur Paradysus Palladii monachi, qui fuit discipulus Evagrii. = *BHL.* 6532.

Desunt epistula Palladii (*Laudo...*) et prologus. — Des. *si me pronus volueris adorare* (*P.L.*, t. LXXIV, col. 342 c).

CODEX 48 (alias 1266, olim 105)

Membraneus, foliorum 186 (0m,375 × 0,250), paginis bipartitis exaratus saec. XI. Dicunt fuisse olim abbatiae Nonantulanae.

1. (Fol. 1-4) Passio S. Andreae apost. = *BHL.* 428. Dec. 1.

2. (Fol. 4-18v) Vita S. Nicolai ep. Myrensis civitatis. = *BHL.* 6105-6107, 6150-6156, 6160, 6161, 6163-6165, 6108.

3. (Fol. 18v-21) Vita S. Zenonis ep. = *BHL.* 9001. Dec. 8.

4. (Fol. 21-28) Vita S. Syri Ticinensis ep. = *BHL.* 7976. Dec. 9.

5. (Fol. 28-30v) Natale S. Luciae virg. = *BHL.* 4992. Dec. 13.

6. (Fol. 30v-41) Passio S. Thomae apost. = *BHL.* 8143, 8138.

7. (Fol. 45v-53v) Gesta S. Iohannis evangelistae. = *BHL.* 4320.

8. (Fol. 55v-90v) Vita S. Silvestri. = *BHL.* 7726, 7727, 7729, 7731, 7736.

9. (Fol. 90v-98v) Passio S. Sebastiani. = *BHL.* 7543. Sessor. 48.

Reliquis omissis, des. *et invicem se ad confessionem sancti nominis contra diabolica<s> acies praepararent* (*Act. SS.*, n. 37 extr.).

10. (Fol. 98v-103v) Passio S. Agnes virg. = *BHL.* 156.

11. (Fol. 103v-108v) Passio S. Vincentii mart. = *BHL.* 8628, 8631.

12. (Fol. 108v-114) Vita S. Geminiani. = *BHL.* 3296.

13. (Fol. 114-115v) Vita S. Severi archiepiscopi (Ravennatis).

Inc. *Igitur de electione sancti viri ac beatissimi Severi antistiti<s> quod superius nominatum est et quod mihi narratum fuit a multis senioribus, vobis verissime expleam. Quadam die dum lanisterio praeesset cum coniuge sua et dum lanisterii* (cod. -rium), *ut diximus, ageret officium, ait ad coniugem suam : " Vadam et videbo visionem mirabilem, quomodo de alto caelo columba veniat „* — Des. *in tali pace et tranquillitate defunctus est sub die kalendarum februariarum, regnante Domino... Amen.*

14. (Fol. 119-123) Passio S. Agathae mart. = *BHL.* 133.

15. (Fol. 123-132) Passio SS. Faustini et Iovittae. = *BHL.* 2838.

16. (Fol. 132-138v) Vita S. Gregorii. = *BHL.* 3639.

17. (Fol. 138v-140v) Vita B. Gregorii. = *BHL.* 3645.

18. (Fol. 140v-168v) Vita S. Benedicti. = *BHL.* 1102.

19. (Fol. 169-171v) Passio S. Tiburtii. = cod. Lateranensis A. 81[25].

20. (Fol. 171v-174v) Passio S. Marci evang. = *BHL.* 5276. April. 25.

21. (Fol. 174v-184v) Passio S. Georgii mart. = *BHL.* 3393. April. 24.

Omissis prologo et cap. 1, inc. *Anno ab incarnatione Domini ducentesimo nonagesimo primo, residente in urbe Roma Marcellino* — Foliis perditis, desinit mutila : *orabat ad Dominum et dicebat : " Creator omnium rerum Domine Iesu Christe, cui omnia* | (*Bibl. Casin.*, p. 347, col. 1).

Quae sequuntur folia 185, 186 (0m,330 × 0,247) ex alio Legendario desumpta sunt, quod paginis bipartitis saec. XI descriptum erat.

22. (Fol. 185-186v) <Vita S. Ambrosii>. = *BHL.* 377.

Sola pars ultima inde ab : *Honoratus etiam sacerdos ecclesiae Vercellensis...* (*P.L.*, t. XIV, col. 43, c. 47 med.).

CODEX 49 (alias XXI, olim 102)

Membraneus, foliorum sign. 2-185 (0m,390 × 0,265), paginis bipartitis exaratus saec. XIII.

Erat prius monasterii Casaemarii ordinis Cisterciensis Verulanensis dioecesis (cf. f. 18v, 25, 35, 47).

1. (Fol. 2-4) Passio S. Valentini ep. et mart. = *BHL.* 8460.

2. (Fol. 4-5v) Passio S. Valentini presb. = *BHL.* 8466.

Des. *ubi decollatus est, ad laudem... Amen.*

Sessor. 49.

3. (Fol. 5v-9v) Passio ss. mm. Faustini et Iovittae. = *BHL.* 2837.

4. (Fol. 9v-15) Passio S. Iulianae virg. et mart. = *BHL.* 4526.

5. (Fol. 15-18v) Vita S. Barbati ep. et conf. = *BHL.* 973.

6. (Fol. 21-24v) Vita S. Mathiae apost. = *BHL.* 5695.

Foliis perditis, incipit mutila : *ut incensum poneret. Sed hanc figuram licuit exerceri, donec veritas in Christo compleretur...* (*Act. SS.*, n. 6 med.).

7. (Fol. 24v-28) Vita S. Romani abbatis, eruditoris S. Benedicti. = *BHL.* 7305.

Reliquis omissis, des. *sepultus vero est in sua basilica ipsius a fratribus... illius congaudendum glorificationi, suae ingemiscendum desolationi* (*Act. SS.*, n. 9 extr.).

8. (Fol. 28-31v) Passio ss. mm. quadraginta. = *BHL.* 7540.

Foliis perditis, des. mutila : *Quis Deus magnus sicut Deus noster ? Tu es Deus qui facis mirabilia magna solus, quia eos qui contra nos erant pro nobis esse fecisti, sup* | (*Act. SS.*, 14 extr.).

9. (Fol. 32-41) Liber vitae beati patris nostri Benedicti editus a beato Gregorio papa Romano. = *BHL.* 1102.

Foliis perditis, inc. mutila post med. cap. xv : *iam amplius non inhabitetur. Cui vir Domini respondit : " Roma a gentibus non exterminabitur...*

10. (Fol. 41-41v) Versus Marci poetae. = *BHL.* 1103.

11. (Fol. 44-45v) Passio ss. mm. Tiburtii et Valeriani.

Inc. *Temporibus Marci Aurelii et Commodi imperatorum Turcius Almachius*, etc. ut *BHL.* 8483. — Des. ut *BHL.* 8486.

12. (Fol. 45v-53v) Passio S. Georgii mart. = *BHL.* 3393.

13. (Fol. 53v-64) Passio S. Adelberti ep. et mart. edita a domno Silvestro papa. = *BHL.* 37.

Des. *ubi merita et virtutes eius exuberant usque in hodiernum diem. Passus est autem... Amen* (cf. *Act. SS.*, April. t. III, p. 187, annot. *h*).

14. (Fol. 64-66v) Passio S. Marci evangelistae. = *BHL.* 5277.

Inc. *Tempore quo dispersi erant...*

15. (Fol. 69-69v) Passio S. Vitalis mart. = *BHL.* 8701.

16. (Fol. 69v-70v) Passio S. Philippi apost. = *BHL.* 6813, 6817.

17. (Fol. 70v-72v) Passio S. Iacobi apost. = cod. S. Mariae Maioris A[51].

18. (Fol. 72v-76v) Passio S. Alexandri ep. et mart. et sociorum eius. = *BHL.* 266.

19. (Fol. 76v-79v) Sermo de inventione sanctae crucis. = *BHL.* 4169.

20. (Fol. 79v-80v) Passio SS. Gordiani et Epimachi mart. = *BHL.* 3612.

21. (Fol. 80v-81v) Passio S. Pancratii mart. = *BHL.* 6421.

22. (Fol. 81v-85v) Passio ss. mm. Nerei et Achillei. = *BHL.* 6058, 6060-6062. Sessor. 49.

23. (Fol. 85v-88) Passio S. Bonifacii mart. = *BHL.* 1413.

24. (Fol. 88-91) Passio S. Isidori mart. = *BHL.* 4478a.

25. (Fol. 91-91v) Relatio Pastoris presbyteri de S. Pudentiana. = *BHL.* 6991.

26. (Fol. 91v-96v) Passio S. Eustasii sociorumque eius. = *BHL.* 2760.

27. (Fol. 96v-109) Passio S. Urbani papae et aliorum sanctorum. = *BHL.* 8379, 8380.

Post *persolvebant* legitur clausula : *Ad quorum venerabiles sepulturas...* Cf. *Anal. Boll.*, t. XX, p. 382, 34°.

28. (Fol. 109-111) Passio SS. Marcellini et Petri. = *BHL.* 5231.

29. (Fol. 111-116) Passio S. Herasmi ep. et mart. = *BHL.* 2585.

Des. *Haec ubi dedit dicta, confestim spiritus exiliens sese teneris immiscuit auris ad Dominum pergens, sine fine ubi gaudet in aevum. Obiit autem ... Amen.* Cf. *Anal. Boll.*, t. XXIII, p. 178, 16°.

30. (Fol. 116-118v) Passio S. Vincentii ep. et mart. = *BHL.* 8676.

31. (Fol. 118v-121v) Passio ss. mm. Primi et Feliciani. = *BHL.* 6922.

32. (Fol. 121v-123v) Passio S. Barnabae apost. = *BHL.* 983.

33. (Fol. 123v-126v) Sermo in laude B. Barnabae apost. = *BHL.* 985.

Praetermissa est pars III vix non tota. Desinit enim *ex graeco elogio ... fideliter declaramus.*

34. (Fol. 126v-129) Passio S. Basilidis. = *BHL.* 1018.

Praemissus est prologus Passionis *BHL.* 1020.

35. (Fol. 129-130v) Passio SS. Cansianorum. = *BHL.* 1547.

36. (Fol. 130v-137v) Passio S. Viti sociorumque eius. = *BHL.* 8714.

37. (Fol. 137v-141v) Passio S. Bartholomaei apost. = *BHL.* 1001-1003.

38. (Fol. 141v-143) Passio ss. mm. Nicandri et Marciani. = *BHL.* 6070.

39. (Fol. 143-148) Passio ss. mm. Gervasii et Protasii. = *BHL.* 3514, 3513.

40. (Fol. 148-152v) Passio sanctorum mille quadringentorum octoginta martyrum (*lemma scriptum super rasuram*).

Immo Passio SS. Acacii et sociorum, multum similis Passionis *BHL.* 20. Inc. epist. ut in *BHL.* 20. — Inc. prol. *Salvatore nostro Iesu Christo apparente, orta magna iustitia.* — Inc. *Adrianus et Antoninus imperatores praelium cum Eufratensibus habuerunt; elegerunt viros numero 1480 potentes in fortitudine* — Des. *Et vox facta est eis dicens : " Exauditae sunt, benedicti, orationes vestrae coram immortale rege Christo. Sic autem*

Sessor. 49. *finierunt sancti martyres passiones suas et perrexerunt ad Dominum. Ipsi enim decet laus ... Amen.*

41. (Fol. 152v-157v) Unde supra. = *BHL.* 5673.

Inc. *Tempore Chosroe impiissimi tyranni cum filio suo Maxentio venerunt irati cum furore diabolico super civitatem sanctam Hierusalem...*

42. (Fol. 157v-158v) Vita S. Paulini. = *BHL.* 6558.

Foliis perditis, des. mutila : *quantos intricatos debito a creditoribus suis reddita pecunia liberavit* (*Act. SS.*, num. 6 extr.).

43. (Fol. 159-160) <Passio SS. Petri et Pauli>. = *BHL.* 6669.

Foliis perditis, incipit mutila : *maerore consumptus ; et quamvis in aliis terrarum partibus Petri esset expertus potentiam, tamen perveniens Romam...*

44. (Fol. 160-167v) <Passio SS. Petri et Pauli>. = *BHL.* 6664.

Excisum est folium inter fol. 165 et fol. 166.

45. (Fol. 167v-174v) Passio SS. Petri et Pauli apostolorum. = *BHL.* 6661, 6657, 6659.

46. (Fol. 174v-181v) Passio S. Pauli. = *BHL.* 6572, 6576, 6577.

47. (Fol. 182-185v, saec. XIII) <Passio S. Placidi>. = *BHL.* 6863.

Est hoc fragmentum alterius Legendarii. — Deest Passionis initium usque ad num. 4 in. (inc. |*toris velud splendidissimum sidus emicuit De spina militiae saecularis ...*) et finis inde a num. 20 extr. (des. *eo interveniente purgatus est. Paraliticus quidam cuius*).

CODEX 53 (alias 1356, olim 66)

Membraneus, foliorum 63 [sign. 2-60, 60 bis, 61-63] (0m,288 × 0,176), manu beneventana exaratus saec. XI/XII. Madore et murium dentibus multum passus est codex : prima folia in ruinam abeunt, folium 55 vix legi potest, folii 60 *bis* non superest nisi parvum fragmentum.

1. (Fol. 2-50) <Dialogi Sulpicii Severi de S. Martino>. = *BHL.* 5614-5616.

Foliis perditis, inc. sub initio cap. 18 dialogi I: | *cet suppetunt plura recolenti ...* (*P.L.*, t. XX, col. 195). Post ultima verba dialogi III scripta sunt eiusdem dialogi cap. 15, 16 et initium cap. 17 *Quodam itidem die... simul tam studiosis auditoribus caena debetur*).

2. (Fol. 50-51v) Sermo quando corpus eius translatum est. = *BHL.* 5623.

3. (Fol. 51v-52) De basilica S. Martini.

Gregorii Turonensis, *Hist. Franc.*, II, 14, omisso initio et fine. Inc.: *Basilica sancti Martini abest a civitate passos quingentos fere et quinquaginta...*

4. (Fol. 52-55^{v}) Sermo in laude S. Martini. SESSOR. 53.

Inc. *Laetemur in Domino, fratres dilectissimi, omni laetitia spiritalis gaudii, quos omnipotentia divinae maiestatis egregii sui confessoris, nostri quoque praecipui pastoris, iocunditate laetificat annuae sollemnitatis.* — Des. *unicum filium suum, per eundem dominum nostrum Iesum Christum... Amen.*

5. (Fol. 56-60*bis*^{v}) Libellus B. Gregorii Turonensis episcopi de miraculis S. Martini. = *BHL.* 5618.

Incipit a prologo. Desinit mutilus in medio cap. 5, libri I.

6. (Fol. 61-62^{v}) <Gregorius Turonensis de S. Martino>. = *BHL.* 5619, 5620.

7. (Fol. 62^{v}-63^{v}) <De S. Martino et de S. Briccio>.

Alia recensio narratiunculae illius, quae legitur in codice Lateranen si A. 81[90].

Inc. *Epistula sancti Martini episcopi, quando ad patres Turonicae de Pannonia venturus evenit ut ostenderet virtutes. Per universam terram faciebat mirabilia. Tunc omnes senatores episcopi et comites surrexerunt ; locuti sunt vana dicentes* — Des. *veniam tibi petimus. Tunc beatus Mart<inus> dixit : Christus fuit crucifixus* //////////////////// *iratus super eos, nec ego vobis irascar.*

CODEX 55 (ALIAS 2099, OLIM 88, TUM 134)

Membraneus, foliorum 200 (0^{m},28 × 0,20), exaratus saec. VII. Quaedam folia rescripta sunt, erasa scriptura unciali saec. VI. Periit folium 171.

Erat prius abbatiae Nonantulanae.

(Fol. 81-88) Epythafium S. Paulae a B. Hieronimo presbitero factum. = *BHL.* 6548.

CODEX 63 (ALIAS 2102)

Codici foliorum 226 (0^{m},270 × 0,180) exaratorum scriptura beneventana saec. IX in., adiuncta sunt fragmenta tria (f. 227, f. 228, f. 229-232) aliorum codicum, ex quibus hagiographicum est primum.

Folium 227-227^{v} (0^{m},267 × nunc 0,173), paginis bipartitis exaratum saec. XI, quod continet partem Passionis S. Bartholomaei *BHL.* 1002 (ed. BONNET, p. 132, l. - p. 139, l. 8).

CODEX 73 (ALIAS 1304, OLIM 220)

Membraneus, foliorum 140 (0^{m},258 × 0,190), paginis bipartitis exaratus saec. XIV/XV.

Sessor. 73. Erat prius *monasterii Sancti Martini de Botiis* (f. 140v), et quidem anno *1489 frater Gregorius Crispus* emerat *hunc librum a nonno Iohanne Theutonico librarum trium* pretio (ibid.).

1. (Fol. 1-119v) Liber de miraculis, operibus ac conversatione sanctorum iam in caelis exultantium.

Prologus. *In hoc sequenti opusculo ordinantur in certis titulis, ut patet in sequentibus, quaedam narrationes ad praedicationem verbi Dei necessariae et praecipue illis qui delectantur in exemplis sanctorum... Excerptae vero sunt a libris per sanctos patres ab ecclesia catholica approbatis*[1], *videlicet a quatuor libris dialogorum beati Gregorii papae et ab evangeliorum omeliis ab eodem compositis, et a beato Augustino de civitate Dei, et ab ecclesiastica historia, et tripartita a beato Eusebio et beato Hieronymo et de statu ecclesiae primitivae composita*[2], *et ab ecclesiastica historia Anglorum secundum Bedam presbyterum, et a libro qui dicitur decem*[3] *collationes Patrum et a libro qui dicitur Paradisus, qui de eadem loquitur, et a libro Barlaan, et de passionali, in quo agitur de passione martyrum, vita et conversatione et fine beatorum ceterorumque sanctorum. Narrationes vero a praedictis libris excerptae ordinantur XX capitulis principalibus, quorum* primum *est de miraculis beatae et gloriosae virginis Mariae matris Domini;* secundum *est de sancta cruce et eius virtute;* tertium *est de bonis angelis;* .... vicesimum *est de morte damnatorum cum adiunctis. Et sciendum quod post primum capitulum huius opusculi, in quo primo capitulo ordinantur miracula beatae virginis Mariae, in omnibus aliis, scilicet XIX capitulis, intitulantur in principio singularum narrationum de quo libro singulae narrationes, quae hic ponuntur, sunt excerptae* (1). *Ista igitur XX praetacta capitula*[4] *subdividuntur singula in diversis et certis capitulis.*

Inc. cap. I. *Fuit in Toletana urbe quidam archiepiscopus, qui vocabatur Hildefonsus* (= *Mir. BMV.* 590). — Des. cap. XX (Gregorius Magnus, *Dial.*, IV, 31) *quibusdam* (corrige *quibus dum*) *adhuc concessum est vivere, licet a malis operibus emendare.*

2. (Fol. 119v-140v) <Epitome historiae Lausiacae>.

Inc. prol. *Suadeo tibi, Saule* (immo *Lause*) *serve Dei, ut omni virtute mentis diffugias eorum conspectum atque colloquium quorum contrarium est bonae viae propositum.* — Des. *et ex ipsa comparatione vel diligentiam vel negligentiam meam curiose probare* (= *BHL.* 6532, prooemium ad Lausum, versus finem).

[1] *cod.* approbate. — [2] *cod.* composite. — [3] *vox deleta.* — [4] *cod.* miracula.

(1) Reapse inde a cap. 2 ita incipiunt singulae paragraphi : *Legitur in Vita beati N...; Gregorius libro... dialogorum narrat; Beda in Historia Anglorum... narrat; legitur in Vitis Patrum; Vir quidam, sicut narrat Augustinus de Civitate Dei,* etc.

Inc. *Cum igitur primum Alexandriam urbem attigi secundo Theodosii senioris imperatoris consulatu, repperi sanctum Isidorum* (= *BHL.* 6532, c. 1). — Des., non impleta ultima linea : *Marcum in Sithi degentem ferunt in iuventute valde fuisse sapientem et mansuetum memoriamque divinarum scripturarum* | Sessor. 73.

CODEX 104 (alias 1408, olim 199)

Membraneus, foliorum 215 (0^m,223 × 0,166), paginis bipartitis exaratus saec. XIV.
Erat olim monasterii Casaemarii (fol. 1).
Continet *Legendam auream*, eamque mutilam.

CODEX 107 (alias 1324, olim 12)

Membraneus, foliorum signatorum nunc 1-256, olim vero XXXVII-CCC (0^m,206 × 0,150), paginis bipartitis exaratus saec. XIV.
Continet *Legendam auream*, eamque principio et fine mutilam.

CODEX 110 (alias 109, alias 1382)

Membraneus, foliorum sign. 1-147 [51 bis] (0^m,205 × 0,140). Constat fragmentis sex codicum exaratorum saec. XII et XIII.
Erat olim monasterii Casaemarii (fol. 85).

III. Folia 38-60 (0^m,202 × 0,138), saec. XIII.

1. (Fol. 38-60^v) Vita S. Pachomii. = *BHL.* 6410.

Deest inscriptio : *Dominae venerandae...* — Perditis foliis, desinit mutila : *Induantur autem noctibus lebitones lineos praecincti lumbos, habeantque singuli meloten* | (*P.L.*, t. LXXIII, col. 242 c).

V. Folia 69-84 (0^m,203 × 0,138), saec. XII/XIII.

2. (Fol. 69^v-76^v) Passio sanctarum virginum undecim milium. = *BHL.* 8428-8430.

3. (Fol. 77-84^v) Revelatio divinitus revelata famulae Dei Elisabet de XI milibus virginum aliisque martyribus inter eas passis. = *BHL.* 8431.

Foliis perditis, inc. mutila : *pene tamen per errorem aliter scribi debuerat ; sed ipsa ego scribentem prohibui. Venit autem mecum Cesarius martyr...* (*Act. SS.*, num. 2 extr.).

CODEX 113 (alias 1322, olim 205)

Membraneus, foliorum 121 (0^m,223 × 0,141), exaratus tribus manibus saec. XII.
Erat olim monasterii Sanctae Mariae de Sagitario (fol. 2, 15^v).

Sessor. 113. (Fol. 16-49) Adhortationes sanctorum patrum ad profectum perfectionis monachorum. = *BHL.* 6527.

In medio folio 43r subito fit transitus a § 25 cap. x (*... hoc admirare*) ad § 17 cap. xiv (*Duo fratres...*) Praeterea quaedam narrationes omissae sunt vel loco mutatae. Post ultimam narrationem (*... sed ut convertatur et vivat*) sequitur ex libro *BHL.* 6529 cap. i, § 16 (*P.L.*, t. LXXIII, col. 998-1000), tum ex libro *BHL.* 6527 cap. xviii § 19, quae narratio in media pagella praerupte desinit : *statimque ad supradictum monasterium venit et magistro fratrem* (sic) *vocavit* (*P.L.*, t. c., col. 984 d).

CODEX 114 (alias 1412)

Membraneus, foliorum 99 (0m,216 × 0,151), exaratus saec. XIII.

Ante annum 1729 erat monasterii Sanctae Mariae de Aqua Frigida, dioec. Comensis (fol. 1, 98v).

(Fol. 67-98v) Vita S. Brendani abbatis et de conversatione eius et discipulis eius. = *BHL.* 1437.

CODEX 121 (alias 1378)

Membraneus, foliorum 151 (0m,207 × 0,130), exaratus saec. XIII extr.

In folio chartaceo 152 descriptus est in parte adversa index libellorum, in parte autem aversa notatum saec. XIV : *Iste liber est fratrum de Cumis ordinis S. Augustini.*

1. (Fol. 1-30v) <Liber de ortu B. Mariae et de infantia Salvatoris>. = *BHL.* 5336, 5337.

Incipit libellus 5337 : *Et factum est post regressionem Iesu de Aegypto, cum esset in Galilea inchoante quinto anno aetatis eius...*

2. (Fol. 83v-93) In assumptione S. Mariae.

Inc. *Cum esset beata Maria diebus ac noctibus vigilans et orans post ascensionem domini nostri Iesu Christi, venit ad eam angelus, dicens : " Maria, surge et accipe palmam, quam nunc tibi detuli, quoniam post tres dies assumenda es* — Des. *et praecepit Dominus nubibus ut irent in paradisum sub arbore vitae. Et attulerunt angeli animam sanctae Mariae et posuerunt eam in corpore ipsius, iubente domino nostro Iesu Christo ; et habebit gloriam ibi in sempiterna saecula saeculorum. Amen.*

3. (Fol. 93-101v) Passio S. Andreae apostoli. = *BHL.* 428.
4. (Fol. 101v-103) In natali S. Iacobi. = *BHL.* 4093.
5. (Fol. 103-105) In festivitate S. Philippi. = *BHL.* 6814.
6. (Fol. 105-112) Passio S. Georgii mart.

Inc. *Factum est sub tempore Datiani imperatoris, qui fuit persecutor christianorum vel ecclesiarum, misit ad omnes potestates quae sub regno*

eius erant. — Des. *Et viderunt cuncti suscipi[entes] animam eius ab angelis et portari in caelum. Martyrizatus est autem beatissimus martyr Christi et adleta Georgius sub die VIII kalendarum maiarum in provincia Capadociae civitate, militans sub Datiano imperatore, regnante Domino... Amen.* Cf. *BHL.* 3369. Sessor. 121.

7. (Fol. 113-124) Passio S. Caeciliae et SS. Valeriani et Tiburcii. = *BHL.* 1495.

Nonnullis omissis.

8. (Fol. 124-131) Passio S. Iustinae virg. = *BHL.* 2047.

9. (Fol. 131-135^{v}) In natali ss. virg. Liberatae et Faustinae.

Inc. *Ad laudem et gloriam omnipotentis Dei et fidelium mores maiorum exemplis instruendos discretionis vestrae celsitudini innotescat sanctissimas virgines Liberatam et Faustinam secundum carnem sorores* — Des. *et potioribus Dei bonis perenniter fruamur* (cod. *fluamur*). *Sepultae autem sunt in pace in ipsa ecclesia Beati Iohannis Baptistae, quam aedificaverunt ad honorem Dei... Amen.* Cf. *Act. SS.*, Ian. t. II, p. 196-97.

10. (Fol. 136-140) In natali S. Iohannis evangelistae. = *BHL.* 6544 cap. 72, 4324 (omissa ultima parte), 4322.

11. (Fol. 140^{v}-142^{v}) In natale S. Barnabae apost.

Inc. *Beatus apostolus Barnabas, qualiter fidem catholicam praedicav<er>it ... ac per martyrii palmam venerit ad coronam gloriae, iuxta autenticam seriem et auctoritatem Lucae evangelistae et Iohannis cognomento Marci multifida relatione pandere curavimus. Iste est ille Barnabas, qui et Ioseph... Multa alia de eo refert Lucas evangelista, quae propter prolixitatem duximus omittenda. Restat ut tantummodo dicamus quo in loco et quo martyrii genere passus est; et quae in sequenti dicturi sumus, relatione Iohannis cognomento Marci didicimus. Dominus noster Iesus Christus quadam nocte apparuit beato Paulo apostolo, dicens : " Ne prohibeas Barnabam ire Cyprum* — Des. ut *BHL.* 983.

12. (Fol. 142^{v}-151^{v}) In nativitate S. Iulianae. = *BHL.* 4523.

Cum prol. β et initio δ.

CODEX 125 (ALIAS 1380)

Membraneus, foliorum 55 ($0^{m},202 \times 0,137$), exaratus saec. XV a D. Paulo Georgii de Sulmona (cf. fol. 55^{v}).

(Fol. 2-55^{v}) Vita B. Ioannis de Capistrano. = *BHL.* 4360.

Foliis perditis inter fol. 44 et fol. 45, deest locus inde ab *ignitos lignorum* | (= *Act. SS.* p. 471, n. 101, lin. 12) et *prolatum esset confluerelque...* (ibid., p. 474, n. 114, lin. 2).

Qui in editione a Vita distinctus est " Prologus „ cum eadem continuo coniungitur in codice, ita ut " Vita „ incipiat fol. 4 : *Collabentem ferme*

Sessor. 125. *Dei civitatem...* Verum praemissa est (fol. 2-3v) *Fratris Nicolai de Fara Minorum minimi praefatio in Vitam beati Ioannis de Capistrano,* quae ex hoc codice edita est in *Anal. Boll.,* t. XXIII, p. 321-24.

CODEX 126 (alias 1509)

Membraneus, foliorum sign. 1-195, A, B (0m,192 × 0,138), exaratus variis manibus saec. XIII (fol. 1-128) et XIV (fol. 129 sqq.) Fuit olim *Iste liber fratris Boni de Stuppanis de Cumis ordinis heremitarum sancti Augustini,* et quidem *Iste liber (est) conventus sancti Augustini de Cumis* (fol. 2; cf. fol. 195v et fol. Av).

(Fol. 129-195v) Vita venerabilis Aupes virginis de Cudot. = *BHL.* 306.

CODEX 147 (alias 2034)

Membraneus, foliorum 51 (0m,217 × 0,157), constans fragmentis aliquot codicum qui exarati erant variis manibus saec. XIII et XIV.

Erat prius conventus fratrum heremitarum Sancti Augustini de Cumis (fol. 1, 50v).

(Fol. 43-47v, saec. XIV) De S. Catherina. = *BHL.* 1663 a.

Inc. *In urbe Alexandrinorum erat quaedam puella annorum XXIIorum speciosa valde...*

CODEX 297 (alias 2021, olim 203)

Chartaceus, foliorum 223 (0m,218 × 0,145), exaratus variis manibus saec. XV.

Fol. 216v legebatur olim *Iste liber est monasterii* (?) *fratrum ////////// de Mantua;* pro quibus, erasa una voce et aliis mutatis, scripsit manus paulo recentior: *Iste liber est mei fratris Hieronimi de Mantua.*

(Fol. 217-221) <Passio S. Georgii>. = *BHL.* 3379.

Folio 217 lacerato, deest initium.

CODEX 300 (alias 1375)

Chartaceus, foliorum 196 [A, B, C, sign. 1-192, D] (0m,233 × 0,165), exaratus saec. XV.

Fol. A-Bv descriptus est index voluminis.

(Fol. 1-114v) Liber de vita et obitu gloriosissimi Hieronymi.

Inc. *Hieronymus Eusebii viri nobilissimi filius ab oppido Stridonis, quod a Gothis eversum est* — Des. *et ipsius fabricae peculiarium* (corr. *pecuniarum*) *subsidium obtulit* (= *Act. SS.,* Sept. t. VIII, p. 658, num. 1195 extr.). *Explicit liber de vita et obitu sancti Hieronymi. Deo gratias. Die XXVII octobris 1475.*

3. CODICES FARFENSES

CODEX 5 (ALIAS 270)

Membraneus, paginarum sign. 1-414, 414*bis*, 415-425 (0^{m},238 × 0,178), exaratus saec. XIII.

Erat prius *Monasterii Sancti Angeli de Caieta* (fol. 1).

1. (Pag. 1-82) <Narrationes ex Vitis Patrum>.

Sunt haec capitula plurima ex libris *BHL.* 6524-6527 excerpta. Perditis, ut videtur, quibusdam foliis, initium nunc sumitur a medio cap. 1 libri *BHL.* 6524 (*Erat quidam apud nos monachus in hac vicina eremo commanens... P. L.*, t. XXI, col. 399 A); sequuntur eiusdem libri *BHL.* 6524 cap. 15, 16, 13, 11, 20, 31 ; tum libri *BHL.* 6525, c. 8-16, 43, 57, 60, 62, 104, 220; dein libri *BHL.* 6526, c. 41, 55 et alia bene multa, quae singillatim recensere operae pretium non est. Notabo solummodo pag. 69-82, interposito hoc lemmate *Incipiunt narrationes diversae ad oboedientiam, ad patientiam et fortitudinem nos coaptantes, quas* (cod. *quos*) *de graeco in latinum transtulerunt Pelagius diaconus et Iohannes subdiaconus ecclesiae Romanae*, venire dumtaxat libri *BHL.* 6527 partem seu libellum VII (*P.L.*, t. LXXIII, col. 893-905); cuius libri partes IV, V, III et VI superius (pag. 40-69) exscriptae erant.

Ex eisdem libris de Vitis Patrum quaedam variis in locis postea exscripta sunt, nempe pag. 171-174, 181-186, 188-189, 190-200. Sed et pag. 200-377 exscriptus est vix non totus liber *BHL.* 6532 inde a medio cap. 1 : *Sanctus iste Isidorus, qui benedictum quondam Antonium...* (= *P.L.*, t. LXXIV, col. 253 C), omisso tamen cap. 21.

2. (Pag. 82-89) Vita Pauli primi eremitae descripta a B. Hieronymo. = *BHL.* 6596.

3. (Pag. 89-135) Vita S. Antonii primum scripta ab Athanasio episcopo Alexandrino in graeco, translata in latinum ab Evagrio presbytero. = *BHL.* 609.

4. (Pag. 135-156) Vita S. Hilarionis. = *BHL.* 3879.

5. (Pag. 157-171) Vita Abraham et neptis eius. = *BHL.* 12.

Omissis ultimis sex capitulis, des. *Quinquaginta siquidem totos conversationis suae annos magna cum devotione atque humilitate cordis et karitate circa Deum et proximum valde sincera institutum spiritale complevit. Gloria Deo bonorum omnium perfectori, qui vivit... Amen.*

6. (Pag. 174-178) Vita Malchi monachi captivi descripta a B. Hieronymo. = *BHL.* 5190.

Deest prologus.

7. (Pag. 178-181) Vita S. Frontonii. = *BHL.* 3192.

FARF. 5.

Des. *Misericors enim Deus, qui nullum vult hominem in hac mortalitate perire, statuit in hoc saeculo ut per satisfactionem peccata donentur.*

8. (Pag. 186-188) Vita S. Marinae virg. = *BHL.* 5528.

9. (Pag. 189-190) Vita S. Taisis. = *BHL.* 8012.

10. (Pag. 377-390) Vita cuiusdam monachi de Savigneio, Haimonis videlicet.

Exscripta sunt Vitae ed. in *Anal. Boll.*, t. II, p. 500 sqq. prologus et capitula 1-10, 55, 11-13, 26, 29, 49, 51-53, 57, 58, 54, 56. Et quidem in cap. 1-10 convenit codex noster cum recensione pleniore (*BHL.* 3752), in ceteris cum recensione contracta (*BHL.* 3753). Locus corruptus in c. 10 (*Anal. Boll.*, t. II, p. 516, l. 3-5) ita ex nostro codice corrigendus est: *quia minus diligitis? Veraciter enim dicitur quia ... et deficit qui summa medulitus non diligit.*

CODEX 27 (ALIAS 278)

Membraneus, foliorum 193 ($0^{m},313 \times 0,213$), continet (f. 7-190^{v}) S. Ambrosii expositionem in Lucam saec. XI paginis bipartitis exaratam.

Praeterea

1. (Fol. 1-3^{v}, saec. XII) Martyrium S. Pauli apostoli a Lino episcopo Romano graeca lingua conscriptum et in ecclesiis orientalibus destinatum. = *BHL.* 6570.

2. (Fol. 190^{v}-193^{v}, saec. XII al. man.) <Vita S. Leonardi>. = *BHL.* 4862.

Foliis perditis, des. mutila : *transgrediens etiam adusque Germaniam, in tantum denique magni|(ficabat...)*; cf. ARBELLOT, ch. 34.

CODEX 29 (ALIAS 341)

Membraneus, foliorum signatorum olim I-CCXC ($0^{m},350 \times 0,282$), paginis bipartitis exaratus saec. IX/X (fol. 7-290) et saec. XI (f. 1-6). Perierunt folia LXXIV et LXXV.

Fol. 6-6^{v} descriptus est saec. XI index Vitarum.

1. (Fol. 1-6) Vita S. Severi archiepiscopi Ravennatis. = *BHL.* 7683.

2. (Fol. 7-18) Gesta sanctorum Septem apud Ephesum Dormientium. = *BHL.* 2315. Aug. 10.

3. (Fol. 18-21) Passio S. Gratiliani mart. = *BHL.* 3631. Aug. 12.

4. (Fol. 21-32) Passio S. Leodegarii ep. et mart. = *BHL.* 4851. Oct. 2.

5. (Fol. 32-32^{v}) Titulus S. Aredii.

Ed. ex hoc codice Br. KRUSCH, in *MG.*, Scr. rer. merov. t. III, p. 610-11.

6. (Fol. 32^{v}-51^{v}) Vita sancti ac beatissimi Aredii ab. et conf. = *BHL.* 666. Aug. 25.

7. (Fol. 51v-52) Titulus S. Aredii. FARF. 29.

Ed. ex hoc codice KRUSCH, l. c., p. 611.

8. (Fol. 52-61v) Vita S. Martini ep. et conf. = *BHL.* 5610.

Desunt tum epistula, tum prologus, tum pars ultima libelli 5610, qui des. *et per misericordiam Domini absolvendos esse peccatis qui peccare desierint* (cap. 22 med.).

9. (Fol. 61v-63) De transitu S. Martini. = *BHL.* 5613.

Deest prologus.

10. (Fol. 63-64) Item de transitu S. Martini. = *BHL.* 5619.

Paucis omissis. — Inc. *Arcadio vero et Honorio imperatoribus, sanctus Martinus...*

11. (Fol. 64-77) Natale S. Sulpicii ep. et conf. = *BHL.* 7930. Ian. 17.

12. (Fol. 77-85v) Liber miraculorum de virtutibus S. Sulpicii, quae post eius obitum gesta sunt. = *BHL.* 7931.

13. (Fol. 85v-88v) Vita et Passio ss. mm. Marcelli et Apolei. Oct. 7.

Inc. *Erat quidam Marcellus nomine, qui vita et studiis et genere, prudentia quoque et honestate valde clarus habebatur* — Des. *ut quibus in terra diversitas gloria honoris fuerat, passionis una eis apud Deum maneret de triumpho victoriae corona. Martyrizaverunt autem die nonarum octobris ad laudem... Amen.*

In unius Marcelli historiam conflavit scriptor Passionem Marcelli illius qui cum Apuleio martyrium fecisse traditur (cf. *BHL.* 5251, 5252) et Passionem Marcelli martyris Tingitani (*BHL.* 5253).

14. (Fol. 89-92) Natale ss. mm. Rufi et Carponi. = *BHL.* 7378. Aug. 27.

15. (Fol. 92-94v) Natale ss. mm. Valentini presb. et Hilarii diac. = *BHL.* 8469, 8470. Nov. 3.

16. (Fol. 94v-96v) Natale S. Maximi mart. Oct. 25.

Haec est pars prior Passionis SS. Flaviani, Maximi et sociorum, quae Passio legitur etiam in codice Sessoriano 51[18].

Inc. *Post mortem Diocletiani imperatoris augusti ... facta est christianis* — Des. *ubi florent orationes sanctorum in saecula saeculorum... Amen.*

17. (Fol. 96v-97v) Gesta uxoris et filiorum S. Maximi. Iun. 5.

Pars altera eiusdem Passionis.

Inc. *Post menses vero duo moritur Constantius Augustus* — Des. *Et veniens quaedam matrona, nomine Savina, collegit corpora et sepelivit in eodem loco sub die nonas iunias; ubi florent orationes eorum et beneficia ad laudem Domini... Amen.*

18. (Fol. 97v-100) Natale SS. Victoris et Coronae. = *BHL.* 8559.

Inc. *Fuit persecutio christianis ab imperatore Antonino temporibus Sebastiani ducis Aegypti provinciae Alexandriae. Fuit vir christianus, nomine Victor, miles, metuens Dominum. Cui dux dixit: " Victor, litterae*

FARF. 29.

mihi venerunt — Des. *exivit ab eo sanguis et lac. Populi autem circumstantes admirabantur in omnibus passionibus eius usque ad finem, et multiplicati sunt in fide domini nostri Iesu Christi. Tunc sanctus Victor passus est et beata Corona nono kalendas aprelis, hora nona, benedicentes Dominum. Passi sunt autem in Thebaida in Aegyptum contra civitatem quae dicitur Lico, ad laudem... Amen.*

19. (Fol. 100-104v) Natale ss. mm. Dionysii ep., Rustici et Eleutherii. = *BHL.* 2178. Oct. 9.

20. (Fol. 105-109v) Sermo de S. Dionysio ep. = *BHL.* 2187.

21. (Fol. 110-125v) Vita S. Germani episcopi Parisiacae civitatis. = *BHL.* 3468. Mai 28.

22. (Fol. 125v-128v) Translatio corporis S. Germani ep. et conf. = *BHL.* 3472, 3473. Iul. 25.

23. (Fol. 128v-130v) Passio S. Fructuosi ep. = *BHL.* 3197. Ian. 21.

24. (Fol. 130v-133) Natale S. Feliciani ep. et mart. = *BHL.* 2846. Ian. 24.

25. (Fol. 133-136v) Natale S. Babylae ep. et mart. cum tribus parvulis. = *BHL.* 889. Ian. 24.

26. (Fol. 136v-138) Natale S. Alexandri. = *BHL.* 280. Mart. 14.

27. (Fol. 138-138v) Natale S. Cassiani mart., qui passus est Tingi. = *BHL.* 1636. Dec. 3.

28. (Fol. 138v-143) Vita et actus S. Marcialis Lemovecinae civitatis episcopi. = *BHL.* 5551, 5561. Iun. 30.

Deest epilogus libri 5561.

29. (Fol. 143-147v) Natale S. Felicis ep. et mart. Oct. 30.

Post longa praeambula, quibus soli loci communes evolvuntur, ubi ipsam narrationem aggreditur auctor, pedetentim sequitur Acta S. Felicis ep. Spellatensis (*BHL.* 2886), cum quibus aliquando ad verbum convenit, dum tamen saepius multo pluribus verbis, raro paucioribus easdem res exponit. Atque in his solis nominibus, ad res quod attinet, ab his aliis Actis discrepat : 1° Tarquinius non Spellate, sed in Martanam urbem venit (cap. 1); sic noster : *Erat quippe urbs quae nuncupabatur Martana, ubi erat constitutus episcopus qui appellabatur Felix ;* et ita in tota Passione de Martana urbe sermo est; 2° (*BHL.* 2886, n. 5) ita noster : *Audiens autem Faustinus socius eius quod Tarquinius belua, inito consilio, volebat interficere S. Felicem ;* 3° (*BHL.* 2886, n. 7) ita noster : *Christiani ... sanctum Felicem transtulerunt et deportaverunt usque ad locum qui vocatur Castricianum ; ibi vero sepelierunt eum honorifice.*

Inc. *Dominus creator et redemptor atque salvator noster Iesus Christus per prophetas suos nobis innotescere voluit se venturum esse in mundum et nasciturum ex virgine ...* et post multa (f. 144v) *Temporibus igitur Diocletiani et Maximiani utrisque crudelissimis imperatoribus non modica sed maxima in christianos exorta est persecutio* — Des. *Regressi sunt christiani*

unusquisque ad hospitium suum laudantes Deum et benedicentes Dominum, qui vivit... Amen. FARF. 29.

30. (Fol. 147v-149) Passio sanctorum infantum Iusti et Pastoris. = *BHL.* 4595. Aug. 8.

31. (Fol. 150-153) Natale S. Miniae mart. = *BHL.* 5965. Oct. 25.

32. (Fol. 153-156) Natale S. Bebianae. = *BHL.* 1322. Dec. 2.

33. (Fol. 156-159) Natale S. Res<ti>tuti mart. = *BHL.* 7197. Mai 29.

Desunt ultimae sententiae (*Requievit autem...*).

34. (Fol. 159-162v) Natale SS. Antimi, Sisinnii, Maximi, Bassi et Fabii, Diocletiani et Florentii martyrum. = *BHL.* 561. Mai 11.

35. (Fol. 162v-173v) Natale S. Genovefae virg. = *BHL.* 3335. Ian. 3.

36. (Fol. 173v-177) Natale S. Marcelli Parisiacae civitatis ep. = *BHL.* 5248. Nov. 1.

Deest prologus.

37. (Fol. 177-186v) Natale S. Romani presb. et monachi. = *BHL.* 7307. Nov. 24.

Des. ut *BHL.* 7306.

38. (Fol. 186v-190v) Natale S. Hilari monachi et eremitae. = *BHL.* 3913. Mai 15.

Inc. *Temporibus quo Roma...* (ut *BHL.* 3914).

39. (Fol. 190v-192) Quomodo S. Basilius peccata cuiusdam mulieris doluit.

Inc. *Fuit quaedam mulier dives et genere nobilis et circa saeculi huius vana conspicua et opibus ditissima, sed nihil quae Deo placita sunt possidens. Haec per dispensationem misericordis Dei* (cf. *BHL.* 1024 : *Bibl. Casin.*, p. 217) — Des. *et ante maiestatis adstantiam et redditionem bonae rationis, quia illi decet gloria... Amen.*

40. (Fol. 192-196v) Passio SS. Herenei ep., Andochi presb., Benigni presb., Tyrsi diac., Felicis negotiatoris. April. 2.

Constat partibus tribus 1° prologo quodam (*Quamquam non ullis...*) et brevi laudatione S. Polycarpi (*Inter has florentissimas suffragiorum coronas ...*); 2° Vita S. Irenaei *BHL.* 4458; 3° prima parte Passionis S. Andochii et sociorum *BHL.* 424 (num. 1-5 med.) Duas priores ex hoc codice nuper edidit W. MEYER, *Die Legende des h. Albanus des Protomartyr Angliae in Texten vor Beda* (Berlin, 1904 = ABHANDLUNGEN DER KÖN. GESELLSCHAFT DER WISSENSCHAFTEN ZU GÖTTINGEN, philol.-hist. Klasse, N. F., VIII, 1), p. 73-78.

41. (Fol. 196v-198v) Natale SS. Andochi presb., Tyrsi diac. et Felicis. = *BHL.* 424 inde a num. 5 med. Sept. 25.

Inc. *Eodem tempore erat Aurelianus* — Des. *ubi cotidie virtus Domini mire declaratur. Illic lacrimas fundens sanctus Symphorianus vigiliis et orationibus <vacans> parum illis erat de eo loco discedere. Acta sunt haec circa sanctos Dei martyres ... Amen. Passi sunt VII kal. octobres.*

FARF. 29.

42. (Fol. 198ᵛ-200ᵛ) Natale S. Benigni mart. = *BHL.* 1153. Nov. 1.

43. (Fol. 200ᵛ-206) Natale S. Quintini mart. = *BHL.* 6999, 7000. Oct. 31.

44. (Fol. 206-207ᵛ) Inventio corporis S. Quintini m. = *BHL.* 7014.

45. (Fol. 207ᵛ-219) Passio ss. mm. Taraci, Probi et Andronici VIII kal. apr., necati vero sunt VII id. oct. = *BHL.* 7981-7983.

46. (Fol. 219-223) Natale S. Felicis mart. = *BHL.* 2865. Aug. 1.

Des. *gaudia duplicantur. Nos vero... Amen.*

47. (Fol. 223-224) Natale S. Maximi levitae. Oct. 19.

Inc. *Sub temporibus Decii imperatoris, qui ipse Decius imperator volens opprimere vel superare legem christianam, decreta constituit* — Des. *ut et mundum vincerem et diabolum superarem. Ductusque foris emisit spiritum sanctus Maximus levita Christi apud Aueienses provincias, praestante Domino... Amen.* Cf. *BHL.* 5829-5833.

48. (Fol. 224-225ᵛ) Natale S. Saturnini ep. = *BHL.* 7497. Nov. 29.

Omissis ultimis verbis, des. *beati viri corpus ligneo feretro inmissum quam maxime in profundo loco apto latae scrovis condiderunt, regnante Domino... Amen.*

49. (Fol. 225ᵛ-227) Natale S. Luceiae virg. Dec. 13.

Inc. *Luceia vero sanctimonialis urbica de territorio urbis capta est ab Auceia rege barbarorum* — Des. *et in numero martyrum utrique sociantur Christo. Etiam et alii, qui tunc missi fuerant in carcere, ibidem quieverunt: Antonius, Iuvenis, Serenus, Theodorus, Dionysius, Apollonius, Apamia, Pionicus, Cotres, Aron, Papeas, Scisatus, Quictorius et cum eis novem. Explicit martyrium sanctae Luceiae virginis die idus decembris et omnium martyrum, qui nostri memores esse dignentur. Amen.* Cf. *BHL.* 4980.

50. (Fol. 227-228ᵛ) Natale S. Columbae mart. = *BHL.* 1893. Ian. 1.

51. (Fol. 228ᵛ-237ᵛ) Natale S. Theodosiae virg. = *BHL.* 8090. April. 3.

52. (Fol. 237ᵛ-240) Passio S. Dorotheae et Theophili. April. 29.

Inc. *In provincia Cappadociae apud civitatem Caesaream fuit quaedam puella* — Des. *meritus fuit cum illis, qui ante primam horam usque ad undecimam laboraverunt, aequalem palmam percipere per eum qui glorificat sanctos suos, cui est honor... Amen.* Cf. *BHL.* 2321-2323.

53. (Fol. 240-241ᵛ) Natale S. Anatholiae. = *BHL.* 418. Iul. 10.

Des. *et laudantes Dominum. Corpus vero Marsi Audacis martyris, qui de Oriente venerat, uxor denique eius et filii tulerunt corpus eius cum sua omnia navigantes, tollentesque cum pace profecti sunt in terram suam. Passa est autem sancta sacratissima virgo Anatholia VI idus iulias; deposita est enim eiusdem mensis beatissima sexto idus in loco ubi exuberantur virtutes domini nostri Iesu Christi per orationes eius usque in praesentem diem, regnante eodem Domino... Amen.* Cf. *Anal. Boll.*, t. XXIV, p. 438[106].

54. (Fol. 241v-249v) Natale S. Christinae virg. = *BHL.* 1749. Iul. 24. FARF. 29.

55. (Fol. 250-254) Passio S. Sapientiae et trium filiarum eius. = *BHL.* 2969. Iul. 31.

Incipit ut in codice Lateranensi A. 81[16].

56. (Fol. 254-259v) Natale S. Afrae et comitum eius. = *BHL.* 108, 109, 111. Oct. 9.

Inc. *In illis diebus apud Cretam in civitate Augusta* ... Similiter libellus 109 inc. *Apud provinciam Cretam, ut diximus...*

57. (Fol. 259v-261) Natale S. Eulaliae virg. = *BHL.* 2695. Dec. 13.

Inc. *Erat quaedam virgo sancta puella et sacratissima Dei in Barcilona civitate provincia Spaniae. Sub Datiano praeside saeva fuerat christianis orta tempestas. Iam enim benedictus Vincentius...* Cf. cod. Lateran. A. 81[115].

58. (Fol. 261-267v) Natale S. Aureae. = *BHL.* 808, 809. Aug. 24.

59. (Fol. 267v-269v) Natale S. Domnini martyris. = *BHL.* 2265. Oct. 9.

60. (Fol. 269v-272) Vita B. Ursi presb. et conf. de Augusta civitate. = cod. Lateranensis A. 81[31].

Adnoto lectiones variantes tum in primis verbis (*virtus operata est ... martyrium est. Igitur fuit vir Dei confessor in hac Agusta civitate*), tum in ultimis (*adiunctus choro sanctorum inter inmarcescibiles atque vernantes flores*).

61. (Fol. 272-276) Natale S. Savinae. = *BHL.* 7408. Ian. 29.

62. (Fol. 276-283) Passio martyris Christi S. Pantaleonis. Iul. 28.

Inc. ut *BHL.* 6431. — Des. *Audiens Maximianus tyrannus omnia quae facta sunt iussit succidi arbusculam et ex ea comburere corpus beatissimi martyris. Et venientes alii milites fecerunt sicut praeceptum est illis. Et sic consummatum est certamen sancti martyris recipiens coronam caelestem a Patre et domino Iesu Christo, cui est honor... Amen.*

63. (Fol. 283-290) <Vita S. Vedasti>. = *BHL.* 8506.

Deest prologus.

64. (Fol. 290v) Omelia in die natalis S. Vedasti episcopi dicenda ad populum. = *BHL.* 8509.

Foliis amissis, superest solum initium.

CODEX 32 (ALIAS XL)

Membraneus, foliorum 128 (1) (0m,485 × 0,340), paginis bipartitis exaratus saec. XI.

Est Lectionarius initio et fine mutilus.

(1) Multo pluribus foliis codicem olim constitisse novimus vel ex prisca numerorum serie (a XXVI ad CCXXIX), qui in superiore margine singulorum foliorum inscripti sunt. Hos numeros, qui alicubi glutinatoris scalpro abscissi sunt, quantum fieri potuit, indicavimus.

FARF. 32.

1. (Fol. 1-1^{v}, olim XXVI-XXVI^{v}) <Passio S. Sabini episcopi>. = *BHL.* 7453.

Foliis perditis, incipit mutila : *quia nos non sumus digni, qui relicti sumus in peccatis nostris...* (BALUZIUS, c. IX med.)

2. (Fol. 1^{v}-4^{v}, olim XXVI^{v}-XXVIII^{v}) De venerabili patre nostro Thoma. = *BHL.* 8250.

Legitur in codice (fol. 1-5^{v}) totus libellus ex ipso editus in *MG.*, Scr. t. XI, p. 523-30, cap. 1-20; cuius libelli narratio *BHL.* 8250 septem prima capitula complectitur.

3. (Fol. 5^{v}-6^{v}, olim XXX^{v}-XXXI^{v}) Passio S. Luciae virg. = *BHL.* 4992.

Foliis perditis, superest solum initium.

4. (Fol. 7-7^{v}, olim XXXV (?)). <Passio S. Thomae apostoli>. = *BHL.* 8136.

Foliis perditis, periit tum initium, tum finis.

5. (Fol. 8-8^{v}, olim XXXVIII-XXXVIII^{v}) <Passio S. Victoriae virg.>. = *BHL.* 8591.

Foliis perditis, periit initium.

6. (Fol. 61-62, olim CXLVI-CXLVII) Passio SS. Iohannis et Pauli (ex *BHL.* 3236). Iun. 26.

7. (Fol. 66-66^{v}, olim CLI-CLI^{v}) Natale S. Praxedis. = *BHL.* 6920. Iul. 21.

8. (Fol. 67-67^{v}, olim CLII-CLII^{v}) S. Victorini. = *BHL.* 6064. Iul. 24.

9. (Fol. 68^{v}, olim CLIII^{v}) Passio S. Hippolyti mart. = *BHL.* 3961. Aug. 13.

Folio perdito, superest solum initium.

10. (Fol. 69) <Passio S. Eusebii presb.> = *BHL.* 2740.

Folio perdito, periit initium.

11. (Fol. 70-70^{v}) Passio S. Agapiti mart. (ex *BHL.* 125).

12. (Fol. 72^{v}-74^{v}) Passio ss. mm. Tiburtii et Valeriani. = *BHL.* 8483, 8486.

13. (Fol. 74^{v}). Natale S. Georgii. = *BHL.* 3393. April. 23.

Inc. *Anno igitur ab incarnatione Domini fere CC, residente in urbe Roma Marcellino* (cf. cod. Sessorianus 48[21]).

Foliis perditis, superest solum initium.

14. (Fol. 75-75^{v}, olim CLXIII-CLXIII^{v}) <Passio SS. Gordiani et Epimachi>. = *BHL.* 3612.

Folio perdito, deest initium.

15. (Fol. 75^{v}-76^{v}, olim CLXIII^{v}-CLXIIII^{v}) Passio SS. Antimi, Sisinnii (ex *BHL.* 561). Mai 11.

16. (Fol. 76^{v}, olim CLXIIII^{v}) Passio S. Pancratii mart. = *BHL.* 6421. Mai 12.

Folio perdito, superest solum initium.

17. (Fol. 77, olim CLXXVII) <Passio SS. Marcellini et Petri>. = *BHL.* 5231. FARF. 32.

Foliis perditis, superest sola pars ultima.

18. (Fol. 77-78, olim CLXXVII-CLXXVIII) SS. Gervasii et Protasii. Ex tractatu S. Ambrosii (ex *BHL.* 3513). Iun. 19.

19. (Fol. 78-79, olim CLXXVIII-CLXXIX) Passio sanctorum M.DCCC. LXXX^{ta}.

Inc. *Salvatore nostro Iesu Christo apparente, orta est magna iustitia excitans iustos ad pietatem. Dicam autem quomodo passi sunt, qua etiam occasione meruerint huiusmodi gratiam. Adrianus et Antoninus imperatores praelium cum Eufratensibus elegerunt virorum numero 1180 potentium in fortitudine et industrium in bello. Ascenderunt ergo simul cum eis adversus hostes* (cf. cod. Sessor. 49^{40}). — Reliquis omissis, des. *Tu enim dixisti, Domine, per angelum coram septem regibus iudicari nos, et de hoc gratias tibi agimus, Domine* (cf. *BHL.* 20, num. 9 extr.).

20. (Fol. 79-80, olim CLXXIX-CLXXX) Passio SS. Processi et Martiniani. = *BHL.* 6947. Iul. 2.

21. (Fol. 80-81^{v}, olim CLXXX-CLXXXI^{v}) Passio SS. Nazarii et Celsi (ex *BHL.* 6040). Iul. 28.

22. (Fol. 81^{v}-82, olim CLXXXI^{v}-CLXXXII) Passio SS. Simplicii, Faustini et Beatricis. = *BHL.* 7790. Iul. 29.

23. (Fol. 82-82^{v}, olim CLXXXII-CLXXXII^{v}) Passio S. Felicis papae. = *BHL.* 2857. Iul. 29.

24. (Fol. 82^{v}-84, olim CLXXXII^{v}-CLXXXIIII) Passio ss. mm. Abdo et Senni. = *BHL.* 6. Iul. 30.

25. (Fol. 84-85, olim CLXXXIIII-CLXXXV) Passio S. Stephani papae (ex *BHL.* 7845). Aug. 3.

26. (Fol. 85-87, olim CLXXXV-CLXXXVII) Passio S. Donati ep. et mart. = *BHL.* 2289. Aug. 7.

27. (Fol. 87-88^{v}, olim CLXXXVII-CLXXXVIII^{v}) Passio SS. Cyriaci, Sisinnii, Largi et Smaragdi. Aug. 8.

Inc. *Eodem tempore quo beatus Cyriacus in custodia a Diocletiano augusto teneretur, oblivio erat de eo facta, eo quod multi christiani in custodia pergerent ad eum. Caeci ab eo illuminabantur et infirmi salvabantur a languoribus suis. Coepit itaque Arthemia a daemonio vexari. Quod cum nuntiatum fuisset Diocletiano augusto* — Des. ut *BHL.* 5235.

28. (Fol. 88^{v}-90, olim CLXXXVIII-CLXL) Passio SS. duodecim fratrum (ex *BHL.* 2297). Sept. 1.

29. (Fol. 90-91, olim CLXL-CLXLI) Passio ss. mm. Luciae et Geminiani (ex *BHL.* 4985). Sept. 16.

30. (Fol. 91-92, olim CLXLI-CLXLII) Passio S. Ianuarii ep. (ex *BHL.* 4115). Sept. 19.

FARF. 32. **31.** (Fol. 92-95, olim CLXLII-CLXLV) Vita S. Marci papae. = *BHL.* 5293. Oct. 7.

Des. *compos eorum credendus est. Fuit autem temporibus Constantini, Nepotiani et Fecundi ex die kalendarum februariarum usque kalendarum octobrium. Qui etiam sepultus est in cimiterio Balbinae via Ardeatina pridie nonas octobris, regnante Domino... Amen.*

32. (Fol. 95-96v, olim CLXLV-CLXLVIv) Vita S. Germani Capuani ep. = *BHL.* 3465. Oct. 30.

33. (Fol. 96v-98, olim CLXLVIv-CLXLVIII) Passio SS. Quattuor Coronatorum. = *BHL.* 1838. Nov. 8.

Deest prologus. — Reliquis omissis, des. *Illi autem reversi ad officium suum omnia quae operabantur in nomine Domini et sanctae crucis signaculo mirabiliter et gloriose sine omni reprehensione fiebant.*

34. (Fol. 98-98v, olim CLXLVIII-CLXLVIIIv) Vita vel obitus B. Bricii ep. = *BHL.* 1452. Nov. 13.

35. (Fol. 98v-100, olim CLXLVIIIv-CC) Passio S. Theodori mart. (ex *BHL.* 8077). Nov. 9.

---

4. CODICES « VARIA »

CODEX 12 (ALIAS 519)

Membraneus, foliorum 35, sign. olim 251, 253-286 (0m,205 × 0,150), paginis bipartitis exaratus saec. XIV.

Continet fragmentum *Legendae aureae* inde ab extremo cap. 160 (al. 155) de S. Quintino, ad medium cap. 181 (al. 176) de S. Pelagio.

CODEX 254 (ALIAS 1979)

Chartaceus. Constat octo fasciculis variae formae exaratis saec. XVII-XIX. Ad rem hagiographicam latinam pertinet primum, nempe

Fol. 1-4v (0m,300 × 0,208, saec. XVII) Vita SS. Iulii et Iuliani. = *BHL.* 4558.

CODEX 296 (ALIAS 3785)

Chartaceus. Constat tribus fasciculis simul assutis, qui exarati sunt variis manibus saec. XVII.

Erat olim monasterii Sanctae Mariae in Vallecorsa. VARIA 296.
Solus primus fasciculus rem hagiographicam latinam attingit.

Fol. 1-8 (0^m,200 × 0,136).

(Fol. 2-6) Legenda S. Mauri martyris africani.

Alia recensio Passionis *BHL.* 5791.

Inc. *In diebus illis apud Castella provinciae Africae erat quidam vir timens nomen domini nostri Iesu Christi, a parentibus christianis, nomine Maurus, multam habens substantiam* — Des. *Audiens haec Formosus episcopus, qui tunc Romae aderat, qui et beati Mauri pecuniam commendatam acceperat et hospitalitatis gratiam per tres annos exhibuerat, venit ad eundem locum, in quo corpus Dei martyris humatum iacebat, et referens gratias omnipotenti Deo condonavit pecuniam et fabricavit ecclesiam ad laudem et honorem domini nostri Iesu Christi; ubi corpus martyris requiescit usque in praesentem diem. Martyrizatus est autem beatissimus Maurus Dei famulus die X kalendarum decembrium, regnante Dómino... Amen.*

---

5. « FONDI MINORI »

CODEX SANCTI ANDREAE DE VALLE 21 (ALIAS 1701)

Chartaceus, foliorum 27, paginarum 1-304, foliorum 3 (0^m,263 × 0,194), exaratus saec. XVII a Dominico Thomasio Cortonensi (cf. fol. 3 in initio codicis).

(Pag. 1-304) Legenda de vita et miraculis B. Margaritae de Cortona. = *BHL.* 5314.

Praemissus est (fol. 4-18^v) copiosus index rerum in hac Vita narratarum, tum (fol. 19-21) pars bullae Leonis X et breve Alexandri VII de hac beata.

CODEX SANCTI ANDREAE DE VALLE 127 (ALIAS 1619)

Chartaceus, foliorum 10 (0^m,24 × 0,17), exaratus saec. XVIII.
Fol. 1 : *Francisci Ferrante sanctae Vadensis ecclesiae archidiaconi.*

(Fol. 2-8^v) Passio S. Secundi. = *BHL.* 7560. Iun. 1.

Exscriptum est hoc exemplar ex tomo I Bibliothecae Vallicellanae, ut testatur notarius (fol. 8^v-9).

CODEX SANCTI ONUPHRII 95 (ALIAS 464)

Membraneus, foliorum 18 [A-B et sign. 1-16] (0^m,230 × 0^m,167), exaratus saec. XV. Fol. 2 scriptum saec. XVI/XVII: *bibliothecae S. Honuphrij.*

(Fol. 2-15v) Nativitas sanctissimi Honofrii heremitae confessoris atque abbatis. = *BHL.* 6338.

Deest prologus.

---

6. CODICES IESUITICI

CODEX 61 (ALIAS 2190)

Chartaceus, foliorum 377 [sign. 1-94, 85bis-94bis, 95-367]. Constat aliquot codicillis formae variae (max. 0^m,215 × 0,160; min. 0^m,182 × 0,133) exaratis saec. XVII et XVIII.

1. (Fol. 83-90v) Vita SS. Eleuterii ep. et Anthiae matris eius (ex antiquissimo codice ecclesiae Reatinae). = *BHL.* 2450.

2. (Fol. 118-122) Passio S. Domnini mart. = *BHL.* 2265. Oct. 10.

" Questo martirio di S. Domnino è copiato da un Passionario antichis-
„ simo, quale oggi è del sig^e senatore Carlo di Tommaso Strozzi. „

3. (Fol. 283-291v) De vita et moribus B. Guilhelmi eremitae, authore S. Theobaldo episcopo Cantuariensi.

Inc. *Guilhelmus eremita olim Aquitaniae dux ac Pictavensis comes comitili, ut ferlur, genere oriundus Pictavensi provincia patre Theodosio consule, matre vero Aldatia genitus fuit. Cum ex genere clarus, ex fortuna pecuniosus, ex fama gloriosus esset* — Des. *ibi furiosis dementia tollitur et sanitas reparatur. Obiit autem Verbi incarnati anno MCLVI quarto idus februarii, et sepultus est, astantibus fratribus eremitis, in ea spelunca quae Stabulum Rhodis nuncupatur.*

4. (Fol. 295-306v) Vita, martyrium et translatio S. Agrippinae virginis, patronae iucundissimae civitatis Maenarum in Siciliae regno.

Inc. *Agrippina virgo et martyr Christi orta et nutrita extitit in magna civitate Romana, quae a parva aetate amans virginitatem Deo seipsam obtulit* — Des. *Vixit autem Euprexia cum filia sua servientes ecclesiae sanctae martyris Agrippinae quadraginta annis et uno, et defunctae sunt more sanctarum mulierum in confessione bona. Passa est virgo et martyr Christi Agrippina in civitate Romana kalendis iulii iussu Valeriani*

nequissimi imperatoris. Translata est autem in Siciliam in castello Minei VI kal. iunii anno Domini 264. Sepulta est vero VI idus iunii. IESUIT. 61.

Videntur hic tradi verba genuina libelli quem " dictione paululum perpolita „ edidit O. Caietanus (*BHL.* 173).

CODEX 266 (ALIAS 2395)

Membraneus, foliorum 24 ($0^{m},228 \times 0,165$), eleganter exaratus saec. XVIII.

Adiuncti sunt duo codicilli chartacei ($0^{m},200 \times 0,132$), foliorum 12 et 8, in quibus descriptae manu paulo antiquiore Passiones de quibus infra **2** et **1**; atque haec sunt ipsa exemplaria ad antiquiores codices exarata, quae exscripsit in membranis scriba saec. XVIII.

1. (Membr. fol. 1-3; chartac. II, fol. 2-6) Passio ss. mm. Abundii et Abundantii (ex archivo basilicae Sanctae Mariae ad Praesepe). = cod. S. Mariae Maioris B[61].

2. (Membr. fol. 4-11; chartac. I, fol. 3-10[v]) Passio ss. mm. Abundii et Abundantii, Marciani et Iohannis eius filii (deprompta ex antiquo codice manuscripto qui in oppido Ariniano ... asservatur penes clarissim. virum Lucium Sabellum eius oppidi dominum). = *BHL.* 16, 18.

3. (Membr. fol. 12-20) Sanctorum mm. Abundii presb. et Abundantii diac. gesta ex tribus vetustissimis et manuscriptis codicibus Romano, Arinianensi et Senensi transcripta anno Domini 1584.

Officium liturgicum, in cuius lectionibus (fol. 12[v]-19[v]) exscripta est ipsa Passio *BHL.* 16.

Fol. 19[v]-20 : " Ego fr. Angelus Donati Carmelita Senensis haec omnia „ superiora scripta membraneo ex codice fideliter extraxi ... anno ... „ 1583 (*sic*). „

CODEX 352 (ALIAS 2481)

Membraneus, foliorum 88 ($0^{m},218 \times 0,137$), exaratus saec. XV. Abscidit nebulo quispiam litteras initiales pictas. Perierunt voluminis folia prima, ultima, sed et quaedam intermedia.

1. (Fol. 1-44) <Epistula Pseudo-Eusebii de morte S. Hieronymi>. = *BHL.* 3866.

Foliis perditis, periit initium.

2. (Fol. 44-52[v]) <Epistula Pseudo-Augustini de S. Hieronymo>. = *BHL.* 3867.

3. (Fol. 53-88[v]) <Epistula Pseudo-Cyrilli de miraculis S. Hieronymi>. = *BHL.* 3868.

Foliis perditis, deest finis.

Iesuit. 973.

CODEX 973 (alias 3102)

Chartaceus, foliorum A-D et sign. 1-220 ($0^{m},215 \times 0,150$), exaratus saec. XV. Umore corrupta est pars superior foliorum.

1. (Fol. 71-77^{v}) Vita B. Pauli primi eremitae a Hieronymo conscripta. = *BHL.* 6596.

2. (Fol. 78-83^{v}) Vita B. Malchi monachi captivi. = *BHL.* 5190.

3. (Fol. 84-87^{v}) Vita B. Pafnutii. = *BHL.* 6450.

4. (Fol. 91-109) Inventio ac translatio corporis gloriosissimi confessoris Antonii et eremitae a beato Hieronymo de graeco in latinum translata, facta a Theophilo episcopo Constantinopoleos tempore serenissimi imperatoris Constantii per angelicam revelationem a deserto Aegypti in Constantinopolitanam civitatem cum omni gloria ac triumpho perenni tertio idus iunii. = *BHL.* 612.

V. BIBLIOTHECA ALEXANDRINA

CODEX 25 *b* (ALIAS I.i.5)

Membraneus, foliorum 65. Constat simul compactis fragmentis codicum variae formae et aetatis (saec. XII-XV).

Folia 40-57 (0m,332 × 0,235) paginis bipartitis exarata saec. XII. Fol. 40 notatum est : ***Ex scriptis D. Constantini Caietani.***

(Fol. 40-57) Vita et Passio sancti martyris Arialdi Mediolanensis. = *BHL.* 673-676.

CODEX 82 (ALIAS I.h.14, OLIM ✻.K.1, TUM HH.I.2)

Membraneus, foliorum 148 (0m,320 × 0,215), paginis bipartitis exaratus saec. XIV.

In inferiore margine folii 1 notatum est : ***Ex dono R. P. D. Petri Francisci de Rubeis.***

1. (Fol. 1-4) Vita S. Pauli primi heremitae. = *BHL.* 6596.

Praemissa est PRAEFATIO. *Ieronimus presbyter natus a patre Eusebio hunc librum scripsit in Bethleem, in loco videlicet militum qui vocatur Litostrotos ; siquidem aptum erat ut de milite in loco militum scriberetur ; vel in oppido Stridonis, quod nomen versum a Gothis Dalmatia nuncupatur... Hic liber in tribus linguis habetur. Nam Hieronymus scripsit, Soffronius vir graecus vertit in suam linguam ob duas causas, ut doceret monachos et ut hunc librum converteret in suam linguam sicut ceteros libros, id est psalterium et prophetas ; et Antonius discipulique eius narraverunt in lingua egypciaca... Similiter et in lingua ebraica et graeca et siriaca et egypciaca et in aliis tam plurimis, ut ecclesiam novi testamenti de irrisione ebreorum liberaverit per translationem veterum voluminum in latinum sermonem. Explicit prefacio de vita Pauli.*

Sequitur : *Amathus et Macharius. Tempnanus ait quod sub isto tempore hii duo non fuerunt, quia alter mortuus fuit antequam moreretur, id est Macharius. Ideo dicit : " etiam nunc affirmat " quia ambo in vita eorum affirmaverunt verbum eorum, post mortem alterius alter dicit.*

Cod. 82.

2. (Fol. 4-23) Vita S. Antonii. = *BHL.* 609.

Deest epilogus Evagrii.

3. (Fol. 23-31^{v}) Vita B. Hilarionis edita a B. Hieronymo. = *BHL.* 3879.

4. (Fol. 31^{v}-32) <Paenitentia S. Thaisis>. = *BHL.* 8012.

Sequuntur (p. 32) pauci quidam loci ex Vitis Patrum, nempe ex *Verbis seniorum*, desumpti.

5. (Fol. 32-60) Narratio S. Hieronymi presbyteri, quam ipse de Hierosolymis pergens in Aegyptum vidit. = *BHL.* 6524.

6. (Fol. 60-62^{v}) Actus Malchi monachi captivi. = *BHL.* 5190.

7. (Fol. 62^{v}-64) Vita S. Frontonii. = *BHL.* 3192.

Desinit ut in codice Farfensi 5[7].

8. (Fol. 66^{v}-140) Adhortationes sanctorum patrum perfectionesque monachorum, quas de graeco in latinum transtulit B. Hieronymus presbyter. = *BHL.* 6527, 6529.

Ultimis verbis subiuncta est haec rubrica verior: ***Expliciunt sermones sanctorum patrum interpretati de graeco in latinum a Pelagio diacono et Iohanne subdiacono sanctae Romanae ecclesiae.***

9. (Fol. 141-142) Vita S. Marinae virg. = *BHL.* 5528.

Inc. ***Frater quidam erat saecularis...***

10. (Fol. 142-147^{v}) Vita S. Symeonis Syri, qui in columna stetit. = *BHL.* 7957.

Desinit ut in codicibus Duacensi 840 (*Anal. Boll.*, t. XX, p. 394[1]) et Rotomagensi U. 19 (ibid., t. XXIII, p. 163[5]).

Fol. 148-148^{v} scripta sunt eadem quae fol. 1-1^{v}; sed stetit amanuensis in medio fol. 148^{v}.

Ad codices 89-102 adnotatio.

Complectuntur hi codices Constantini Caietani O. S. B. († 1650) opera quaedam, tum praesertim apographa quam plurima, quae ipse sive manu sua descripsit, sive ab aliis tum suo tum antiquiore tempore exarata summa diligentia collegerat. In quibus excutiendis haec observanda duximus,

1° ut apographorum aetatem tunc dumtaxat singillatim indicaremus, cum saec. XVI essent antiquiora; huiusmodi autem perpauca in his codicibus repperimus; pleraque autem extremo saec. XVI et saec. XVII sunt exarata.

2° ut, omissis tum libris vel foliis impressis, quae inter quaterniones manu scriptos pauca inseruit Caietanus, tum disquisitionibus seu dissertationibus quibuslibet recenti aetate compositis, sola documenta hagiographica recenseremus et quidem fere ea dumtaxat, quae lingua latina ante saeculum XVI essent litteris mandata.

3° ut, quoniam quaterniones vel folia, quae collegit Caietanus, minime omnia eiusdem formae sint, in singulis codicibus satis haberemus indicare quaenam sint maximorum quorumque foliorum amplitudo.

4° ut in exscribendis singulorum documentorum lemmatibus ea fere omitteremus quae certo constaret non antiqua esse, sed a Caietano vel ab alio recenti amanuensi addita. Subiunximus tamen, et quidem intra uncos ( ), quicquid adnotaverunt amanuenses de exemplaribus ad quae apographa sua confecerunt.

CODEX 89 (ALIAS I.g.1-3, OLIM ✻.i.1)

Chartaceus, foliorum sign. 1-894 (max. $0^{m},31 \times 0,21$) in tribus voluminibus compactorum (fol. 1-336, 867-894 et 337-605, 606-866).

Exaratus est variis manibus saec. XIII-XVII, continetque " P. D. Constantini Caietani varia opera manuscripta „, sed et apographa ab eo collecta.

1. (Fol. 173-180^{v}) <Vita S. Petri Caelestini>. = *BHL.* 6734.

Solum initium. Reliqua pars huius apographi conservatur in codice 93[33].

2. (Fol. 319-322, 213-221^{v}) Vita S. Basilii ep. et conf. (Ms. Vatic. biblioth. sign. num. 1194). = *BHL.* 1022.

De hoc codice Vaticano vid. supra, p. 1-2[2].

3. (Fol. 337-371^{v}) Legenda S. Gerardi Ord. Fratrum Minorum.

Inc. prol. *Quoniam placuit Deo diebus istis novissimis* — Inc. *Floruit diebus istis novissimis in provincia et in regno Siciliae Dei sanctus frater Gerardus* — Des. *sicut multa cera oblata cotidie clare monstrat et opera praeostendunt. Haec autem scripta sunt a me fratre Bartholomaeo domini Albissi de Pisis... Amen. Explicit legenda ... finita ... anno Domini 1347...* Cf. *BHL.* 3435.

4. (Fol. 372-377) Vita S. Petronii ep. Bononiensis. Oct. 4.

Non videtur antiqua. — Inc. *Petronius Bononiensis episcopus patre natus est Petronio cive Constantinopolitano, qui et vir fuit clarissimus et optimis litteris egregie eruditus; siquidem et praefecturam praetorii gessit, qua dignitate maior nulla tum apud imperatores est habita, et librum de episcopi ordinatione conscripsit doctum imprimis, ut refert Gennadius, atque disertum* — Des. *Unde officium quoque in eius honorem postea est institutum, quod ab omnibus Bononiensibus clericis eisdem octo diebus celebratur.*

5. (Fol. 637^{v}-640^{v}, 636-636^{v}) Vita S. Savini ep. et mart. = *BHL.* 7451.

Omisso initio, inc. *Maximianus Augustus iussit ut in capitolium omnes convenirent, et conventu facto in capitolio X kal. maias, haec alloquitur Augustus populum dicens :* " *Viri coetus* — Foliis perditis, des. mutila :

Cod. 89. *Si credis ex toto corde tuo et penitentiam agis, omnia ministrabuntur credenti. Defe*| (c. 10 extr.).

6. (Fol. 641-643v) Sanctus Pontianus martyr Spoletinus.

Multum similis Passioni *BHL.* 6891. — Inc. *Temporibus impiissimi Antonini imperatoris orta est seditio valida populis christianis, quatenus idolis immolarent* — Des. *et sepelierunt eum in pace non longe a civitate Spoletana in loco qui appellatur Lucianus, et sepultus est XV kal. praedictas; in quo loco florent beneficia eius usque in hodiernum diem; denique maleficia latent, beneficia patent; ad sepulcrum eius quoque aegri veniunt et sanantur, infirmi properant et curantur, ipso adiuvante... Amen.*

7. (Fol. 643v-645) Sanctus Concordius martyr. = *BHL.* 1906.

8. (Fol. 645-648v) Sanctus Gregorius martyr. = *BHL.* 3677.

9. (Fol. 648v-653v, 637-637v) Sanctus Britius.

Acta S. Carpophori et sociorum similiora Passioni *BHL.* 1620. — Inc. *Sub tempore impiissimi Iuliani apostatae, persecutoris* (cod. *-tionis*) *christianorum, sanctus Anastasius applicuit cuidam sanctissimo episcopo Urbano cum duobus filiis suis; unus Euticius, alter vero Britius dicebatur. Quos vero sanctus Urbanus episcopus Britium et Carpoforum presbyterii gradu ordinavit, Laurentium autem et Abundium diaconos constituit* — Des. *et posuit in speluncam suam, et ibi sancti ab ea sunt conditi, et fuerunt in oratione illic in saecula saeculorum. Amen* (cf. *Act. SS.*, num. 14 extr.).

10. (Fol. 664-664v) <Ex Vita S. Fortunati presb.>. = *BHL.* 3087.

Inc. a num. 3; desinit sub initio num. 6 ita: *Quidam vir Severus nomine civis Martanus militiae gerens officium, dum operaretur in agro suo, et cetera. De Severo vide in vita sua pag. ...* (sic). Vid. nimirum ad cod. 93[60].

11. (Fol. 665-672) Vita B. Mauri Syri abbatis et Felicis eius filii apud Vallem Narci prope maris ripam.

Inc. *Cum apud Caesaream Syriae atque Laudetiae multa gloriosissima magna turba congregata erat, congregati sunt autem in unum in Christi nomine numero CCC* — Des. *et alias multas virtutes per eos Dominus ostendit, et ad laudem ... Amen.* De his sanctis cf. *Act. SS.*, Iun. t. III, p. 112-14.

12. (Fol. 675-675v) Vita S. Paractalis mart.

De qua *Act. SS.*, Iul. t. I, Tract. praelim. p. 69-70, num. 1-3; quo loco primae sententiae Vitae editae sunt (num. 2). In nostro codice deest prologus. — Des. *sequamur eum pede inoffenso de monte umbroso et condenso, etc.* (sic).

13. (Fol. 675v, 674-674v) Vita S. Sensiae.

Inc. " In libro manuscripto, quem secundum dico, multa leguntur de „ S. Miliano, cui D. Sentias comes extitit.... Quibus latius narratis ita „ loquitur: *Eo tempore quo S. Milianus migraverat ad Christum, beatus*

Sensias, ascensa navicula, divino nutu Romanorum petiit littora „ — Foliis perditis, des. *veniam sibi postulat peccatorum suorum, quia verum esse his indiciis comprobavit. Hoc primum miraculum operatus est Dominus* | Cod. 89.

Diversa est haec recensio a libellis *BHL.* 7581 et 7582.

14. (Fol. 700*bis*-700*bis*^{v}, 700-700^{v}, 696-699^{v}, 695-695^{v}, 694-694^{v}) Passio ss. mm. Arialdi levitae et sociorum. = *BHL.* 673.

Foliis perditis, deest ultima pars.

15. (Fol. 869-871^{v}) <Vita S. Romani abbatis Autisiodorensis>. = *BHL.* 7305.

Fragmentum, quod incipit: *In eo denique loco* ... et desinit: *ad nihilum pervenerunt* (= *Act. SS.*, num. 10 - num. 16 med.).

Nemo miretur quod praetermissa hic a nobis sunt " Quaedam revelationes ac miracula S. Benedicti „, quae, teste Narducci (*Catalogus*, p. 20), inter alia Constantini Caietani opera et apographa exhibet **codex 90**, fol. 255-272^{v}. Haec enim vel res post saeculum XV gestas referunt, vel, si antiquiores, vulgari lingua italica sunt conscripta.

CODEX 91 (ALIAS I.g.4-6, OLIM ✻.i.3)

Chartaceus, foliorum 938 (max. 0^{m},290 × 0,215) in tribus voluminibus compactorum (fol. 1-325, 326-611, 612-938).

Continet Acta sanctorum mensium ianuarii et februarii a Constantino Caietano collecta. Fol. 1-2 descriptus est index Vitarum.

1. (Fol. 3-16^{v}) De vita vel obitu B. Basilii Caesareae Cappadociae archiepiscopi edita ab Amphilochio episcopo Nicomediense, translata de graeco in latinum ab Urso presbytero Neapolitano (ex ms. langob. monast. Casanovae, card. Borrom.). Ian. 1.

Pars prior Vitae solis lectionibus variantibus, iis tamen multis, differt a Vita *BHL.* 1024. Inde vero ab *Elladius autem* ... (*Bibl. Casin.*, p. 211, col. 2) legitur alia versio earundem narrationum quae habet reliqua pars libelli *BHL.* 1024, subiuncta laudatione quadam S. Basilii. Desinit nempe: *pro memoria suorum actuum reliquit in ecclesia quos inspiratione sancti Spiritus composuit libros* (cf. *Bibl. Casin.*, p. 219 extr.). *His itaque peractis, fundamus coram eo aliquantulas laudes ... Ave, pater beate* ... et post nonnulla: *sic non dees ab exauditione, tamquam si tu ibi praesens existas, Domino tribuente tibi tale munus, cui ... Amen.*

Sequitur carmen, quod incipit:

Hic patriarchae Basilii sunt condita membra

et desinit:

Gregorii versus suscipe, <...> pater, hos.

Eandem recensionem repperimus in codice Veneto bibliothecae Marcianae 356, saec. XII/XIII.

Cod. 91.

2. (Fol. 17-21v) <Vita> S. Eugendi abbatis. = *BHL.* 2665. Ian. 1.

3. (Fol. 23-26) Vita S. Odilonis abbatis Cluniacensis. = *BHL.* 6282. Ian. 1.

Deest inscriptio prologi : *Petrus Damianus* ... — Reliquis omissis, desinit mutila : *Paulo vero post, sicut humanae curiositatis mos est* | (= *Act. SS.*, num. 21 ante med.).

4. (Fol. 31-39v et iterum fol. 40-56) Vita S. Odilonis abbatis. = *BHL.* 6282. Ian. 1.

5. (Fol. 57-70v) Vitae historia S. Fulgentii Toletani monachi, abbatis et episcopi Ruspensis. = *BHL.* 3208. Ian. 1.

6. (Fol. 71-72v) Vita S. Clari ab. Viennensis. = *BHL.* 1825. Ian. 1.

7. (Fol. 73-74) Passio SS. Marciani presbyteri, Macharii et Stratoclini et Protogenis (ex ms. basil. S. Petri Rom.). = cod. archivi S. Petri A.2[3]. Ian. 2.

8. (Fol. 75-76) Passio SS. Fructuosi episcopi, Accurii et Eulogii diaconorum (ex ms. basil. S. Petri Rom.). = cod. archivi S. Petri A.2[4]. Ian. 3.

9. (Fol. 77-80v) Passio SS. Vincentii episcopi et Benigni diaconi (ex ms. cod. litt. long. ecclesiae Gaietanae). = *BHL.* 8676. Ian. 6.

10. (Fol. 81-88) Vita B. Paulae abbatissae olim S. Margaritae Cafagioli (ex D. Zenobio Tantinio monacho Camaldulensi). Ian. 6.

Inc. De conversione B. Paulae et quomodo audivit harmoniam caelestem. *Beata Paula, Tinga in saeculo nominata, Florentiae in vico* — Des. *monasterium illud vel situm protegit.* Summa verborum D. Zenobii Tantinii monachi Camaldulensis, qui vitam beatae Paulae scripsit. *Ego frater Zenobius habui haec a reverendo fratre Francisco Del Fede ... Amen.*

Charta umore corrupta, narratio magnam partem vix legi potest. Vid. ad cod. 99[21].

11. (Fol. 89-89v) Brevis narratio vitae et miraculorum B. Maccharii Scoti protabbatis monasterii S. Iacobi Scotorum Vurtzburgi. Ian. 6.

Inc. *Maccharius natione Scotus mirabili pietatis amore exaestuans* ... Conscripta est brevis haec narratio post annum 1573.

12. (Fol. 95-100) In festivitate SS. Iuliani et Celsii martyrum. Ian. 9.

Passio quae inc. *Sanctus igitur Iulianus, cuius puer Celsius factus est imitator, in provincia Syriae claris tam fide quam genere parentibus exstitit ortus* ... et des. ut *BHL.* 4532.

13. (Fol. 100-101v) Miraculum beati et gloriosi martyris Celsii.

Incipit : *Scripturus beati et gloriosi Celsii martyris praeclarum et spectabile miraculum* ... Post pauca adnotavit Caietanus : " desunt multa „ — Des. (mutilum) : *Pater post haec petiit ab archipresbytero et clericis ut vigilias martyris decantarent ; qui per totam noctem cum propinquis pueri et religiosis viris ac mulieribus in* |

Est haec narratio non magni momenti de sanatione pueri energumeni. Cod. 91.

14. (Fol. 101v-102) <Vita S. Mariae Magdalenae>.

Breve fragmentum, quod incipit : | *erat* [*pro*] *quadragesimo tempore semper pro sua sanctitate in solitudinem recedere* ... et desinit ut *BHL.* 5453.

De apographis **12-14** adnotavit Caietanus fol. 102 : " Ex ms. ecclesiae „ SS. Celsi et Iuliani, Romae, mense novembris 1613. Constantinus „ Caietanus. Hunc autem codicem, quem nonnullis abhinc mensibus „ nactus fueram, eorumdem sanctorum sacrae aedi obtuli restituique. „

15. (Fol. 103-106) Vita et obitus S. Petri Ursioli confessoris (ex ms. cod. sacri eremi Camaldulensis). = *BHL.* 6786. Ian. 11.

16. (Fol. 113-118v) Vita et conversatio S. Theodorae Alexandrinae (ex ms. basil. S. Pet. Rom. sign. A, pag. 48). = cod. archivi S. Petri A.2[8]. Ian. 12.

17. (Fol. 122-127) De S. Remigio. = *BHL.* 7159-7162, 7165. Ian. 13.

Adnotavit Caietanus (fol. 121) hic exscripta esse quae apud Surium quidem deerant, legebantur autem " in perantiquo ms. longob. bibliothecae Casinensis sign. olim 981, nunc 501. „ Ex eodem codice exscriptum est et documentum **18**.

18. (Fol. 127-137) Textus miraculorum. = *BHL.* 7166.

Deest prologus.

19. (Fol. 138-147v) Vita B. Remigii (ex manuscripto ecclesiae Syracusanae). = *BHL.* 7155. Ian. 13.

Sequuntur (fol. 150-159) apographa imperfecta eiusdem Vitae (*BHL.* 7155 sqq.) " ex duobus manuscriptis ecclesiae Syracusanae „, quorum alterum eam exhibebat ad d. 1 octobris, alterum ad d. 13 ianuarii " iuxta martyrologium Usuardi. „

20. (Fol. 160-163v) Passio S. Potiti (ex ms. langob. monast. Casae Novae card. Borrom.). Ian. 13.

Inc. *Sub Antonino imperatore et Gelasio praeside factum est in diebus illis sanctus Potitus dum esset in infantia constitutus in civitate Sardica* — Des. *et decollatus est sanctus Potitus super fluvium qui dicitur Calabrum.* Cf. *BHL.* 6909.

21. (Fol. 166-178v) Vita SS. Iuliani martyris et Basilissae virginis (ex ms. basil. S. Petri Rom. sign. A, pag. 26). = cod. archivi S. Petri A.2[5]. Ian. 13.

22. (Fol. 179-180v) Passio SS. Felicis presb. et mart. et fratris eius Felicis presb. et conf. (ex ms. basil. S. Petri Rom. sign. A, pag. 55). = cod. archivi S. Petri A. 2[9.10]. Ian. 14.

23. (Fol. 200-217) Vita e miracoli del B. Oddone abbate e monaco. Ian. 15.

Cod. 91.

Praemissa est (fol. 201-203) summa quaedam totius causae et adnotatio de exemplaribus manuscriptis huius processus. Quae incipiunt: *B. Oddo, monachus Cartusiensis, Novariae ortus ...*

24. (Fol. 222-224v) De S. Secundina virg. et mart. = *BHL.* 7553. Ian. 15.

Deest prologus.

25. (Fol. 226-231v) Visio B. Fursei (habetur litt. long. in ms. bibl. Cas. sign. n. 290). = *BHL.* 3209. Ian. 16.

26. (Fol. 232-247) De S. Antonino conf. = *BHL.* 582. Ian. 17.

Sequuntur (fol. 248-249) " adnotationes „ in hunc libellum.

27. (Fol. 253-254v) Vita et Passio S. Pontiani (ex ms. Spoletinae civitatis). Ian. 19.

Praemissum est capitulum, quod inscriptum est: NATIVITAS B. PONTIANI MARTYRIS DE CIVITATE SPOLETANA, quodque inc. *Pontianus de civitate Spoletana tali ordine natus est, ut Hieronymus doctor egregius testatur. Pater eius miles, cuius nomen Gratianus ...* et des. *in capite septem annorum baptizatus est, mortua matre.*

Passio inc. *Temporibus impiissimi imperatoris Antonini orta est persecutio grandis populis christianis, quatenus idolis immolarent ...*

Des. narratio latina: *et nunc, Domine, suscipe spiritum meum.* Subiungitur autem italice ipsum martyrium: *All' hora el mal fattore li diede un colpo; subito disse Pontiano: " Io credo in Dio ...* Quae narratio des. *In fine alli di de ogie nel predto loco soño rendute ad Dio laude e gratie, regnante Iesu Christo ... Amen.*

28. (Fol. 255-256v) S. Abundantiae virginis Spoletinae vita et miracula inclita. Ian. 19.

Narratio non ita antiqua et fabulis inquinata, quae inc. *Sanctissimam ac dilectissimam Iesu Christi sponsam Abundantiam Spoletium praetulit, qua una nobis donata a Deo precibus Exuperii et Sigismundae parentum honestissimorum et divitum, sed infecundorum, tempore Caroli Magni imperatoris cumulatissime in se patefecit quam bonus sit Deus* — et des. *Qui haec ergo aut perlegens aut percipiens non admiratur et non laudat Deum in sanctis suis, lapide durior, stolidior asino magisque impius homine barbaro censeri meretur.*

29. (Fol. 257-258 et iterum fol. 259-259v) Passio ss. mm. Solutoris, Adventoris et Octavii. = *BHL.* 85. Ian. 20.

30. (Fol. 264-269 et iterum fol. 270-277v) Vita S. Mauri ep. Caesenatis et conf. ex ordine S. Benedicti assumpti ... = *BHL.* 5771. Ian. 20.

31. (Fol. 288) <Miraculum S. Agnetis> (in perantiquo ms. codice bibliothecae Vaticanae sign. num. 1226).

Legendae aureae c. 24, § 4, pars prior (usque ad: *in eius digito apparere*).

32. (Fol. 326-337^{v}) Vita et obitus S. Dominici ab. et conf. = *BHL.* 2241. Ian. 22. Cod. 91.

33. (Fol. 338-346^{v}) Domni Alberici diac. et mon. Casinensis vita vel obitus S. Dominici confessoris de Fulgineo. = *BHL.* 2244. Ian. 22.

34. (Fol. 347-359^{v}) De S. Dominico abbate civitatis Sorae protectore exegesis et vita (ex antiquo coriaceo exemplari in monasterio Sancti Bartholomaei de Trisulto, folio lxxxv pag. 2 et col. ij, descripto a fratre Iacobo Ianuensi Ord. Frat. Praedic. Gregorii noni [secundi *ante corr.*] pont. anno primo, mccxxxiij). = *BHL.* 2243. Ian. 22.

35. (Fol. 361-365) Vita S. Dominici ab. et conf. = *BHL.* 2244. Ian. 22.

36. (Fol. 367-375) Officium ss. mm. Vincentii et Anastasii (ex vetusto breviario Capuano quod est in bibliotheca illustrissimi domini cardinalis S^{tae} Severinae, alias Sanctorii). Ian. 22.

Insunt, tamquam lectiones (fol. 369-374), fragmenta Passionis *BHL.* 8630 et Passionis S. Anastasii Persae (inc. *Post haec praemotis quindenis ferme diebus Eraclius imperator eumdem sibi disparem principem* ... cf. cod. archivi S. Petri A. 3^{45}).

37. (Fol. 377-384^{v}) Passio S. Anastasii monachi et mart. (prout habetur litt. long. per lect. dist. in mss. bibliothecae Casinensis et Sublacensis; haec eadem latinis litteris descripta exstat in ms. canonicorum S. Petri Romae, sign. A). = *BHL.* 411 (cod. archivi S. Petri A. 2^{21}). Ian. 22.

38. (Fol. 385-388^{v}) Miraculum S. Anastasii incliti mart. ... (ex ms. basil. S. Petri Rom. sign. A). = *BHL.* 412 (cod. archivi S. Petri A. 2^{22}).

39. (Fol. 389-393^{v}) Passio S. Vincentii levitae (ex ms. S. Caeciliae Transtib.). = *BHL.* 8628, 8633. Ian. 22.

40. (Fol. 395-395 *bis*) De S. Vincentio et de his quae comitata sunt eius martyrium. Ian. 22.

Passionis epitome. — Inc. *Beatus Vincentius genere nobilis, scientia et sanctitate insignis, a beato Valerio episcopo diaconus est ordinatus* — Des. *ubi a quadam matrona cum multis aliis veniente per signa, quae sanctus Vincentius apparens ei dixerat, invenitur et ab eisdem propter persecutionem paganorum in parva basilica sepelitur.*

41. (Fol. 396-397^{v}) Vita S. Amasii ep. (habetur in ms. Casin. bibl. litt. long. sign. n. 289, fol. 219, lect. dist.). = *BHL.* 354. Ian. 23.

42. (Fol. 402-429) Enarratio Leontii episcopi Neapoleos Cypriorum insulae de vita et actione S. P. N. Iohannis archiep. Alexandrini (ex ms. Vatic. bibl.). = *BHL.* 4388. Ian. 23.

Loci pauci eiusdem libelli ex aliis codicibus exscripti sunt fol. 399-400.

43. (Fol. 430-433) Passio S. Iuliani mart. (ex ms. ecclesiae Atinensis long. per lect. dist.) = *BHL.* 4553. Ian. 27.

Cod. 91.

44. (Fol. 434-439) Legenda S. Iuliani mart. = *BHL.* 4553. Ian. 27.

45. (Fol. 442v-447) Passio S. (Ae)miliani episcopi Lucensis (ex ms. biblioth. Casinen. sign. olim 1066, nunc 78). = *BHL.* 107. Ian. 28.

" Quem corruptus ms. codex Millianum vocat. „ Ita apographum.

46. (Fol. 448-455) Passio S. Miliani (ex ms. cod. ecclesiae Spoletinae). = *BHL.* 107. Ian. 28.

47. (Fol. 456-458v) Vita S. Constantii Perusini. = *BHL.* 1938. Ian. 29.

Omisso initio, inc. ***Sanctus Constantius nobili prosapia ortus est Perusia et a suis cunabulis coepit militare Domino*** (*Act. SS.*, num. 2)...

48. (Fol. 459-466v) Passio S. Constantii ep. Perusini et sociorum (ex ms. coenobii Perusini S. Petri). = *BHL.* 1939. Ian. 29.

49. (Fol. 475-484v) Passio S. Martinae (ex ms. basil. S. Petri Rom.). = *BHL.* 5587 (cod. archivi S. Petri A. 2[1]). Ian. 1.

50. (Fol. 486-486v) Vita S. Ursi ab. (ex ms. biblioth. Vallicell. num. VII). = cod. Vallicellanus VII[59]. Ian. 31.

Inc. ***Abbas Ursus virtute laudabilis*** — Des. ***in altare proprio reconditum, ad laudem... Amen.***

51. (Fol. 487-487v) Eodem die, videlicet SS. Papiae et Mauri, Vita S. Ursi ab. Lectio 3 (ms. biblioth. Cong. Orat. nº 7). = supra [50].

Nimirum in exemplari ad diem 31 ianuarii duae primae lectiones sunt de SS. Papia et Mauro (cod. Vallic. VII [58]), tertia autem, quae sola hic exscripta est, de S. Urso.

52. (Fol. 490-501) Vita S. Brigidae virg. (ex ms. monasterii Rom. S. Caeciliae et P. Emilii Sanctorii). = *BHL.* 1457. Febr. 1.

Sequitur carmen, quod inc. ***Brigida nomen habet*** (= Chevalier, ***Repert. hymn.*** 2512).

53. (Fol. 502-527) Vita S. Brigidae. = *BHL.* 1458. Febr. 1.

Desunt prologi I et II. — Des. ***virginis ob meritum tetigit medicamine Christus,*** et additum est : " Reliqua desiderantur in ms. bibliot. Casin. „ Cf. *Act. SS.*, Febr. t. I, p. 154, annot. *e*.

54. (Fol. 528-531v) Tractatus de sacris reliquiis beatorum apostolorum Petri et Pauli apud Sanctum Mansuetum ac de earum inventione et translatione ... (ex ant. ms.). = *BHL.* 5218. Febr. 1.

Des. ***crebris beatus Mansuetus miraculis dignatus est propalare*** (= ***MG.***, Scr. t. XV, p. 934, l. 19).

55. (Fol. 532-533v) Vita S. Severi ep. Ravennatis (ex ms. biblioth. Casin. sign. n. 78). = *BHL.* 7680. Febr. 1.

56. (Fol. 534-535) Passio S. Triphonis (ex ms. basil. S. Petri Rom. sign. litt. B). = cod. archivi S. Petri A. 3[18]. Febr. 2.

57. (Fol. 536-542v) Passio S. Blasii ep. (ex mss. ecclesiae Atinen-

sis long. per lect. dist., et item in Casin. sign. 44). = *BHL.* 1380, 1379. Cod. 91. Febr. 3.

Omissa ultima sententia et paenultima paulum contracta, des. *In quo loco non longo post tempore ad honorem eorum constructa est basilica; ubi multa operari miracula eorum intercessionibus nullus ambigat usque in hodiernum diem, ipso praestante... Amen.*

58. (Fol. 544-548) Passio S. Blasii ep. (ex ms. monasterii Trium Fontium). = *BHL.* 1379. Febr. 3.

Reliquis praetermissis, des. *His igitur tali ordine prosecutis, Agricolaus beatissimum Blasium suo examini fecit assisti; quem tumenti pectore, facie permota* |

Versus de S. Agatha (inc. *Aetnei nova monstra soli, flagrantia regna ...*), qui leguntur fol. 576-584, fuerunt " scritti in nave del S^re^ Capitano Gioanne Ant. Raguseo ... alli 22 di Marzo m.l.xxxiij, nello primo anno riformato di N. S^re^ Papa Gregorio XIII „, non vero anno 1853, ut perperam impressum est apud Narducci, p. 27.

59. (Fol. 594-596) Vita S. Guarini ep. Praenestini et cardinalis, canonici regularis olim in canonica Sanctae Crucis Mortariensi, descripta ex libro qui dicitur Regula sanctissimi patris Augustini etc., per venerabilem Dei praeconem Augustinum Ticinensem canonicum regularem elucidata. = *BHL.* 8816. Febr. 6.

60. (Fol. 598-601^v^) Passio S. Dorotheae virg. = *BHL.* 2323. Febr. 6.

Inest (fol. 600) lemma Passio S. Theophili ante verba : *Igitur Theophilus advocatus praesidis...*

61. (Fol. 602-611) Passio B. Theodori mart. (ex ms. basil. S. Petri Rom.). = *BHL.* 8086 (cod. archivi S. Petri A. 2^{33}). Febr. 7.

62. (Fol. 612-619) Passio S. Tatianae (ex ms. c. basil. S. Petri Rom.). = *BHL.* 7989 (cod. archivi S. Petri A. 2^{29}). Febr. 8.

63. (Fol. 620-628) Vita seu Legenda B. Raynaldi ep. Nucerini. Febr. 9.

Ipsa Vita antiqua de qua *BHL.*, p. 1030, n° 1.

Inc. *Incipiunt aliqua memora<bi>lia de vita beati Raynaldi episcopi Nucerini, sicut ab antiquis relata sunt, quae iuridica relatione retulit minister eius, qui illi servivit pluribus annis.*

Sicut antiquorum traditio affirmavit, cum tranquillitas a Deo fuisset reddita Latinis post maximas tempestates barbarorum, imperatores Alemanorum venientes in Italiam incultas regiones comitibus et nobilibus dederunt, qui cum eis veniebant. Tres autem comites germani fratres de Alemania ex originali ergastulo imperii venientes, scilicet Lupus, Vicus et et Eufredus, et istis datae sunt possessiones, videlicet Lupo circa Camerinum longe lateque, et de isto descenderunt nobiles de Alviano et de Viscolis — Des. *ille disparuit et totam ecclesiam fetore replevit.*

Cod. 91.

Sequitur 1° (fol. 627-627ᵛ) : *Istos vero episcopos praefuisse* (cod. *profuisse*) *in Nuceria invenimus, videlicet Albertus anno Domini M.VII... Lucas de Camereno decretorum doctor 1362.*

Tum 2° (fol. 627ᵛ-628) : Haec sunt miracula B. Raynaldi episcopi Nucerini post annos Domini 1414 de mense augusti dicti anni. *Laurentius Marcutii de Bagnaria devotus beati Raynaldi in festo sanctae Mariae de mense augusti attulit beato Raynaldo* — Des. *et de mane sequenti libera fuit absque aliquo dolore anguenatiae gratia Dei et beati Raynaldi* (cf. *BHL.* 7080, num. 1, 2).

Denique 3° (fol. 628ᵛ-629) : " De S. Raynaldo ep. Nucerino ex ms. codice Gualdensi. „ Inc. *Beatus Raynaldus episcopus Nucerinus de nobili stirpe filiorum Vicci ortus fuit* — Des. *Temporibus sancti Raynaldi floruit sanctus Franciscus et beata Clara circa annum Domini M.CC.XVII.*

64. (Fol. 634-644) M.CCCC.LXXII. de mense iunii, de virtutibus B. Goslini abbatis ordinis S. Benedicti memoriale abbas Georgius de Lucerna edidit. = *BHL.* 3623. Febr. 10.

65. (Fol. 644-646ᵛ) Passio ss. mm. Zotici, Amantii et sociorum (ex ms. biblioth. Vatic. sign. num. 1194). = *BHL.* 9028. Febr. 10.

66. (Fol. 659-666ᵛ) S. Bertharii martyris, sacri monasterii Montis Casini abbatis, in solemnitate sanctae virginis Scholasticae homilia.= *BHL.* 7516-7517.

67. (Fol. 682-701ᵛ) Sermo eiusdem (scil. Petri diaconi Casinensis) in octava sanctissimi P. Benedicti. = *BHL.* 1142. Mart. 28.

68. (Fol. 704-708ᵛ) Domni Guaiferii monachi Casinensis historia S. Secundini ep. et conf. = *BHL.* 7556. Febr. 11.

69. (Fol. 709-713ᵛ) Passio S. Lucii papae et mart. auctore domno Guaiferio Casinensi monacho. = *BHL.* 5022. Mart. 4.

Post ultima verba adnotatum est. " Reliqua in ms. non sunt. „

70. (Fol. 714-720ᵛ) Passio ss. mm. Faustini et Iovitae (ex bibliotheca Palatina). Febr. 15.

Inc. *Faustini et Iovitae gesta, quae inferius digeruntur, tam magna tamque obstupenda sunt, ut vix attingere ausim, neve supra fidem quid scribere videar, Deo tamen confisus opus meis viribus maius excellentiusque aggredior. Regnante Adriano, Brisiae civitate Italiae Faustinus et Iovita germani inclito genere orti* — Des. *lataque sententia, capite plecti iubet. Quod ita, ut praeceptum fuerat, factum. Quieverunt autem in pace XV kal. martii, regnante Domino... Amen.*

71. (Fol. 723-726ᵛ) Vita S. Barbati ep. et conf. (habetur sign. n. 74, fol. 186, et sign. n. 289, fol. 275, ms. litt. long. biblioth. Casin. per lect. dist.). = *BHL.* 973. Febr. 19.

72. (Fol. 727-729ᵛ) Divi Conradi Placentini historia (ex originali existente penes arcam capellae divi Conradi huius communitatis

Netinae, unde ex<tra>cta est praesens copia cum sigillis et subscriptionibus). Febr. 19. Cod. 91.

Libellus saeculo XVI non antiquior. Adsunt multa alia documenta, nulla tamen antiqua, de eodem sancto.

73. (Fol. 789-792) Vita S. Eustachii patriarchae Constantinopolitani per domnum Fabianum Cretensem ... ex graeco in latinum traducta. = *BHL.* 2790. Febr. 19.

74. (Fol. 816-833^{v}) Vita S. Petri Damiani venerabilis episcopi et eremitae. = *BHL.* 6706, 6707. Febr. 23.

Vita eiusdem sancti quae fol. 796-815 legitur (inc. ***Initia vitae viri clarissimi...***), saeculo XVII vix est antiquior.

75. (Fol. 835-849^{v}) De gestis S. Petri Damiani venerabilis Ostiensis episcopi cardinalis et eremitae (ex ms. perantiquo cod. doctissimi viri Hieronymi Rubei Ravennatis ... ab eodem et sua propria manu scripta, ad me missa D. C. A. C.). = *BHL.* 6706, 6707.

76. (Fol. 851-876) <Vita S. Petri Damiani>. = *BHL.* 6706, 6707.

Fol.. 877-885, iterum exscripta est Vita recens, quae iam habetur supra. fol. 796-815; sed quaedam mutata sunt, praefixaque est praefatio, quae inc. ***Magna soleo voluptate affici, viri Faventini...***

77. (Fol. 886-901^{v}) Vita B. Nicolai de Prussia monachi congregationis S. Iustinae ... = *BHL.* 6227. Febr. 23.

78. (Fol. 902^{v}-905^{v}) De B. Nicolao de Prussia monacho congregationis S. Iustinae, ex libro primo de contemptu mundi et assumenda religione domni Bernardi Placentini abbatis coenobii S. Georgii Maioris Venetiarum.

Inc. ***Monachus alter erat,'Nicolaus nomine ; qui vir...***
Des. ***Officio stili studui conscribere versu.***

Typis editum est Bernardi Placentini († 1486) carmen ***De contemptu mundi*** Cremonae anno 1511 cum aliis eiusdem opusculis.

79. (Fol. 908-934) Vita B. Nicolai de Prussia monachi congregationis S. Iustinae Ordinis S. Benedicti (ex libro pervetusto caractere abbatiae Florentinae ..., quem librum conscripsit D. Iohannes monachus nostrae congregationis a. C. M.CCCC.LXXXII). = *BHL.* 6227. Febr. 23.

80. (Fol. 936-938) Passio S. Polycarpi (ex ms. basil. S. Petri Rom. sign. A, pag. 215). = cod. archivi S. Petri A. 2[39]. Febr. 23.

CODEX 92 (ALIAS I.g.7.8, OLIM ✱.I.4)

Chartaceus, foliorum 869 (max. 0^{m},278 × 0,210) in duobus voluminibus compactorum (fol. 1-414, 415-869).

Cgd. 92. Continet Acta sanctorum mensium martii et aprilis a Constantino Caietano collecta. Fol. 1-2 descriptus est index Vitarum.

1. (Fol. 12-13) Passio SS. XL martyrum (ms. Casin. long. 74 olim 1104 per lect. dist.). = *BHL.* 7540. Mart. 9.

Reliquis omissis, des. *dicet Domino : " Susceptor meus es tu et refugium meum. Deus meus, sperabo in eum* (= *Act. SS.*, num. 5 med.).

2. (Fol. 16-94) Vita, miracula et visiones B. Franciscae Romanae de Pontianis (omnia de verbo ad verbum desumpta sunt ex veteri libro manuscripto, omissis passim quibusdam paucis brevitatis causa, prout suo quaeque loco assignantur in marginibus. Romae a. D. MDLXXXXI). Mart. 9.

Inc. prol. *Sol oriens in altissimis Deus, Dei filius, ex paterno utero ante luciferum genitus...*

(Fol. 18-58^{v}) Liber primus. Pauca quaedam extracta de vita et miraculis ac visionibus et revelationibus B. Franciscae de Roma, alias de Pontianis. Inc. *In nomine sanctissimae et individuae Trinitatis... Haec quae dicenda sunt ad honorem aeterni Dei ... mente integra et corde puro.* § I. De eius adulescentia. *Cum enim ad aetatem 11 vel 12 venisset annorum, et voluisset potius in virginitate Deo servire quam iugum pati maritale, tamen* — Des. *non sine eius meritorum abundantia, caelestis gratiae inundatione sibi concessis. Istius igitur animae a Deo electae et nimium dilectae finitis visionibus et maxime sponsi amoris revelationibus, sequitur de pugnis et triumphalibus bellis malignorum spirituum* (= *BHL.* 3094, lib. I epil.).

Sequitur longa quaedam adnotatio, qua docet librarius quid a se in apographo conficiendo sit praetermissum. Idem vero multas visiones, quas in hoc primo libro omiserat, postea (fol. 80^{v}-94) supplevit.

(Fol. 59^{v}-70) Liber secundus. Incipiunt, Dei favente gratia, pugnae et bellorum exercitia, immo verius triumphales conflictus, quos ipsa Dei humilis ancilla exercuit, dum viveret, cum malignis spiritibus, et primo... Inc. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. In illo principio, quando ista Dei famula coepit habere visiones malignorum spirituum* (= *BHL.* 3094, lib. III, num. 1) — Des. *Et tatem monitionem et documentum ipsa beata saepe dedit suo patri spirituali. Et hoc fuit anno Domini 1437 mense martio. Finiunt laboriosissimi conflictus... conferre voluit. Nunc vero, Dei opitulante gratia,* etc. ut *BHL.* 3094, lib. III, num. 45.

In hoc libro nihil praetermisit librarius.

(Fol. 70^{v}-80) Liber tertius. De inferni suppliciis et locis ac diversitate poenarum, et de infernali daemone, et de Sathana, et de angelis eius. Inc. *Quodam semel, cum ista beata graviter infirmaretur, causa recreationis ivit ad cellam suam, quae est in altitudine suae domus, ut ibidem attentius vacaret orationi* (cf. *BHL.* 3094, lib. III, num. 46) — Des. *cum*

qua semper desiderabat vivere et mori. Laus Deo (= ibid., num. 93). Pauca praetermisit librarius. Cod. 92.

Sequitur (fol. 79-79ᵛ) De monitis traditis ab ista sancta anima tempore transitus sui (= *BHL.* 3094, lib. III epilogus).

Tandem (fol. 79ᵛ-80) capitulum De eius sepultura. Inc. *Post cuius felicissimum excessum religiosorum atque clericorum non modica comitiva* — Des. *procul dubio vitam, quam ipsa possidet, consequentur aeternam, advocante filio Dei Iesu Christo, qui... Amen. Laus sit Deo eiusque genitrici gloriosissimae virgini Mariae.* " 1591. „

3. (Fol. 115-218ᵛ) Tractatus religiosissimae vitae B. Franciscae Olivetanae (ex ms. cod. eiusdem romani monasterii Turris Speculorum).

Constat partibus duabus, quarum prior (fol. 115-124) inc. ut *BHL.* 3094 liber I, et des. cum num. 30 eiusdem libri ; pars vero altera (fol. 124-218ᵛ) inc. ut *BHL.* 3094 liber II et des. *Ego sum mensa, altare paratum cum omnibus paramentis bene aptatum et cum sacramentis bene ordinatis super. Amen* (ibid., num. 182 ante fin.).

4. (Fol. 221-230ᵛ) Vita S. Firmani. = *BHL.* 3001. Mart. 11.

5. (Fol. 232-236) Vita vel obitus S. Gregorii papae edita a venerabili Paulo diacono et monacho Casinensis coenobii. = *BHL.* 3639. Mart. 12.

6. (Fol. 253-264) Vita S. Eupraxiae virg. = *BHL.* 2718. Mart. 13.

7. (Fol. 265-336ᵛ) Iocelini monachi de Furnesio Vita S. Patritii archiepiscopi et Hiberniae primatis et apostoli. = *BHL.* 6513. Mart. 17.

Reliquis perditis, des. *et quod fidei catholicae competit contrarium ecclesiasticisve institutis adversum evel(lere)* = *Act. SS.*, num. 147 sub init.

8. (Fol. 413-414ᵛ) Vita S. Ruperti ep. et conf. Mart. 17.

Epitome. — Inc. *Tempore Hildeberti regis Francorum anno regni illius secundo sanctus et religiosus confessor.* — Des. *animam sanctam ferebant ad aeternam felicitatem ; ad quam meritis et precibus sanctorum germanorum Trudperti martyris, Ruperti confessoris atque Gertrudis virginis sororis eorundem nos perducat Iesus Christus Mariae filius super omnia benedictus. Amen.*

9. (Fol. 415-421ᵛ) Vita B. Fridiani Lucensis ep. et conf. (ex codice monialium S. Fridiani Florentiae). Mart. 18.

Vita, inventio, miracula. — Inc. *Beatus Fridianus clarissimus genere fuit, filius regis Ultoniae nomine Ultach* — Des. *Quod quidem ferrum ad memoriam posteritatis ante gloriosi confessoris altare suspensum usque hodie cernitur. Unde omnipotenti Deo gratias et laudes referamus, qui talia per famulum suum Fridianum episcopum operari dignatus est, qui cum Patre ... Amen.*

10. (Fol. 428-443) Vita S. Anselmi ep. Lucensis ... (ex perantiquo

Cod. 92. ms. codice bibliothecae Anicianae apostolici collegii Gregoriani domus S. Benedicti de Propaganda Fide). = *BHL.* 536, 537. Mart. 18.

Des. libellus 537 : *In die ascensionis Domini nuper praeteritae quaedam femina de Godi, Richilda nomine, quam pluribus nota, per integrum annum et eo amplius, quantum est ab Epiphania Domini usque ad praedictum festum, visu caruerat, multis astantibus* (cod. *astantium*), *precibus beatissimi praesulis desideratam recepit sanitatem.*

11. (Fol. 446-452) Vita beatissimi Anselmi Lucensis episcopi, cuius corpus in cathedrali ecclesia Mantuana feliciter requiescit (ex ms. eccl. cath. Mant.). = *BHL.* 536, 537.

Multa omissa sunt. Praetermissis ceteris, des. *quae si inveniremus, vobis scriberemus* (= *Act. SS.*, num. 45 extr.).

12. (Fol. 523-527v) Vita S. Endei abbatis Araniensis, ubi inserta est Vita S. Fancheae virginis die 1 ianuarii auctore Augustino Magradin relata a P. F. Ioanne Colgano tomo primo de sanctis Hiberniae et Scotiae. = *BHL.* 2543. Mart. 21.

Exscripta sunt et ea quae ad hanc Vitam praefatus est Colganus, nimirum §§ I et II.

13. (Fol. 530-556v) Vita B. Ioannis a Baculo confessoris et mirifici (*cod.* -fice) heremite ad fratrem Franciscum de Auximo priorem et fratres Sancti Marci de Florentia. = *BHL.* 4335. Mart. 24.

Inc. prol. *Dilectis in Christo fratri Francisco de Auximo priori ceterisque* — Des. Vita : *Denique concludendo subiungo quod vitam et miracula dicti sancti sic brevibus et rudibus verbis perstrinxi ... Amen.*

14. (Fol. 562-562v) Haec est Vita Dagoberti (*immo* Baronti). = *BHL.* 996. Mart. 25.

Des. *honorifice collocatae eorum reliquiae fuerunt, sicque multi sancti habitaverunt in dicto loco.* Sequitur: " Scrisi de verbo ad verbum ut reperj, quamvis multas discordantias inveniam. Pasqual Cechoni piou° di Lamp°. „

15. (Fol. 563-564) Vita S. Baronti. = *BHL.* 996. Mart. 25.

Des. ut [14].

16. (Fol. 566-568v) Legenda B. Coni Nasensis. Mart. 28.

Narratio paulo fusior ea quae ex graeco exemplari edita est in *Act. SS.*, Mart. t. III, p. 734; antiqua esse minime videtur.

Inc. *Tempore secundi comitis Rugerii in terra Nasi erat unus homo nobilis et miles* — Des. *et eius reliquias venerantes liberentur a potestate daemonis in vita praesenti et in futuro saeculo. Amen. Obiit autem beatus Conus Nasensis circa annum Domini M° ducentesimo trigesimo sexto, de mense martii die XXVIII°.* Speciminis ergo exscripsi haec pauca, quae conferas cum narratione edita (*Act. SS.*, l. c., num. 2 extr.) : *et exire fecit*

ab aure eius vermem (cod. *vermis*) *mirae magnitudinis, vulgo di uno spango, et sic puer liberatus fuit.* Cod. 92.

17. (Fol. 570-571) Legenda S. Secundi martyris habita a D. Petro de Manonibus (Marionibus?). = *BHL.* 7558. Mart. 29.

Deest prologus. — Des. *Et proconsul ait : " Ergo non sunt dii quos colit Romana militia ? „ Beatus Secundus respondit* | (= *Act. SS.*, num. 3 post med.). Adnotatum est: " Finis et sic haec Vita deficit „.

18. (Fol. 592-598) Passio S. Theodosiae (ex ms. basil. sancti Petri Rom. sign. A.). = cod. archivi S. Petri A. 2^{40}. April. 3.

19. (Fol. 600-601^{v}) Vita S. Guidonis ab. S. Mariae Pomposiae et confessoris (ex perantiquo mss. codice coenobii eiusdem exscripta). April. 4.

Haec est epitome Vitae *BHL.* 8876. — Inc. *Beatissimus Guido monachus et abbas coenobii valde venerabilis insulae Pomposianae, dioecesis Ravennensis, in suburbanis ortus Ravennae ex familia Stratiatorum, villa Casamarensi* — Des. *vel in diversis monasteriis in abbates direxit ac mirae probitatis reliquit et instituit.*

20. (Fol. 605-610^{v}) Translatio S. Athanasii Neapolitani ep. et conf. = *BHL.* 737. April. 5.

Sequuntur versus :

Quisquis Athanasii vitam miraque beati
Quae gessit legeris talia scripta patris
Lunissi scito renovari mente serena
Praesulis exiguus ductus amore prolis
Illius ut caream probris prece necne piaclis
Ingrediar summi elisiique zetam.

21. (Fol. 611-614) Canonisatio S. Vincentii.

Bulla canonizationis edita a Pio papa II (Fontaninus, *Codex canonizationum*, p. 175-80).

22. (Fol. 615-622^{v}, saec. XV) Martyrium B. Antonii de Pedemonte fratris Ordinis Praedicatorum compositum per fratrem Chostantium heremitam sancti Ieronimi de monasterio Sancti Raphaelis de Venetiis, qui fuit praesens dicto martyrio, quando scilicet idem frater Antonius die sanctissima Caenae domini nostri Iesu Christi, videlicet decima mensis aprilis m.cccc.lx°, per manus impiorum et lapidibus obrutus et gladiorum vulneribus est confossus in civitate Tunisis, quae olim Kartago dicebatur. = *BHL.* 606. April. 10.

Ultimis verbis subiuncta sunt testimonia haec :

Yo Ferrant Eodiso del Re de Castella etc. fo fede che questa scriptura contiene in se veritade.

Nos Iohannes Baptista de Grimaldis consul Ianuensium in Tunizi interfui et fidem facio praedictis.

Cod. 92.

Ego Clemens Cicer civis Ianuensis ad praesens in Tunizi interfui supradictis, etc.

Ego frater Petrus Ferrari natione Valentinus et Minorum Fratrum minimus testor omnia supradicta esse vera.

23. (Fol. 623-626v) Vita S. Ansuini Camerinensis ep. et conf. (ex ms. bibliothecae Casin.). = *BHL.* 555. April. 11.

Deest prologus. — Des. *Ex illo itaque tempore coeperunt omnes unanimiter vicinarum regionum necnon etiam ex longinquis provinciis frequentare locum, in quo sanctum illius requiescit corpus, ad laudem... Amen.* (= *Act. SS.*, n. 22 init.).

24. (Fol. 627-627v) De S. Benedicto de ponte confessore. = *BHL.* 1098. April. 14.

25. (Fol. 628-629) Passio ss. mm. Tiburtii et Valeriani et Maximi. April. 14.

Inc. ut *BHL.* 8483 (*Temporibus Marci Aurelii et Commodi imperatorum Turcius Almachius...*) — Des. ut *BHL.* 8486.

26. (Fol. 630-647v) B. Ioachini Vita ad magistrum Christophorum Servorum ordinis Generalem per fratrem Paulum digesta. = *BHL.* 4287. April. 16.

Foliis perditis, desinit mutila : *a rebus supernis divinaeque maiestatis* (= *Act. SS.*, num. 24 extr.).

27. (Fol. 648-651v) De S. Galdino S. R. E. presbytero cardinali tit. S. Sabinae ac archiepiscopo Mediolanensi. = *BHL.* 3232. April. 18.

28. (Fol. 653-656) In festo S. Helienae virginis. April. 20.

Officium, in quo leguntur (fol. 653v-655) tres lectiones *BHL.* 3800.

29. (Fol. 657-663v) Passio S. Adelberti ep. et m. edita a domno Silvestro papa urbis Romae (habetur in ms. Casin. litt. long. sign. n. 74, fol. 209). = *BHL.* 37. April. 23.

Des. *ubi merita et virtutes eius exhuberant usque in hodiernum diem. Passus est autem ... Amen* (cf. *Act. SS.*, p. 187, annot. *h*).

30. (Fol. 664-668) Historia inventionis et translationis S. Riccardi Andriensis ep. auctore Francisco Baucio Andriae duce (habetur excusa una cum eiusdem sancti vita et miraculis atque officio). = *BHL.* 7205. April. 23.

31. (Fol. 668-669v) Legenda miraculorum S. Riccardi ep. Andriensis, quando ipsius sacrum corpus inventum fuit. = *BHL.* 7206.

32. (Fol. 670) Passio S. Georgii mart. (ms. Casin. long. per lect. dist. sign. n. 74). = *BHL.* 3393. April. 24.

Solus prologus cum primis sententiis Passionis.

33. (Fol. 671-681v) Passio S. Georgii mart. (ex v. ms. c. coenobii S. Georgii Maioris Venetiarum). = *BHL.* 3396. April. 24.

34. (Fol. 704-707v) Vita S. Trudperti mart. = *BHL.* 8328. April. 26. Cod. 92.
Deest prologus.

35. (Fol. 708-708v) De canonizatione supradicti martyris sancti Trudperti.

Quia in loco beati Trudperti miracula plura claruerunt, propter quae etiam iussu beati Stephani papae a multis episcopis est canonizatus (cf. *BHL.* 8333, num. 20); *haec autem iterata et in miraculis plurimis sublimata depositio piissimi martyris anno ab incarnatione Domini d ccc xij* (corr. ex. *d cccc xij*), *Ludovico Caroli filio imperium regente, quem pater adhuc vivens successorem ordinaverat. Morte patris comperta, ab Aquitania veniens ad palatium Aquis est consensu omnium rex creatus; sub quo Leo papa moritur, pauco tempore elapso. Cui Stephanus substituitur immediate. Hic vero post consecrationem suam, missis ad imperatorem nuntiis, qui eius animum lenirent eumque ad se venturum praedicerent, iter ipsius festinanter subsequitur in Gallias. Cui imperator Remis occurrens ab eo honorifice est receptus. Papa ergo, ex more missarum sollemniis celebratis, Ludovicum Romanorum imperatorem regem pronuntiavit diademate coronatum. Secundo autem anno, pio Ludovico regnante, VI. kal. maias est peracta eodem ipsoque in loco, quo sanguine* (*-nem* ante corr.) *pretiosus Christi martyr extiterat antea laureatus* (cf. *BHL.* 8329, c. 10 extr.). Tum interposita loco certe non suo hac sententia ex diplomatum initio desumpta (*Quoniam acta praesentia labuntur, nisi scripturarum testimonio corroborentur*) sequitur narratio *BHL.* 8335 (*Congaudens itaque venerabilis Constantiensis ecclesiae episcopus, Conradus nomine, virtutibus et miraculis ... cunctis videntibus, receperunt*).

36. (Fol. 714-721) Vita S. Pamphili conf., primi Valvensis ep. (ex antiquissimo ms. c. mosei D. Constantini Caietani monachi Cassinensis O. S. B.). April. 28.

Inc. *Post passionem domini nostri Iesu Christi et praedicationem beatorum apostolorum, qui per universum mundum ad praedicandum missi sunt, error persistebat Arrianae fidei in civitate Corfineo provinciae Valvensis* — Des. *Nam et ad corpus eius aegri veniunt et curantur, daemoniaci veniunt et liberantur, laudantes et benedicentes dominum nostrum Iesum Christum, cui est honor ... Amen.*

37. (Fol. 721-721v) <Miraculum S. Pamphili>.

Inc. *Anno Domini M CCC LXV die XXIII mensis augusti III^ae indictionis in mediato octavae assumptionis B. V. Mariae quaedam mulier, nomine Olorosa de Carceribus, diabolo vexata* — Des. *gratias et gloriam rc<d>dentibus.*

Adnotavit Caietanus: " Illius miraculi auctor diversus est ab eo qui vitam supralatam exaravit, et id habuimus ab ecclesia Sulmonensi „.

38. (Fol. 723-868v) Legenda B. Catherinae admirabilis virginis de

Cod. 92. Senis, sororis de paenitentia B. Dominici fundatoris ordinis Fratrum Praedicatorum. = *BHL.* 1702. April. 30.

Ex codice " monasterii S. Bartholomaei apostoli ordinis Carthusiensis in partibus Campaniae „ scripto anno 1405; cf. fol. 866v.

CODEX 93 (alias I.g.9-11, olim ✻.1.5)

Chartaceus, foliorum 1110 (max. 0m,282 × 0,205) in tribus voluminibus compactorum (fol. 1-307, 308-702, 703-1110).

Continet Acta sanctorum mensium mai et iunii a Constantino Caietano collecta. Fol. 3-4 descriptus est index Vitarum.

1. (Fol. 5-6v) Passio S. Sigismundi regis (ex ms. perant. biblioth. nostrae). = *BHL.* 7717. Mai 1.

Inc. *Temporibus Tiberii privigni magni Augusti, hoc est Libiae uxoris eius filii ex superiori geniti coniuge, Pilatus Iudeae procurator ab eodem Tiberio dirigitur...*

Sequuntur 12 hexametri versus, qui inc.

Sancte Sigismunde, tibi canimus carmina laudis

et des. *Ut veniam tribuat superis per saecula cuncta.*

2. (Fol. 7-14v) B. Francisci Senensis Ord. Servorum Mariae Vita a Nicolao Burgensio equite clarissimo edita. = *BHL.* 3141. Mai 1.

3. (Fol. 20-20v) Vita S. Iuvenalis ep. Narniensis et martyris (ex ms. eius ecclesiae). Mai 3.

Inc. *Dum Octavianus Augustus Caesar ad Persarum olim bella procederet* (= *BHL.* 4614, sub initio num. 2). — Des. *et sepultus est ad portam superiorem via Flaminia miliario ab urbe quinquagesimo quinto sub die VII° iduum augustarum* (= ibid., num. 5 post med.).

4. (Fol. 20v-21v) <Translatio S. Iuvenalis>. = *BHL.* 4615, num. 3-10 init.

Inc. *Anno Domini 904 venit vir quidam* (tria prima verba *A. D. 904* postea addita sunt) — Des. *illi vero tulerunt corpus eius et posuerunt in derirotę novo cum beatissimo Cassio* (cf. *Act. SS.*, annot. *b* et *m*).

5. (Fol. 24-27v) Leboinus de inventione, translatione et miraculis almae crucis et sancti vultus in ecclesia S. Martini divinitus collocati (ex monumentis Lucensibus). = *BHL.* 4236. Mai 3.

6. (Fol. 28-39v) <Miracula sanctissimi vultus> (ex monumentis eisdem). = cod. archivi S. Petri E. 42[2].

7. (Fol. 39v-41) <Miraculum sanctissimi vultus> (ex monumentis eisdem).

Inc. *Istud est magnum miraculum quod nuper apparuit in partibus Tusciae in diocesi Castellana in territorio castri de Petralunga.*

Ut fide incredibili in credulitate immobili augeatur, radicetur et ferveat fidelis quilibet christianus, rem admirandam, miraculum inauditum sub compendio declarabo. Currentibus annis a nativitate Domini M.CCC.XXXIIII., tertio idus septembris, in partibus Tusciae in diocesi Castellana in territorio castri de Petralunga dominante domino Branca de Branciis, assistentibus eidem assessoribus viris peritis domino Francisco de Ancona et Vanne, contigit in ipsis partibus fuisse hominem quendam a latronibus interfectum — Des. *Ille vobis ignoscat et erga vos oculos clementiae aperiat virtutibus ac meritis sancti vultus, qui vivit... Amen.* Cod. 93

Sequuntur (f. 41-42) litterae *D. Branchae et assessorum,* quibus hoc miraculum attestantur.

8. (Fol. 45-46) Passio S. Porphyrii presb. Camerinensis magistri S. Venantii. Mai 4.

Post brevem laudationem martyrologicam (inc. *In Camerinensi civitate passio beati Porphyrii presbyteri doctoris et magistri beati Venantii sub Antiocho rege, magno christicolarum persecutore. Qui quidem Porphyrius...*) exscripta sunt, nullo lemmate interposito, quaedam capitula Passionis S. Venantii (*Eo itaque tempore rex Antiochus florens... et ipsum cum hymnis et laudibus honorifice sepelierunt* = *BHL.* 8523, num. 9-11).

9. (Fol. 48-59) Vita S. Angeli mart. Carmelitarum B. Mariae Dei genitricis civis Hierosolymitani de stirpe David per Rev^{m} Enoch patriarcham Hierosolymitanum, inventa in bibliotheca Panormitana. = *BHL.* 465. Mai 5.

Inc. Vita : *Nondum omnes mortui sunt qui Iesseum et Mariam martyris Angeli parentes noverunt eorumque vitam ac mortem recordantur...*

10. (Fol. 59-60) Revelatio D.Ioannis Baptistae facta B. Athanasio de Claromonte patriarchae Alexandrino, qui eam scripsit fratri suo Frederico de Claromonte Panormitano. Caput ultimum. = *BHL.* 468.

Fol. 60-60^{v} exscripta est media pars epistulae Thomae Bellorosii ed. in *Act. SS.*, Mai t. II, p. 833.

11. (Fol. 67-72^{v}) Sermo venerabilis Paulini Legionensis britannicae urbis episcopi de translatione S. Matthaei apost. ab Aethiopia in Britanniam itemque de Britannia in Italiam. Mai 6.

Inc. ut *BHL.* 5694, 1. — Des. *in ea honorabiliter est collocatum, ubi per longa temporum curricula quiescens, multa ibi per Dei gratiam peregit signa virtutum, ad laudem... Amen.*

Sequitur : *Quoniam igitur gesta <de> translatione sancti apostoli et evangelistae Matthaei primo de Aethiopia in Britanniam ac deinde a Britannia in Italiam a reverentissimo et sanctissimo episcopo Paulino sufficienter praesenti sermone descripta sunt, iam nunc, auxiliante Domino, qualiter iterum sancti eiusdem apostoli reliquiae sint revelatae atque*

Cod. 93. *repertae et in Salernitanam civitatem translatae atque reconditae, unde a nobis hodierna solemnitas agitur, sicut ex maiorum fida relatione percepimus, ad posterorum memoriam nos quoque relatu veridico transcribimus. Anno dominicae incarnationis DCCCC.LIV cum Gisulfus princeps Salernitanum populum regeret* — Des. *et aliis plurimis virtutum miraculis declaravit* (= *Act. SS.*, Sept. t. VI, p. 212, num. 71).

Subiuncta est narratio *BHL.* 5694, II, quae des. *ad audiendi diligentiam provocet. Quoniam autem, divina disponente ac largiente clementia, sanctissimi apostoli et evangelistae Matthaei corpus meruimus obtinere, omnes pariter alacri corde et puris ac devotis mentibus eius translationis sollemnia congruis studeamus obsequiis frequentare, ut per ipsius intercessionem valeamus ad praemia aeterna pertingere, praestante Domino... Amen.*

12. (Fol. 87-97v) Vita B. Franchi (ex proprio originali in ecclesia). Mai 7.

Inc. *In illis temporibus quibus Federicus rex Siciliae de genere Normandorum sub Adriano papa Romanum suscepit imperium et Guillielmus filius eius in regem Siciliae coronatus, devictis Graecis* (cf. *BHL.* 3143) — Des. *Qui candelam ardentem* [1] *invenit, quae nullam* [2] *laesionem intulerat, et in nullo* [3] *penitus diminutam* [4].

Moderna miracula eiusdem [5]. Inc. prol. *Post haec autem pluribus annorum curriculis revolutis, sedens super thronum Dominus mirabile* — Inc. *Vir quidam de Barisano vulnus in crure* — Des. *in conspectu copiosae multitudinis gentium signis* [6] *evidentibus se recepisse voce lacrimabili confessa est Deo gratias referens* [7] *et sancto viro.*

Contulimus hoc exemplar (= **A**) cum altero quod reperire est infra, n° 67 (= **B**). — [1] *ardente* A. — [2] *non modo* add. B. — [3] *sed nec in ullo* B. — [4] *diminuta fuit* B. — [5] (*Mo. mi. e.*) *E. mo. mi.* B. — [6] *generis* A. — [7] *agens* B.

13. (Fol. 98-99) Vita S. Innocentii ep. (ex ms. ecclesiae Caietatanae). = *BHL.* 4279. Mai 7.

14. (Fol. 104-105) <Apparitio S. Michaelis> (ex tomo 7° de vita sanctorum sub fol. 136, Ant. Gallonii). = cod. Vallicell. VII[100]. Mai 8.

15. (Fol. 112-116) Vita S. Euphrosynae virg. = *BHL.* 2723. Mai 10.

16. (Fol. 118-120) In translatione ss. mm. Cosmae et Damiani. Sermo domni N. monachi coenobii sancti Georgii Maioris Venetiarum O. S. P. B. (exscriptus a nobis ex ms. veteri codice sacrarii eiusdem coenobii). Mai 10.

Haec non tam est narratio quam pia quaedam contio, qua docemur 1° aliquando sanctos Cosmam et Damianum in monasterium Sancti Georgii Maioris esse translatos; 2° pauca ab eis ibi patrata esse miracula, attamen *fratrem Manfredum commissum nostrum* a febre quartana esse sanatum; 3° olim amborum sanctorum corpora in una capsa esse condita, ita tamen ut separarentur *per tabellam in medio affixam, apposita*

etiam lamina plumbea utrique corpori, eius nomen litteris graecis indicante ; 4° nuper vero, cum haec capsa innovaretur, permixta essę ossa utriusque sancti, servatas tamen esse laminas plumbeas ; 5° saepe saepius postulatas esse sanctorum reliquias, v. g. a parochiali ecclesia Sancti Iohannis Novi de Venetia, a monasterio S. Prosperi Regiensis, a monasterio monialium Misericordiae Patavii, atque forsan ideo factum esse ut ossa permiscerentur ; nam, ait contionator, *per hoc, cuius eorum reliquias accepturus sit, petens quis scire omnino nequit, et nos tamen certi sumus quod corpora ipsa, sic Deo volente, permixta dictorum sanctorum certissime sunt.* Cod. 93.

Inc. *Cum omnibus constet, fratres carissimi, quia Redemptor noster pro gentium redemptione in mundum venit* — Des. *Gratias itaque Deo agamus, qui hoc prudenti consilio his sacris reliquiis nos funditus privari non permiserit.*

Ipsorum autem sanctorum martyrum Cosmae et Damiani ad hoc nostrum divi Georgii coenobium fuit facta translatio anno domini nostri Iesu Christi 1154, indictione secunda sexto idus mensis mai, regnante Domino... Amen.

17. (Fol. 123-124) Legenda B. Crispoliti ep. et mart. (in libro lectionum omnium sanctorum). = *BHL.* 1800. Mai 12.

18. (Fol. 126-130) Passio ss. mm. Nerei et Achillei atque Domitillae virg. (ex ms. litteris longob. cod. nostrae bibliothecae, cui aliqua desunt in fine). = *BHL.* 6058, 6059, 6061-6063. Mai 12.

Des. mutila : *per sua praedia divisit, Eutycium XVI miliario ab urbe via Numentana* (*Act. SS.*, p. 11, num. 9 med.).

19. (Fol. 133-138^{v}) Vita B. Roberti conf. e Lotharingiae principibus oriundi et quondam Bingiorum ducis, auctore B. Hildegarde ... (ex ms. cod. bibliothecae Moguntinae archiepiscopalis). = *BHL.* 7388. Mai 15.

Inc. *Beatum Robertum Deus in infantia* ... ut apud Busaeum, ex quo Vita descripta est.

20. (Fol. 141-144^{v}) De ss. mm. Mariano et sociis eius. = *BHL.* 131. Mai 15.

21. (Fol. 147-156^{v}) S. Ubaldi ep. Eugubini Vita scripta a B. Theobaldo eiusdem civitatis episcopo ad Federicum primum imperatorem (ex mss. Eugubinae civitatis). = *BHL.* 8357. Mai 16.

22. (Fol. 157-161^{v}) S. Ubaldi ep. Eugubini Vita ... = *BHL.* 8357. Mai 16.

23. (Fol. 167-172^{v}) Passio S. Venantii. = *BHL.* 8523. Mai 18.

24. (Fol. 173-174^{v}) De vita venerabilis patris nostri Petri de Murrone, quod ipse propria manu sua scripsit et in cella sua reliquit. = *BHL.* 6733. Mai 19.

Cod. 93.

Perditis foliis, inc. mutil. *Multa et inenarrabilia bona acciderunt in illo loco per spatium quinque annorum ...* (*Act. SS.*, num. 9 extr.).

25. (Fol. 174v-209) <Vita et miracula S. Petri Caelestini papae>. = *BHL.* 6734-6737.

Notavit fol. 209 Caietamus: " Haec excerpsi ex ms. cod. B. Mariae de Collemadio Patrum Caelestinorum anno 1597 „.

26. (Fol. 214-217v) Vita et obitus B. Petri confessoris Caelestini papae quinti. = *BHL.* 6750.

Reliquis omissis, des. cum cap. 7 libri I: *mansit ibi solus decem diebus cum duobus panibus secum allatis, totus satiatus laetitia et exultatione.*

27. (Fol. 221-223v) Historia de translatione S. Petri confessoris olim Caelestini papae quinti. = *BHL.* 6756. Febr. 15.

Inc. *Solemnitatem festivitatis eximiae, qua corpus beatissimi patris nostri Petri confessoris almifici de Campaniae partibus ad partes Aquilae est translatum* — Omissa ultima parte, desinit: *et sic divino instinctu Aquilam perrexerunt* (*Act. SS.*, num. 55 extr.).

28. (Fol. 224-225) Translatio corporis S. Petri Caelestini ad Collemadium propre Aquilam. = *BHL.* 6756. Febr. 15.

Incipit ut in [27].

29. (Fol. 228-229v) Vita ss. patris eximii Petri confessoris olim Caelestini PP. V. Tractatus de sua vita, quam ipsemet propria manu scripsit et reliquit in propria cella. = *BHL.* 6733.

30. (Fol. 230-234v) Sententiae cardinalium de miraculis Fratris Petri de Murrone, quondam Caelestini papae quinti (ex ms. cod. em[mi] card. a Balneo). = *BHL.* 6744.

31. (Fol. 236-238v) Sententiae cardinalium de miraculis Fratris Petri de Morone, quondam Caelestini PP. V. = *BHL.* 6744.

32. (Fol. 240-262v) Vita B. Petri Caelestini auctore Petro de Aliaco cardinale Cameracensi. = *BHL.* 6751.

33. (Fol. 265-303v) <Vita et miracula S. Petri Caelestini>. = *BHL.* 6734-6737.

Apographi initium, quod hic deest, conservatur in cod. 89[1]. Hic inc. *appropinquant, et ibat cum illis; quos interrogavit quo vellent ire...* (*Anal. Boll.*, t. XVI, p. 402, lin. 10).

Reliquis praetermissis, des.: *et quam plures alii de hoc cum veritate testantur* (*Anal. Boll.*, t. XVI, p. 458, lin. 20).

34. (Fol. 304-306v) <S. Petrus de Murrone de vita sua>. = *BHL.* 6733.

Inc. ut supra [34]: *Multa ...*

35. (Fol. 309-322) Maffei Vegii Laudensis <Vita S. Petri Caelestini>. = *BHL.* 6752.

36. (Fol. 322-324ᵛ) De Caelestini quinti pontificatu ex Ptholemeo Lucensi. = *BHL.* p. 981, 7b. Cod. 93.

37. (Fol. 326-347) Maphaei Vegii Laudensis <Vita S. Petri Caelestini>. = *BHL.* 6752.

38. (Fol. 347-349ᵛ) De Caelestini quinti pontificatu ex Ptholemeo Lucensi.

Ut supra [36].

39. (Fol. 357-361ᵛ) Sententiae cardinalium de miraculis Fratris Petri de Morone. = *BHL.* 6744.

40. (Fol. 363-411ᵛ) Iacobi S. Georgii ad velum aureum diaconi cardinalis <carmina de S. Petro Caelestino>. = *BHL.* 6746, 6748.

" Ex mss. perantiquo habito Florentiae a R. P. D. Sabino de Tintoris Bononiensi priore coenobii S. Petri de Murrone congregationis Caelestinorum ordinis S. P. Benedicti excerpsi ego D. Constantinus Caietanus ... hoc anno 1596 „ (fol. 411ᵛ).

41. (Fol. 430-462) Vita et obitus B. Petri confessoris <quondam> Caelestini papae. = *BHL.* 6750, 6755, 6757.

42. (Fol. 466-476) Vita S. Bernardini Senensis Ord. Min. (ex ms. monialium S. Clarae Montis Flacci). Mai 20.

Ed. in *Anal. Boll.*, t. XXI, p. 58-80.

Sequuntur (fol. 476-481ᵛ) narrationes a scriptore forsan non antiquo collectae, quibus ostenditur quanta in B. V. Mariam devotione praeditus sit Bernardinus. Inc. *Virgo, ut communiter per omnes tenetur, vir Dei Bernardinus, Virginis devotissimus, Virgini semper extitit commendatus. Cuius ducatu et gubernatione usque ad caelestem gloriam pervenit, ut ex infra dicendis clare patet. Et ut aliqua, licet pauca ex multis, referam, a nativitate incipiam. Igitur Bernardinus in die nativitatis Virginis natus est et, cum ad annos discretionis pervenit, Virginis civitatem habitavit* — Des. *ut notatum in catalogo. Et sic quasi annis XL huic nostrae generationi proximus dixit : " Semper hi errant corde, ipsi vero suas vias non bene agnoverunt „.*

43. (Fol. 482-491) Vita S. Iohannis primi abbatis monasterii S. Iohannis Parmensis. = *BHL.* 4419. Mai 22.

44. (Fol. 492-496) Vita et obitus egregii confessoris Christi Romani abbatis, alumni divi Benedicti ... = *BHL.* 7305. Mai 22.

45. (Fol. 498-500ᵛ) Miracula S. Ephebi Neapolitani ep. et conf. = *BHL.* 2705. Mai 23.

46. (Fol. 502-502ᵛ, 507-507ᵛ) De SS. Gerio et Effrendo fratribus confessoribus. = *BHL.* 3448. Mai 25.

Deest prologus, pro quo haec posita sunt : *Gerius dicitur a gera, quod est salus populi.*

47. (Fol. 503-504ᵛ) Vita S. Gerii (ex codice archivii archiepiscopatus Firmani) = *BHL.* 3448.

Cod. 93. Initium ut supra[46].

48. (Fol. 508-529) Passio ss. mm. Urbani papae et sociorum eius (ms. Casin. 581 olim, nunc 60, finem versus, long.). = *BHL.* 8377, 8378, 8376, 8374, 8375. Mai 25.

49. (Fol. 530-533v) Passio S. Urbani papae (ms. Casin. long. per lect. dist. sign. 74). = *BHL.* 8383-8385. Mai 25.

50. (Fol. 535-540v) Vita B. Iacobi Philippi de Faventia (ex codice qui " Servitae religionis B. Mariae incunabula „ inscribitur, quique in Divae Annuntiatae apud Patres Servitas bibliotheca Florentiae asservatur). = *BHL.* 4105, 4106. Mai 25.

51. (Fol. 542-562v) Vita et legenda S. Restitutae virg. et mart. (ex ms. ecclesiae S. Restitutae Soranae). = *BHL.* 7194. Mai 27.

52. (Fol. 566-570v) Passio S. Restitutae virg. et mart. gloriosae (habetur in fine ms. Casin. long. litt. sign. n. 73). = *BHL.* 7192. Mai 27.

53. (Fol. 583-612) Legenda S. Bonae de civitate Pisana (ex ms. autographo monialium S. Martini Pisarum). = *BHL.* 1389. Mai 29.

54. (Fol. 612v) <Translatio S. Bonae>. = *BHL.* 1390.

55. (Fol. 631v, 627-628v) Legenda S. Bonae virg. de civitate Pisana. = *BHL.* 1389.

Reliquis omissis, des. *Cum autem sacra quadragesima advenisset, eam in quadam caverna* | (*Act. SS.*, num. 14).

56. (Fol. 632-635v) Passio S. Proculi militis et martyris Bononiensis. = *BHL.* 6954. Iun. 1.

Ceteris omissis, des. *carmine per parietem descripto studuit posteris memoriam beati martyris fore recuperandam, praestante Domino ... Amen* (= Melloni, p. 506, col. 1 init.).

57. (Fol. 636-639v) Passio S. Proculi ep. et mart. = *BHL.* 6956. Iun. 1.

58. (Fol. 640-643) Inventio SS. Stephani, Benedicti et sociorum (ex perantiquo ms. c. musaei D. Constantini Caietani ...). = *BHL.* 7914. Iun. 1.

59. (Fol. 643v-649) Passio ss. mm. Stephani, Benedicti, Leonis, Donati, Martini, Pauli et Marci. = *BHL.* 7915.

60. (Fol. 650-650v) Vita S. Severi (ex antiquo cod. pergameno apud Montefalcum dioecesis Spoletinae). = *BHL.* 3087, num. 6-9 med. Iun. 1.

Inc. *Quidam vir Severus nomine* — Des. *ab omnibus eius magnitudo pulchritudinis devotissime veneraretur.*

61. (Fol. 652-665) Passio ss. mm. Gratiani (*corr.* Gratiniani) et Felini. = *BHL.* 3633. Iun. 1.

62. (Fol. 669-685v) Passio S. Erasmi ep. et mart. edita a venerabili Gelasio papa II ... = *BHL.* 2584. Iun. 2.

63. (Fol. 686) Ex fine Passionis S. Erasmi ep. et mart. quae incipit " Triumphales victorias et gloriosa certamina „ habetur quod sequitur in ms. cod. eccles. Caietanae. = *BHL.* 2585. Cod. 93.

Locus ex ultima parte desumptus, inde ab: *Plurimorum namque post eius transitum curriculis evolutis...*

64. (Fol. 686-686ᵛ) Miraculum S. Erasmi. = *BHL.* 2586.

65. (Fol. 687-687ᵛ) Passio S. Erasmi ep. et mart. strictim collecta et exarata a Ioanne Tarcagniota doctore ac cive Caietano (ex ms. cod. civitatis Caietanae).

Inc. lect. I. *Erasmus Antiochensis episcopus saeviente Diocletiani in christianos rabie* — Des. lect. III. *quibus multi territi et perempti sunt.*

66. (Fol. 689-690) B. Coni Dianensis Vita. Iun. 3.

Inc. *Conus Dianensis ex nobili familia quanta sanctitate futurus esset, antequam conciperetur in utero, magno prodigio significatum est* — Des. *ac in templo S. Mariae Maioris honorifice conditum anno Domini 1261 miraculis coruscans. Cuius translationis festum celebratur die IIIº mensis iunii.* Cf. *BHL.* 1943.

Quae sequitur (fol. 691-694ᵛ) eiusdem S. Coni Vita, anno 1630 vel paulo post a quodam monacho Cartusiano composita est (cf. fol. 691ᵛ), et quidem, ut videtur, a *D. Severo de Neapoli Cartusiano* (fol. 693ᵛ).

67. (Fol. 695-698) Vita S. Franci (ex ms. pergameno perantiquo illius ecclesiae). = supra [12]. Iun. 5.

68. (Fol. 699-699ᵛ) Vitae et Acta ss. mm. Florentii et sociorum (deprompta ex manuscriptis ab aedituo et custode templi eidem Florentio Perusiae dicati habitis). Iun. 5.

Videtur saeculo XV recentior.

Inc. *Florentius togatus Valeriani Romanae urbis praefecti consiliarius, Decio Romae imperante et in christianos saeviente in eosque crudelitatem exercente, stupefactus non semel illorum constantia animique magnitudine* — Des. *in loco, qui postea Beatae Mariae Virgini dicatus fuisse creditur, honorifico sepulcro condita.* Cf. *BHL.* 3052.

69. (Fol. 701) De S. Claudio ep. et conf. = *BHL.* 1840.

Deest prologus. — Des. *in capsa argentea deforis deaurata a Clodoveo Francorum rege miro opere conflari iussa repositum, miraculis assidue crebrescentibus, requiescit.*

70. (Fol. 703-725ᵛ) Vita ss. patris Gulielmi Vercellensis confessoris ac fundatoris Congregationis Montis Virginis ... (descripta ex vetustissimo codice longobardis litteris exarato qui in eo monasterio [S. Salvatoris de Guleto] asservatur). = *BHL.* 8924. Iun. 7.

Deest altera pars num. 57 (qui des. *digitum sancti viri in aurem suam misit et mox auditum recepit*); desunt et num. 60-65.

Cod. 93.

(Fol. 726-730v) *In festo S. Guilielmi.* Officium, cuius duodecim lectiones praebuit

71. (Fol. 728v-730v) Vita sacraque conversatio sanctissimi patris nostri Guilelmi...

Inc. (sine prol.) ut *BHL.* 8924 — Des. *et mox auditum recepit* (*Act. SS.*, num. 57 med.).

72. (Fol. 731-733v) Vita S. Victorini conf. (reperta in civitate Camerini in ecclesia cathedrali in magno Lectionario appellato ac scripta in cartis membranis fol. X° ...). = *BHL.* 7659. Iun. 8.

73. (Fol. 734-741 et iterum fol. 744-750) Vitae et Gesta SS. Severini et Victorini (ex vetustissimo breviario manuscripto in carta pergamena ... cathedralis ecclesiae S. Severini, quod incendio periisse creditur). = *BHL.* 7664. Iun. 8.

Deest prologus.

Quae sequitur (fol. 751-758v) Vita B. Silvestri conversi monachi olim monasterii Angelorum Florentiae Ord. Camaldulensis, ab Augustino Fortunio composita est.

74. (Fol. 759-791v) Vita B. Ioannis Dominici archiepiscopi Ragusini ac S. Sisti titulo cardinalis... = *BHL.* 4387. Iun. 10.

75. (Fol. 797-799v) Passio S. Barnabae apostoli de graeco in latinum (Pas. ms. Sublac.). = *BHL.* 983. Iun. 11.

76. (Fol. 801) De S. Oliva virgine. = *BHL.* 6328. Iun. 11.

Exscriptae sunt primae dumtaxat sententiae.

77. (Fol. 802-802v) De S. Oliva virgine tantum. = *BHL.* 6327.

78. (Fol. 805-808) Passio S. Cyrini ep. et mart. (ex v. mss. breviario coenobii S. Eugenii non longe a Senarum civitate distantis). = *BHL.* 7035, 7036. Iun. 12.

79. (Fol. 815-824v) Vita B. Antonii de Padua Ord. Fr. Min. (ex ms. cod. Anconit. conventus Fratrum S. Francisci per lect. dist.). = *BHL.* 587. Iun. 13.

Reliquis omissis, des. cum primo capitulo partis II : *pro nobis precator assiste. Amen* (= ed. L. de Kerval, *Sancti Antonii de Padua Vitae duae*, Paris, 1904, p. 57).

Sequitur locus qui in *Dialogo de vitis sanctorum fratrum* (ed. Lemmens, p. 10-11) legitur : *Multa quidem et magna sanctitatis insignia... apostolicae sedis reverentiae destinarent.*

De hoc apographo cf. L. de Kerval, l. c., p. 20-21.

80. (Fol. 825-828v). In translatione S. Antonii de Padua, prout reperitur in sacro conventu Assisii (ex ms. cod. Anconit. conventus Fratrum S. Francisci per lect. dist.).

Ex Vita *BHL.* 592, num. 31 med. - num. 43 med. Inc. *Igitur cum beatus Antonius unctionem devote susciperet, psalmos paenitentiales ipse*

cum fratribus decantavit — Des. *celebrantes magnifice praetaxato die solemnitatem sanctissimi patris nostri Antonii.* Cod. 93.

81. (Fol. 829-834ᵛ) Vita S. Richardi ab. Iun. 14.

Epitome Vitae *BHL.* 7220. — Inc. *Beatus Richardus abbas in finibus Montis Falconis in villa quae dicitur Bantonis* — Des. *extrema valetudine coepit in dies urgeri, tandemque discessit a corpore 18 kal. iulii anno incarnationis dominicae 1046, indictione 14, concurrente secundo, epacta undecima, et migravit ad Dominum, cui gloria... Amen. Cuius sacrum corpus in hoc monasterio honorifice sepultum fuit et in translatione eius corporis de alio in aliud sacellum, quae facta fuit in anno incarnationis dominicae 1238, eius casula et omnia eius vestimenta incorrupta inventa fuerunt.*

82. (Fol. 835-838) Vita B. Richardi abbatis. = Supra [81].

83. (Fol. 843-848) Vita et miracula B. Richardi.

Inc. ut *BHL.* 7220. — Des. *extrema valetudine coepit in dies urgeri, nec ab hoc tamen cessabat a laude Dei. Tandem discessit a corpore, caelo plaudente, terra plangente, postquam abbatiam huius monasterii per 42 annos tenuisset, 18 calendas iulii anno incarnationis dominicae 1046 migravit ad Dominum, cui est laus... Amen.*

Cuius venerabile corpus Richardus huius urbis episcopus lavit et suis indumentis honorifice induit; et ordinatis omnium ecclesiarum processionibus, cum summo honore per omnes ecclesias deportatum fuit ac tandem in monasterio Sancti Vitoni sepultum; cuius idem venerabile corpus anno incarnationis dominicae 1238 translatum fuit ad capellam quandam, quam aedificare fecit, et inventa fuit eius casula incorrupta.

84. (Fol. 857-861) Vita S. Bernardi de Menthone (Haec ex antiquissimo codice deprompta gothicis [longobardicis potius *in marg.*] characteribus conscripto, prout potuit, enucleavit anno a partu Virginis 1626 Ambros. comes de Menthone Sabaudus). = *BHL.* 1242. Iun. 15.

Exscriptum ex apographo de quo infra [85]. Notandum autem est utrumque apographum mendis non paucis inquinatum esse, insuper in apographo [84] nonnulla verba variis in locis omissa esse, quae librarius in exemplari legere nequiverat.

85. (Fol. 863-876ᵛ) Vita S. Bernardi de Menthone (Haec ex antiquissimo codice deprompta gothicis characteribus scripto, prout potuit, enucleavit anno a partu Virginis 1626 Amb. comes). = *BHL.* 1242.

Post num. 12 leguntur ultimae sententiae prologi Vitae *BHL.* 1244 (*Bernardi* (sic), *domini ac fratres mei, ne potius ad interitum... ne fluat in cassum sermo noster*). — Sequitur locus desumptus ex prologo Vitae ineditae, quam repperimus in codice capituli Vercellensis XLVII, fol. 93-98ᵛ (saec. XV) : *Sed quoniam parum fortasse videtur de nominis interpretatione disserere* (hac de re disseruit nempe auctor prologi in

Cod. 93. codice Vercellensi), *ad ea quae per eum divinitus gesta sunt, diverticulum faciamus. Nec expectetis cuncta sancti viri facta nos enarraturos, sed ea quae ad cognitionem nostram ante obitum ipsius et post Dominus operari dignatus est. Alia namque nobis ignota sunt. Verumtamen ad animi vestri consolationem spondemus Azolinum quendam virum prudentem ac in lege Domini meditantem eiusdemque viri germanum ea quae relinquimus declaraturum. Neque propterea despiciamur* (cod. *-mus*), *cum, licet audacius fiat comparatio, Moyses incepit quod non patravit, Iosue patravit quod non incepit. Eduxit enim ille filios Israel de Aegypto, sed non in terram promissionis introduxit; iste vero introduxit, sed ex Aegypto non eduxit. Quocirca per alium prima, per alium extrema beati viri Bernardi facta suscipere ne contemnatis.* — Tum veniunt Vitae ***BHL.*** 1244 num. 2, 4, 5, 6, non tamen ad verbum, ita ut narratio modo brevior sit, modo fusior (des. *gaudebit ab illa peste se liberatum. Quo facto ab illa nequissima peste liberati sunt*). — Subiuncti sunt Vitae ***BHL.*** 1242 num. 13 et 14 usque ad *in aquis et in terra* (***Act. SS.***, p. 1078 et p. 1080, annot. *z*). Deest autem ultima pars num. 14 (*Ego vero Richardus...*). — Tandem paucis verbis narrata sunt alia miracula, quae in marginibus distincta sunt numeris 5-30. En primum : *Ulterius quidam devotus sancti Bernardi, tempestate devoratissima fructus terrarum in regione Lombardica devastante, suos sancti Bernardi remisit custodiae ; qui penitus, aliis sibi vicinis totaliter dissipatis, illaesi et sani remanserunt ;* et ultimum : *Daemonia corpora hominum invadentia fugerunt. Per quae supradicta triginta miracula meritis sancti Bernardi et alio constantia clarius clarificavit et vociferata per sanctum Nicolaum. Sic, o fratres carissimi, pure pangimus, Deo permittente, qui vivit... Amen.*

86. (Fol. 890-899[v]) Passio S. Montani mart. (ex ms. ecclesiae Caietanae). = *BHL.* 6011. Iun. 17.

Deleto ultimo capitulo seu num. 19 (*Post multum vero ... scaturit manna per virtutem domini nostri Iesu Christi, qui etc.*), sic desinit Vita : *Anno ab incarnatione Domini ....* (locus vacuus relictus est, at in margine scriptum *1110*), *indictione tertia, tempore domini Pascalis 2 papae et Egidii Caietani episcopi, revelatum est ubi corpus sancti Montani fuerat humatum ; quod cives Caietani transtulerunt una cum omni populo et clero cum hymnis et laudibus, et cum omni diligentia reposuerunt illud in ecclesia antiqua sub invocatione sanctorum martyrum Quirici et Iulitae, et fodientes in confessione inde sub altari maiori collocaverunt illud ; ex quo tempore eius sacrum corpus incepit scaturire manna ; ubi iugiter suis meritis patrat Deus beneficia omnibus invocantibus eum in veritate.*

87. (Fol. 900-901) Vita B. Marinae virg. = *BHL.* 5528. Iun. 18.

88. (Fol. 941-990) Vita S. Romualdi ab. et conf. = *BHL.* 7324. Iun. 19.

89. (Fol. 994-1014) Vita S. Ioannis Pulsanensis ab. (ex ms. perantiquo codice ecclesiae civitatis Materae). = *BHL.* 4411. Iun. 20.

Des. *et diligenter collocatum a suis filiis honorifice, cum sanctis in gloria perenniter surrecturum. Amen* (*Act. SS.*, num. 58 extr.). Cod. 93.

90. (Fol. 1029-1043) Himnus seu rithmus, in quo continetur Vita B. Ioannis a Mathera, Pulsanensis coenobii abbatis = *BHL.* 4412.

Des. *Quiescit hic in Domino*
in caelis eius anima ;
regnat semper cum angelis
fruens Dei praesentia.
Tu ergo, Dei famule
Ioannes beatissime,
sis memor tuae patriae
tuorumque concivium.
Non adsit hic mortalibus
non pestis non penuria ;
sit procul omne praelium
a civitatis finibus.
Seda, quaeso, discordias
tuis piis precatibus
ortas in tuo populo ;
regnet hic pax perpetua.
Me, precor, tuum famulum
defendas in hoc saeculo.
Ioannes vocor nomine,
Franciscus sum de Blasiis.
In futuro me colloces
ad paradisi gaudia,
ibique fruar Domino
per infinita saecula. Amen

Explicit vita B. Ioannis a Mathera, Pulsanensis coenobii abbatis, in hoc rithmo contencta, excerpta ab eius legenda per me D. Ioannem Franciscum de Blasiis V. I. D. Matheranum ad laudem omnipotentis Dei Beataeque Virginis et S. Ioannis. Amen. Sub die 9 decembris 1604.

Ex quo liquet hoc carmen *BHL.* 4412 exsulare debere a nostra *Bibliotheca*. Conferenti enim hanc clausulam cum ea quae legitur in editis (*Anachoritas Gargānos tuam sectantes regulam ...*) vix dubium esse potest alteram istam ab editore vel alio quopiam monacho esse suppositam.

91. (Fol. 1058-1071, saec. XV) Passio sanctorum decem milium martyrum ac militum crucifixorum = *BHL.* 20b. Iun. 22.

Foliis perditis, des. mutila : *Sanctus Achacius dixit : " Loquere, fili, in nomine domini nostri Iesu Christi securiter talibus stultitiis et mendaciis, quia ea converti et reprobari (oportet).*

92. (Fol. 1072-1083^{v}) Passio SS. decem milium martyrum ac militum crucifixorum. = *BHL.* 20b.

93. (Fol. 1084-1088) Historia de revelatione corporis B. Iohannis Baptistae, quam composuit venerabilis frater Iordanus Vercellensis de Ord. Fratrum Praedicatorum. = *BHL.* 4308. Iun. 24.

Sequuntur duae narrationes, quarum altera ad verbum excerpta est ex Iacobi de Voragine *Chronico Genuensi*, parte XII, cap. 4 (Muratori, *Rer. ital. scr.*, t. IX, col. 46 C D ; inc. *Tempore domini Ottonis Alexandri<ni> archiepiscopi anno 1230 capti fuerunt ...* et des. *et sic libere et totaliter sunt dimissi*) ; altera autem, quam in editis non contigit reperire, forsan desumpta est ex libro IV Nicolai de Porta, *BHL.* 4309 (Inc. prol. *Crescit in augmentum fervoris fides* — Inc. *Currente igitur <anno> 1316, die*

Cód. 93. *paenultima iulii, venerunt quidam et nobiles viri de loco qui nuncupatur Monsdeuic* — Des. *et sic ad propria, divina praeambula gratia, remearunt incolumes).*

94. (Fol. 1091-1099v) Passio S. Phebroniae virg. et mart. Iun. 25.

Inc. prol. interpretis : *In primo parente paradisi felicitate amissa* ... In quo prologo hoc notandum : *Denique Athanasius iunior Neapoleos urbis antistes scripturarum studio apprime eruditus vitam et agonem gloriosae martyris Phebroniae necnon et beati Petri Alexandrinae cathedrae pontificis ex graeco latinis auribus me transferre praecepit* ... — Inc. Passio : *Temporibus igitur Diocletiani imperatoris Anthimus praefectus in funeream corruens valetudinem* — Des. ut *BHL.* 2843.

95. (Fol. 1101-1102v) Vita S. Syri ep. et conf. = *BHL.* 7973. Iun. 29.

CODEX 94 (alias I.g.12.13, olim ✻.i.6)

Chartaceus, foliorum 740 (max. $0^m,285 \times 0^m,210$) in duobus voluminibus compactorum (f. 1-401, 402-740).

Continet collecta a Constantino Caietano Acta sanctorum mensium iulii et augusti. Fol. 1-2v descriptus est index Vitarum.

1. (Fol. 3-8v) Passio ss. mm. et ep. Casti et Secundini = *BHL.* 1650. Iul. 1.

2. (Fol. 8v-9) Sermo de eisdem. = *BHL.* 1651.

Des. *Capita vero martyrum Casti et Secundini in contra reposita sunt, ubi omni anno in illius sollemnitate venerantur, ad laudem* ... *Amen.* Cf. *Act. SS.*, l. c., annot.

3. (Fol. 12-13v, saec. XV) Annotationes quaedam abbreviatae super contentis in gestis et vita laude dignis beati Petri de Lucemburgo, ut facilius per numerum inveniantur. Iul. 2.

Index capitulorum libelli 94[4].

4. (Fol. 13v-36, saec. XV) De vita, virtutibus et obitu gloriosi beati Petri de Lucemburgo et eius gestis devotissimis. = *BHL.* 6718.

5. (Fol. 36-37, saec. XV) Supplicatio illustrissimi principis Karoli sexti Francorum regis pro canonizatione facienda beatissimi Petri praefati.

Act. SS., Iul. t. I, p. 609-10, num. 11, 12.

Sequuntur (fol. 37-42) alia documenta ad processum canonizationis pertinentia, eaque eadem manu descripta.

6. (Fol. 42v-44, saec. XV) Iohannis Marii Philelfi doctoris, militis et poetae laureati regiique consiliarii ad divum Petrum de Lucemburgo carmen.

Inc. *Certa* (*Serta*?) *quanta vides, quanta funalia templo...* Cod. 94.

Sequuntur (fol. 44-45ᵛ) carmina breviora, miracula, oratio, eadem manu exarata. Fol. 46, 47, 73-76 adsunt documenta recentiora de eodem beato. Sed et fol. 49-72ᵛ manu saec. XVII exscripta sunt omnia quae leguntur fol. 12-45ᵛ.

7. (Fol. 78-84ᵛ) Officium B. Iohannis Spoletini abbatis (ex antiphonario de communi ac proprio sanctorum maioris et collegiatae ecclesiae terrae Apicii, quod in dicta ecclesia asservatur ac sub anno millesimo trecentesimo septimo, regnante rege Roberto, scriptum fuisse apparet, praesens copia fideliter, ut iacet, exemplata fuit per me D. Petrum Racioppo ... an. 1613). Iul. 5.

Insunt (fol. 80ᵛ-83ᵛ) lectiones novem de vita. — Inc. prol. *Inter cetera nimirum documenta virtutum, quibus nos instruit vas electionis* — Inc. *Vir Domini sanctissimus Iohannes ab ipso pueritiae suae tempore innocenter vivens* — Des. (mutila) *et orationes eorum exaudiet, et salvos faciet eos.*

Fuit Iohannes ille abbas Sancti Laurentii de Apicio.

8. (Fol. 86-87) Vita S. Severi ep. Caesenatensis et conf. (ex ms. breviario pergameno eius ecclesiae). = *BHL.* 7674. Iul. 6.

Inc. ab extrema lect. II (*Ad ea quae de sancto Severo episcopo vel vetustate narrante audivimus...*) — Des. in media lect. IX (*et benedicentes Deum et beatum Severum servum eius laeti et alacres remearunt*). Et adnotatum est: " Cetera desiderantur eo loci „.

9. (Fol. 98-103ᵛ) De B. Fortunati Fanensis ep. vita tractatus editus a Ioanne Nonantulano (et excerptus ex codice pergameno cathedralis ecclesiae Fanensis, pag. 272, columna 3ª). = *BHL.* 3085. Iul. 8.

10. (Fol. 105-106) Vita S. Fortunati conf. = *BHL.* 3087.

Omissa ultima paragrapho, des. *Cuius natalis celebratur kal. iunii, regnante Domino... Amen* (cf. *Act. SS.*, annot. *l.*).

11. (Fol. 112-117) Vita S. Petri ab. et conf. = *BHL.* 6765.

Inc. *Temporibus imperatoris secundi scilicet Ottonis fuit vir quidam egregiae venerabilisque vitae...*

Ceterum in *BHL.*, p. 983, legendum est: *Temporibus Ottonis II*, pro quo perperam positum est: *T. Ottonis III.*

12. (Fol. 118-123ᵛ) Vita S. Petri abbatis primi coenobii S. Petri apostolorum principis, Perusinae civitatis... = *BHL.* 6765. Iul. 10.

Inc. ut supra [11].

13. (Fol. 126-131ᵛ) Vita S. Eugenii ep. et conf. (ex manu scripto breviario perantiquo aequivoci coenobii non procul ab urbe Senarum distantis). = *BHL.* 2680, 2681. Iul. 13.

14. (Fol. 173-181ᵛ) Vita S. Athanasii ep. et conf. = *BHL.* 735. Iul. 15.

15. (Fol. 183-184ᵛ, 189-190) Vita S. Marcellinae virg. (ex ms.

Cod. 94. perantiquo codice bibliothecae canonicorum bibliothecae S. Petri de Urbe). = *BHL.* 5223 (cod. archivi S. Petri A. 4[38]). Iul. 17.

16. (Fol. 185-188) Actus et Vita bb. virg. Marcellinae (ex Mombritio). = *BHL.* 5223. Iul. 17.

17. (Fol. 191-192[v]) Vita S. Marcellinae virg. (ex ms. perantiquo *etc. ut ad* [15]). = *BHL.* 5223. Iul. 17.

Fol. 190-190[v] et 193 exscriptum est epitaphium S. Marcellinae (***Marcellina, tuos cum vita resolveret artus...***)

18. (Fol. 195-200) Vitae historia S. Rophili ep. Popiliensis et conf. dicta in die illius festo. = *BHL.* 7283. Iul. 18.

19. (Fol. 201) De S. Rophilo ep.

Petrus de Natalibus, VI. 114.

20. (Fol. 202-209[v]) Vita S. Rophili ep. Populiensis. = *BHL.* 7283. Iul. 18.

21. (Fol. 211-215) Vita SS. Praxedis et Pudentianae (ex libro ms. Sanctae Mariae Maioris).

Pars prior Vitae de qua ad cod. S. Mariae Maioris B[9]. Omissus est prologus. — Des. haec pars : ***Hic fecit ordinationes... episcopos per diversa loca XII.*** — Locus qui fol. 213 praetermissus erat, postea fol. 217-217[v] suppletus est.

22. (Fol. 216-217) <De S. Pudentiana et Praxede> (ex ms. bibliothecae Sanctae Mariae in Vallicella).

Pars altera eiusdem Vitae, quae et in codice S. Mariae Maioris B[9] et in codice Vallicellano H. 6[18] legitur.

Inc. ***Factum est autem post annos duos ut ex acclamationibus atque seditionibus vulgi...***

23. (Fol. 217[v]-218[v]) Vita S. Pudentianae virg. = *BHL.* 6991.

24. (Fol. 219-220) Vita S. Praxedis virg.

Inc. ***Ad venerabilem virginem Praxedem propter germanae suae Pudentianae obitum multi nobiles christiani veniebant eamque consolabantur. Cum sancto Pio episcopo veniebat quoque ad eam germanus Novatus, qui est frater noster in Domino*** — Des. ut *BHL.* 6989.

25. (Fol. 220-222[v]) SS. virginum Romanarum Pudentianae et Praxedis. = *BHL.* 6990, 6989.

Pars 6989 ita inc. : ***Pastor presbyter Timotheo compresbytero in Domino salutem. Virgo venerabilis Praxedis habitavit in titulo supradicto...***

26. (Fol. 225-226) De S. Praxede virg. et mart. (c. m. Sublac.). = *BHL.* 6920. Iul. 21.

27. (Fol. 227-229) Vita S. Mariae Magdalenae. = *BHL.* 5450. Iul. 22.

Deest prologus.

28. (Fol. 229[v]-230[v]) Translatio S. Mariae Magdalenae. = *BHL.* 5490.

29. (Fol. 233-235ᵛ) Legenda S. Iustae virg. et mart. atque S. Felicis et Iustini Florentiique martires (extracta ex proprio suo originali). = *BHL.* 4586. Iul. 24/25. Cod. 94.

30. (Fol. 235ᵛ-237) De inventione corporum SS. Iustini, Felicis, Florentiae, Iustae et Umbrasiae. = *BHL.* 4587.

31. (Fol. 241-245ᵛ) S. Simeonis monachi vita compendio collecta. Iul. 26.

Epitome, quae non videtur antiqua, narrationum *BHL.* 7952, 7953. — Inc. *In partibus Armeniae ex magistro militum natus Simeon, transacta adolescentia* — Des. *rogansque per merita sancti Simeonis salutem est consecutus.*

32. (Fol. 246-251ᵛ) Vita B. Ugonis de Saxoferrato (*corr.* de Serra S. Quirici). Iul. 26.

Est haec Vita B. Hugonis monachi Silvestrini saec. XIII, multo tempore post ipsius mortem conscripta. Inc. prol. *In sanctorum laudibus beatorumve laudibus eorumque praedicare praeconia sacra insistere admonet pagina* — Inc. *Ugo quippe beatissimus de oppido Serre Sancti Quirici extitit oriundus* — Des. *et supra altare posito munere, cum gaudio remearunt ad propria.*

33. (Fol. 252-257ᵛ) Natale S. Symeonis. Iul. 28.

Inc. prol. *Insigne et gloriosum miraculum factum est in diebus nostris. Placuit autem Deo ut per me peccatorem et minimum discipulum domini Simeonis Antonium haec scriberentur* — Inc. *Sanctissimus itaque ac beatissimus Simeon cum adhuc parvulus esset aetate, erat pascens oves patri suo* — Des. *Tantae autem sanitates Dei gratia et eius meritis ibi fiunt, plures quam fiebant in vita sua. Ego autem, fratres, minimus omnium Antonius, pauca ex multis eius acta, quae oculis meis vidi, prout capere potui, adiuvante Domino, scripsi, ipso auxiliante... Amen.* Cf. *BHL.* 7956-7958.

34. (Fol. 259-264) Passio ss. virg. et mart. Florae et Lucillae (ex tomo secundo operum B. Petri Damiani). = *BHL.* 5018, 5019. Iul. 29.

Cum additamento " *Monasterium... Amen* „ (*P.L.*, t. CXLIV, col. 1032).

35. (Fol. 266-273) Passio ss. virg. et mart. Florae et Lucillae. = *BHL.* 5018, 5019. Iul. 29.

Cum eodem additamento.

36. (Fol. 274-286ᵛ) Passio ss. virg. et mart. Florae et Lucillae atque Eugegii regis. Iul. 29.

Passio et translatio. — Inc. *Igitur post salutiferam domini nostri Iesu Christi passionem primus contra ipsius nominis sectatores nequissimus Nero persecutionem exorsus, Petrum et Paulum* — Des. *multa tamen adhuc miracula faciunt circa febres et infirmitates, si quis earum patrocinium imploraverit. Amen.*

Cod. 94.

37. (Fol. 288-290v) De S. Martha (ex ms. cod. Anconitano conventus Fratrum S. Francisci per lect. dist.). = *BHL.* 5548. Iul. 29.

38. (Fol. 296-298v) Vita S. Iustae de civitate Sipontina. = *BHL.* 4586. Aug. 1.

Omissis primis sententiis, inc.: *Tres Germani fratres qui habitabant in civitate Sipontina, quorum nomina sunt* — Des. *in villa Offidiae, etc.*

39. (Fol. 300-307v) Vita S. Iustae de civitate Sepontina. = *BHL.* 4586.

Inc. ut supra [38] — Des. *in villa Offidiae.*

40. (Fol. 309-348) De indulgentia B. Virginis de Portiuncula (ex ms. cod. Anconit. conventus Fratrum S. Francisci). = *BHL.* 3136o, 3136 p. Aug. 2.

41. (Fol. 353-366) Vita S. Petri conf. et ep. Anagnini auctore S. Brunone ep. Signiensi (ex mendoso ms. c. perant. ecclesiae Anagninae). = *BHL.* 6699. Aug. 3.

42. (Fol. 367-370) In festo nivis (ex ms. cod. Anconit. conventus Fratrum S. Francisci per lect. dist.). = *BHL.* 5403. Aug. 4.

Deest prologus.

43. (Fol. 371v-372) Alia Vita S. Emigdii.

Petrus de Natalibus, VII, 24.

44. (Fol. 374-381v) Passio S. Emygdii mart. urbis Asculanae ep. = *BHL.* 2535. Aug. 5.

Sequitur epitaphium constans tribus distichis.

Inc. *Vir iacet hic carus meritis et nomine clarus...*
Des. *Det Deus aetherea floreat in patria.*

45. (Fol. 389-401) Passio ss. mm. Secundiani, Viriani et Marcelliani. = *BHL.* 7550. Aug. 8.

46. (Fol. 408-410) Vita S. Rufini (secundum lectionarium primum antiquum sacristiae S. Zenonis Pistorii, folio 63). = *BHL.* 7360. Aug. 11.

Des. *et orationibus iubilare. Tu autem Domine.*

47. (Fol. 410v-412v) Vita S. Baronti (in primo lectionario sacristiae S. Zenonis, folio 82). = *BHL.* 996.

48. (Fol. 414-418, saec. XV) Vita S. Porcarii ab. et sociorum eius martyrum. Aug. 12.

Inc. *Postquam Karolus vero Magnus in sancta ac venerabili senectute migraverat ab hac vita...* (= *BHL.* 3976, pars ultima). Folia 414-423 umore adeo corrupta sunt, ut multa vix legi possint; scripta erant in iis praeter hanc Vitam officium liturgicum S. Honorati ep. Arelatensis aliaque minoris momenti.

49. (Fol. 424-426v) Passio SS. Gratiliani et Felicissimae. = *BHL.* 3630. Aug. 12.

50. (Fol. 428-451) Legenda S. Clarae virg. (ex ms. cod. Anconit. conventus Fratrum S. Francisci per lect. dist.).= *BHL.* 1815. Aug. 12. Cod. 94.

Inc. *Quasi veterani...*

Sequuntur (fol. 451-452), nullo interposito lemmate, quaedam miracula non magni momenti, quae inc. *Civis Eugubinus, nomine Iacobus de Franco, puerum quinquennem habens, qui debilis pedibus numquam ambulaverat...* et des. *Post modicum ergo sanata de scrophulis, de alia infirmitate migravit.*

51. (Fol. 453-455v) In festo translationis S. Clarae, approbatus per dominum Alexandrum papam IIII (ex cod. ms. per lect. dist.). = *BHL.* 1817 b, 1817 d.

Sequitur : *Cuius privilegii tenor talis est,* atque exscriptae sunt litterae Alexandri IV : *Cum in vigilia festi* (Potthast, *Regesta,* 17942).

52. (Fol. 460-466v) Passio S. Cassiani ep. Brixinensis. Aug. 13.

Inc. prol. *Caelestis gloriae patriam primus homo initio praevaricationis amittens* — Inc. *Fuit igitur beatus Cassianus spectabilis genere, sanctitate insignis* — Des. *ut Deus precibus sancti Cassiani et in praesenti merita augeat et in futuro praemia concedat, quod ipse nobis praestare dignetur... Amen.*

53. (Fol. 466v-469) <Passio S. Cassiani ep. Brixinensis>. Aug. 13.

Prologus. *Gloriosa Christi athletae Cassiani certamina et ipsius praedicanda trophaea veridica divulgabat historia, quam libris digni memoria tradidit diligentia. Ceterum ita est cingulo brevitatis succincta, quatenus his, qui erga tam insignem triumphatorem ad laudes debitas persolvendas largo desiderio flagrant, idonee non sufficiat. Talium ergo quorundam precibus invitati ea quae de ipso sunt a maioribus litteris tradita novo stilo nihilominus prosequi dignum duximus; quibus quoque quaedam inserimus, quae quidem aliquid ad gaudia tantae festivitatis adiciant ac legentium desiderio copiosius satisfaciant.*

Inc. *Igitur Cassianus semper memorandus ac digna memoria recolendus, tempore quo truculenta paganorum persecutio* — Des. *quatenus in electorum numero, Christo propitio, deputentur. Passus est autem beatissimus Cassianus Christi martyr in urbe Corneliensi die id. aug., regnante... Amen.*

54. (Fol. 469-469v) Miraculum B. Germani Altissiodorensis ep. de admirabili allocutione cum B. Cassiano antistite.

Locus ex Vita S. Germani *BHL.* 3454, scil. num. 64, omisso initio (inc. *Territorium sane Augustodunense...*).

55. (Fol. 469v-470v) <Passio S. Cassiani>. = *BHL.* 1625.

56. (Fol. 470v-471v) <Passio S. Cassiani>. = *BHL.* 1626.

Fol. 460-471v ab uno librario conscripta sunt, qui adnotavit fol. 472 : " Hanc gloriosi martyris atque pontificis Cassiani Vitam bis (diverso tamen

Cod. 94.

„ stilo) e carta pergamena et pervetusto manuscripto codice bona fide „ descriptam cum ipsomet autographo denuo contulimus, neque mendum „ aliud reperimus quam quod codex ipse vetustate nonnihil obliteratus „ uno vel altero loco lectionem minus perspicuam reddat. Brixine die „ XIII februarii anno dominicae inc. 1609. Simon Feurstain episcopus „ Bellinensis suffraganeus et praepositus Brixinensis „.

Vitas duas, quas testatur episcopus ex " pervetusto „ codice descriptas, 94^{55} et 94^{56} esse potius quam 94^{52} et 94^{53} libenter crediderim. Hae enim recentiores videntur. Cf. prologum Vitae 94^{53}; de Vita autem 94^{52} satis erit exscripsisse hos locos (f. 463). *Nunc autem restat ostendere testimonia quorundam virorum illustrium, qui beati Cassiani praeconia describunt et merita sanctitatis attollunt, qui quidem sunt Prudentius, Petrus Chrysologus, Usuardus monachus et Petrus Damianus...*; (f. 464) *Usuardus quoque monachus regis Caroli capellanus, qui floruit circa A. D. 700, de beato Cassiano in suo martyrologio tale testimonium profert, dicens...*

Fol. 476-506^{v} eadem documenta rursus comparent, ita scilicet:

F. 476 lemma: *Gloriosa martyris atque pontificis Cassiani Vita ex antiquissimo manuscripto codice descripta. Anno Domini 1609.*

Fol. 477-493^{v}: Passio 94^{52}.

Fol. 494-500: Passio 94^{53}.

Fol. 500-501: Miraculum 94^{54}.

Fol. 501^{v}-504: Passio 94^{55}.

Fol. 504-506: Passio 94^{56}.

Fol. 506-506^{v}: Attestatio Simonis Feurstain, apposito eiusdem sigillo.

Fol. 509-522 alia manu scripta sunt lectiones et officium S. Cassiani recenti tempore composita.

57. (Fol. 555-564) Vita S. Vuigberti conf. Fritzlariensis (ex ms. cod. bibliothecae Moguntinae Soc. Iesu). = *BHL.* 8879.

Exscripta est ex editione Busaei.

58. (Fol. 592-600) Tractatus de vita laudabili felicis archipraesulis B. Rainaldi per me editus fratrem Nicolaum de Arimino Ord. Min. sacrae theologiae humilem professorem anno Domini MCCCCXIV. = *BHL.* 7081. Aug. 18.

Sequuntur (fol. 600) *Sermones praedicabiles de B. Raynaldo*, de quibus *Act. SS.*, Aug. t. III, p. 690, num. 8, 9.

Inc. prol. *Beatissimi pontificis Raynaldi triplicem considero statum...*

(Fol. 600-605) Inc. Primus sermo. *Psalm. 46°. Elegit nobis hereditatem suam. Carissimi in Christo dilecti, beatus Bernardus doctor devotissimus cum ageret de cura clericorum* — Des. *quam nobis concedat Iesus Christus Mariae filius. Amen.*

(Fol. 605-609) Inc. Secundus sermo. *Erat enim sacerdos Dei altissimi. Gen. 14. Carissimi in Christo dilecti, antiquus doctor egregius sollemnisque scripturarum et morum indagator Origenes* — Des. ut sermo 1^{us}.

(Fol. 609-614) Inc. Tertius sermo. *Pontifex ex hominibus assumptus...* Cod. 94.
Ad Hebr. 4. Carissimi, gloriosus doctor Ambrosius volens ostendere — Des. *a quo omne datum optimum et omne donum perfectum est, cui laus... Amen.*

59. (Fol. 647-653v) Passio S. Magni ep. et mart. (ex vetustissimo ms. c. bibliothecae sacri coenobii Casinensis). = *BHL.* 5167. Aug. 19.

60. (Fol. 657-658) Passio S. Ephysii mart. Aug. 20.

Narratio excerpta ex *BHL.* 2567.

Inc. *Tempore autem illo erat quaedam femina, nomine Alexandria* (= *BHL.* 2567, c. 3) — Des. *has barbaras gentes subvertet, ut per illud feliciter vincam* (= ibid., c. 9 med.). *Martyrizatus est autem beatissimus Christi martyr Ephisus XVIII kal. februarii apud Callaritanam civitatem... Cuius passionem ego presbyter Marcus, dum a principio... Amen* (= ibid., c. 38).

Passiones **60** et **61** exscriptas crediderim ex codice Vallicellano H. 3 [26-27].

61. (Fol. 658-658v) Passio S. Potiti mart. Aug. 20.

Inc. *Temporibus Antonini imperatoris fuit in civitate Sardica quidam puer christianissimus, nomine Potitus, in quo ab infantia spiritus Domini habitabat* — Des. *et fecerunt planctum magnum. Martyrizatus est autem beatus Potitus die iduum ianuarii, cum esset terdecim annorum. Cuius venerabile corpus in Sardiniam postea deportatum est et in loco eodem, ubi corpus beati Ephesi humatum fuit, honestae traditum est sepulturae. Sed post[ea] multorum annorum curricula, videlicet anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi 1088, pretiosa istorum sanctorum corpora, scilicet Ephisi et Potiti, Pisas cum magna reverentia sunt translata et cum celebri frequentia cleri et populi, cum imnis et laudibus in basilica sanctae Dei genitricis semperque virginis Mariae XIII° kal. septembris decentissime sunt coll<oc>ata, ubi per merita eorum multa omnipotens Deus miracula operatur. Agitur autem festivitas horum martyrum et conventus civium idibus novembris, ad laudem... Amen.*

Fol. 663-664v descripti sunt loci desumpti tum " ex Vita S. Paterni confessoris [immo martyris Fundani, aug. 21] quae incipit : *Vigilare siquidem omni nisu* „ tum " ex adictione ad Vitam S. Honorati abbatis „ [Fundani; cf. cod. Vallicellanum H. 48[3]].

Inter. fol. 663-664 inserta sunt duo folia minora, nullo numero notata, in quibus legitur

62. (Fol. 663A-663Bv) Legenda S. Paterni. Aug. 21.

Inc. *Sanctus Paternus Alexandrino genere ortus, in pueritia sua Deum timens, Christi imitator* — Des. *Eadem autem hora beatus Paternus confessor et martyr migravit ad Dominum sub XII° kal. septembrium, ad laudem...*

63. (Fol. 665-668) Vita S. Andreae conf. de Scotia (ex pervetusto

Cod. 94. ms. codice S. Martini ad flumen Mensulae et Fesularum civitatem). = *BHL.* 447. Aug. 22.

Des. *Cumque fratres in oratione simul adessent, videntibus cunctis, splendor nimius e caelo veniens circumdedit eum ; et tunc Dei famulus Deo reddidit spiritum cum eo perenniter regnaturus. Sepultus est autem sanctus Christi confessor et Dei gloriosus Andreas in ecclesia iuxta Melsulam sita ; ubi florent eius merita usque in hodiernum diem, ad laudem... Amen.*

64. (Fol. 699-706v) Passio S. Aureae virg. Romanae (ex ms. cod. coenobii Faënt. S. Mariae de Angelis, nunc Vaticanae bibliothecae, et comp(le)ta ex ms. S. Caeciliae trans Tiber., multis licet verbis ad ea discrepet). = *BHL.* 808, 809. Aug. 24.

65. (Fol. 709-713) Sermo Leonis presb. de beatissima virgine Patricia. = *BHL.* 6484, 6485. Aug. 25.

Post prologum tamen (... *quam verba protulimus*) Vita sic inc. *Patricia itaque illustris virgo ex imperiali progenie orta ...* ; paulo post venit locus : ..... *una cum nutrice sua Aglae. Constantinus, qui Constans est appellatus, eodem tempore Constantinopolitanum regebat imperium...*

Sequitur (f. 713-713v) rude carmen de eadem, quod

inc. *Parthenopensis aedes, salve, Namplesque beata*
sagaci merito, Parthenopensis aedes...
et des. *Consiliatique sunt ocius Romam properarent,*
ut sui aedes orent consiliati sunt.

66. (Fol. 715-718) De translatione S. Bartholomaei apost. (ex ms. Casin. monasterii). = *BHL.* 1005. Aug. 25.

67. (Fol. 718-718v) Translatio eiusdem apostoli a Lypari Beneventum. = *BHL.* 1007.

68. (Fol. 719-724v) Vita S. Severi ac beatissimi confessoris Christi atque abbatis (ex ms. veteri[s] ecclesiae Agathensis). = *BHL.* 7670. Aug. 25.

69. (Fol. 727-728v) Vita et miracula B. Iohannis. = *BHL.* 4369. Aug. 26.

70. (Fol. 733-735v) Passio SS. Rufi et Carponii (ex ms. long. ecclesiae Atinensis per lec. dist.). = *BHL.* 7378. Aug. 27.

Ultimis sententiis omissis, des. *Tunc, Deo faciente, obdormierunt custodes, et venientes christiani nocte, illis dormientibus, rapuerunt corpora eorum et condierunt aromatibus pretiosis et reposuerunt ea cum summo honore et gaudio in praefata crypta sub die kalendarum septembrium, in hymnis et canticis conlaudantes dominum nostrum Iesum Christum, cui est... Amen.*

71. (Fol. 737-738) Vita B. Margaritae Septempedanae. Aug. 27.

De qua *Act. SS.*, Aug. t. II, p. 120, num. 20 : " Baronius.. „ — Inc. *Mar-*

garita Septempedi, quod nunc Sanseverinum vocatur, ignobilibus et egenis parentibus orta, a teneris annis pietatis, misericordiae et caritatis studiosa semper fuit — Des. *Calcei vero vasis vitreis inclusi extant adhuc magnaque omnium admiratione illuc confluentium co<n>spiciunt<ur>. Deo gratias. Dormivit in Domino die 3* (immo 5) *augusti anno 1395.* Cod. 94.

CODEX 95 (ALIAS I.h.1-3, OLIM ✻.i.7)

Chartaceus, foliorum 1177 (max. 0m,315 × 0,215) in tribus voluminibus compactorum (f. 1-357, 358-743, 744-1177). Sunt haec Acta sanctorum mensium septembris et octobris a Constantino Caietano collecta. Fol. 1-2 descriptus est index Vitarum.

1. (Fol. 3-6) Passio S. Terentiani ep. (ex ms. ecclesiae Atinensis long.). = *BHL.* 8003. Sept. 1.

Inc. (post prol.). *Revertente Adriano imperatore...*

2. (Fol. 7-8) De S. Regulo archiepiscopo Africano et martyre. = *BHL.* 7102. Sept. 1.

Deest prologus. — Des. *vota solventes beneficia multi suscipiunt. Passus et sepultus est kalendarum die septembris. Cuius honorifice celebrandam festivitatem multi invalidi expectant eius beneficia, ut valentes fiant, regnante Domino... Amen* (*Act. SS.*, num. 27 extr.). Cf. supra, p. 73[44].

3. (Fol. 8-8v) Sermo de translatione corporis B. Reguli archiep. et mart. in Lucanam civitatem. = *BHL.* 7103.

Des. *Regulus antistes, sibi qui caput ense peremptum*
portavit binis Christo stadiis faciente.
Huius igitur sollemnitatem omnes cum summa devotione celebremus... Amen.

4. (Fol. 9-10) Passio S. Reguli ep. et mart. (ms. Vatic. per lect. dist.). = *BHL.* 7102. Sept. 1.

Adest prologus — Des ut supra [2] (var. lect.: *kalendis septembribus. Cuius honorifice est celebranda festivitas. Multi... fiant, praestante...*).

5. (Fol. 13-20) Vita sanctissimi confessoris et sacerdotis Aegidii abbatis et protectoris huius ecclesiae de Ristonchis prope castrum de Pelago dioc. Fesul. (ex pergameno ms. perant. cod. coenobii Vallimbros.). = *BHL.* 95. Sept. 1.

In hoc cod. ita : ... *Exstitit namque indigena Agatensis...*

6. (Fol. 21-22v) Vita S. Cosmae eremitae et conf. (ex veteri ms. codice sacrarii S. Georgii Maioris Venetiarum). = *BHL.* 1981. Sept. 2.

Des. *Caput vero ipsius aliquantum fractum, in eius corpore reclusum*

Cod. 95.

est, ut diligenter contuentibus patet. Nam caput sibi appositum sancti Felicis confessoris est.

7. (Fol. 25-25ᵛ) Natale S. Octaviani conf. (ms. Vatic. per lect. 8 dist.). = *BHL.* 6257. Sept. 2.

Omissa ultima parte, des. apographum : *ut ait apostolus : " Per quem mihi mundus* |

8. (Fol. 27-31ᵛ) Passio S. Zenonis et filiorum eius (ex ms. ecclesiae Atinensis long. per lect. dist.). = *BHL.* 8998. Sept. 2.

9. (Fol. 33-39ᵛ) Passio S. Antonini. = *BHL.* 572, 573. Sept. 2.

Des. *ubi florent sanctitatis beneficia usque in praesentem diem. Et non solum ibi, verum etiam ubicumque fideliter postulatus fuerit, nullus inveniri poterit qui, iuvante Christo sanctoque suffragante Antonino, non continuo liberetur. Denique alii viri christiani cum magna diligentia quaesierunt corpus et unde sepultum fuerat ex aqua auferentes cum digna veneratione in civitate Frigdiliense honorifice deportantes sepulturae tradiderunt cum Almachio et Ioanne presbytero. Ubi simul sanctorum corpora collocantur, ibi ecclesiam magnam fabricaverunt ad honorem beati Antonini martyris; ubi permanet sanctitatis eius gloria usque in praesentem diem. Cuius sanctum corpus divisim sepultum veneratur in terris, eius anima ab angelis suscepta cum Christo laetatur in caelis. Passus est autem... Amen.*

10. (Fol. 47-50ᵛ) Passio B. Aygulphi mart. et abbatis Lerinensis cum tribus monachis sociis. = *BHL.* 193. Sept. 3.

11. (Fol. 448-513ᵛ) Historia Dei genitricis virginis Mariae a viro religioso antiquo anonymo ex sententiis sanctorum patrum desumpta. Sept. 8.

Inc. prol. *Quoniam de gestis beatissimae virginis Dei genitricis admodum pauca in evangelica reperiuntur historia, quaedam vero antiqua scripta, quae originem eius ac vitam et assumptionem cum quibusdam miraculis historico modo describere videntur, olim a sanctis patribus repudiata leguntur, parvitati meae satis utile visum est* — Inc. *Siquidem* [immo *Si Deum*] *ore prophetico iubemur in sanctis suis laudare, multo magis in memoria beatae virginis matris eius oportet nos dignis Deo praeconiis iubilare* ... Cf. *Anal. Boll.*, t. XX, p. 373, cod. 355².

Foliis perditis, deest altera pars operis inde a capitulo : *Qualiter invenit eum in medio doctorum.*

12. (Fol. 514-517ᵛ) Passio SS. Gorgonii et Dorothei (ex ms. long. ecclesiae Atinensis per lect. dist.). = *BHL.* 3617. Sept. 9.

13. (Fol. 552-552ᵛ) De S. Salvio ep. et conf. Sept. 10.

Gregorius Turonensis, *Hist. Franc.*, l. VII, pars prior cap. I, omissa priore sententia. — Inc. *Hic enim, ut ipse referre solitus erat, olim in habitu saeculari commoratus* — Des. *in quo omne pavimentum erat quasi argentum aurumque renitens.*

14. (Fol. 554-556) De S. Eulalio ex Vita S. Fulgentii Ruspensis episcopi (ex *BHL.* 3208). Sept. 11. Cod. 95.

15. (Fol. 557ᵛ-568) Vita S. Bassiani Syracusani, Laudensis antistitis et conf. (ex Mombritio). = *BHL.* 1040.

16. (Fol. 570-577) Legenda S. Othonis. = *BHL.* 6390. Sept. 13.

17. (Fol. 578-579ᵛ) Vita S. Venerii eremitae. Sept. 13.

Pauci loci excerpti ex *BHL.* 8532.

18. (Fol. 585-586ᵛ) De exaltatione sanctae crucis (ex ms. biblioth. Vatic. sign. num. 1269). = *BHL.* 4178. Sept. 14.

19. (Fol. 587-590) In festo exaltationis sanctae crucis (ex ms. cod. Anconitano conventus Fratrum S. Francisci per lect. dist.). = *BHL.* 4178. Sept. 14.

Des. *percipiensque miraculorum eius plurima incrementa. Atque decretum statuit omnibus episcopis ... ut dies relationis sanctae crucis ... celebretur. Sed et procurrentibus annis, Leone Romanis imperante apud urbem Romam, Sergius beatissimus papa in sacrario beati Petri apostoli capsam argenteam in angulo obscurissimo iacentem ... reperit. Oratione itaque facta sigillum expressum abstulit ...* Porro reperta illa particula sanctae crucis *in basilica Sancti Salvatoris, quae appellatur Constantiniana, osculatur et adoratur, donante Domino... Amen.*

20. (Fol. 592) <Lectiones de S. Placido m. discipulo S. Benedicti>.

Excerptae ex Vita *BHL.* 6863, num. 19-32. Incipit apographum a media lectione quinta.

21. (Fol. 592ᵛ-593ᵛ, 591-591ᵛ). Miracula sanctae crucis (ex ms. cod. cathedr. Fundanae). Sept. 14.

Sunt lectiones novem. — Inc. *Tempore Innocentii secundi papae quidam puer in Fundana civitate, Leo nomine, cum iuxta fontem sederet, invasit eum daemon ....* Narratur sanatio 1° pueri energumeni (lect. 1-5), 2° mulieris energumenae (lect. 6-8), 3° meretricis aegrotae (lect. 9). — Reliquis omissis, desinit lect. 9 in media pagina : *apparuit dicens : " O nobilis puella, vade et dic meretrici Adelinae, quae per virtutem sanctae crucis, quae in Fundano permanet loco, sana effecta est ; et si non <vult?> cito surgere tuae vocis ad sonitum, dic illi quod dissimulat etc.*

Unus locus videtur edendus (ex lectione 4, fol. 593) : *At vero laude celebri peracta, tunc nobilissimus comes, Leo Infans nomine, cuius sensu et prudentia tota illustrabatur Italia, dum esset fide devotus, pietate plenus, orator facundissimus, coram omnibus ante venerabilem prosternens se crucem, Deum pro peccatis oravit suis, ingentia auri et argenti ac possessionum beato Petro apostolo obtulit dona, in cuius ecclesia ipsa permanebat crux, et ut ei beatus Petrus apostolus aptam in caelo praepararet domum, iste nobilissimus comes Leo ecclesiam illius a fundamento postea renovavit et decoravit, hereditatibus ampliavit...*

Cod. 95.

22. (Fol. 591v, 594-594v) <Translatio et miracula sanctorum quorum corpora iacent in territorio Fundano>.

Narratur translatio SS. Honorati, Paterni et Libertini ex vicina ecclesia Sancti Magni in Fundanam civitatem anno 1215 peracta. Est vero hoc fragmentum, idque mutilum, ex libello de S. Honorato abbate Fundano, qui libellus integer exscriptus est in codice Vallicellano H. 48[8].

Incipit fragmentum abrupte, nullo lemmate praefixo, in media pagina 591v: *Et quoniam de eorum patientia moribus et sanctitate ex relatione sanctissimi Gregorii papae* — Foliis perditis, des. mutilum: *nisi Iaquintus filius Marini Canoselli, qui paralyticus erat, et Ioannes Nero, qui a gutta* |

23. (Fol. 595-596) Passio B. Cypriani ep. Carthaginiensis per Paulum diaconum edita. = *BHL.* 2042. Sept. 14.

24. (Fol. 599-602) Passio S. Euperiae virg. et mart. (ex ms. ecclesiae Caietanae). = *BHL.* 2732. Sept. 16.

3. (Fol. 790v-801v) De S. Caprasio excerpta ex Vita S. Patris Honorati per B. Caesarium episcopum edita.

Loci exscripti ex *BHL.* 3976.

4. (Fol. 801v-803) De S. Venantio fratre S. Honorati. = *BHL.* 8520.

5. (Fol. 804-816v) De S. P. N. Honorato primo abbate Lerinensi et episcopo Arelatensi. Sermo S. Hilarii episcopi Arelatensis et monachi Lyrinensis. = *BHL.* 3975.

6. (Fol. 817-818) De S. Porcario ab. Lerinensi et martyre cum sociis. = *BHL.* 6901.

7. (Fol. 818v-822) Item de S. Porcario et sociis ex quodam vetustissimo codice Lerinensi manu scripto in membranis. = *BHL.* 3976 pars ultima (" Vita S. Porcarii „).

8. (Fol. 822v-824v, 825-828) De S. Hilario ep. Arelatensi et discipulo S. P. Honorati.

Inc. prol. *Relaturus aliqua de sanctissima vita et conversatione mundis-*

sima beati Hilarii ... plurima librorum volumina revolvi, et pauca ... sub brevi compendio redigere conatus sum — Inc. *Hic igitur beatissimus Hilarius regali exortus prosapia et gloriosi beati patris nostri Honorati propinquus genere* — Des. *ita eius continuis precibus muniamur in terris ... et, qua fruitur gloria, perfruamur, per Dominum ... Amen.* Cod. 102.

9. (Fol. 828v-829v, 824*bis*-824*bis*v) De S. Lupo ep. Trecensi et monacho Lerinensi. = *BHL.* 5087.

Des. *migravit ad Dominum. Obiit autem in pace IV kal. aug. in urbe qua digna fuerat sede sublimatus et gloria, adiuvante Domino ... Amen.*

10. (Fol. 830-831v) De S. Siffredo ep. Vendacensi et monacho Lerinensi. = *BHL.* 7703.

Passio S. Aygulfi, quae ultimo loco recensetur in indice Vitarum descripto fol. 787, ab amanuensi non est exscripta.

CODEX 120 (alias I.e.3, olim ✻.K.18, tum A.c.6)

Membraneus, foliorum 251 (0m,265 × 0,175), paginis bipartitis exaratus variis manibus saec. XIV. Sequuntur folia quaedam 252-259 (0m,24 × 0,17) et 260-264 (0m,265 × 0,175) exarata saec. XIII.

Fol. 1 scriptum est saec. XVII : *Ex dono R. P. D. Petri Francisci de Rubeis.*

1. (Fol. 1-81) Vita gloriosi martyris Thomae.

Historia S. Thomae Cantuariensis episcopi illis multum similis quae dictae sunt *Quadrilogi* (= *BHL.* 8194 sqq., 8199, 8200), diversa tamen ab his. Multa exscripsit, qui libellum composuit, ex antiquioribus biographis atque ea etiam quae ipsorum erant maxime propria, v. g. caput 10 tomi V Vitae conscriptae ab Herberto de Boseham (*P.L.*, t. CXC, col. 1263-64) ; nomina autem scriptorum, quorum libros exscripsit, non apposuit noster. Totius operis conspectum dedisse iuverit.

Inc. liber I. *Electus igitur ante mundi constitutionem beatissimus Thomas ortu suo felici Britanniarum caput Londonias illustravit. Pater eius Gillebertus cognomento Beket, mater vero Matildis fuit ...* (Hoc initium et ea quae sequuntur ad verbum exscripta sunt ex *BHL.* 8182, a quo tamen post aliquot capitula noster recedit) — Des. *magis eligens affligi et etiam inaudita pati pro clero Dei quam esse, ut antea fuerat, ut ita dicam, coaugustus augusto.*

Prologus libri II. *Expeditis in superioribus ... procedamus.* Sunt haec ipsa prima verba libri II Quadrilogi (*BHL.* 8194 et 8200).

Inc. liber II. *Deposito igitur orario* (cod. *oratio*), *quod assidue et publice gestare consueverat, beatissimus et fortissimus Dei athleta fugit, nil secum praeter pallium et sigillum suum in via portans ...* (cf. *BHL.* 8190, tomi IV c. 1) — Des. *Hoc igitur non mediocriter animatus oraculo magis*

Cod. 120.

ac magis desiderio aeternorum aestuabat, cupiens dissolvi et esse cum Christo.

Prologus in librum III. *Verum quia iam materia grandescere incipit, deinceps mutandus foret et stilus, ut litteris non terr<en>is sed quibusdam filis roseis in syllabarum figuras aureas liquescentibus et quibusdam dictionum solempniis exquisitis imminentis consummationis sancti gloria exaranda. Non enim linguis hominum, sed angelorum potius eloquenda quae ab homine supra hominem gesta sunt, et haec deinceps describenda.*

Inc. liber III. *Igitur Rothomagensis et Nivernensis episcopi secundum mandatum apostolicum saepe et saepius regem super pace Cantuariensis ecclesiae conveniunt, et censuram ecclesiasticam sibi et terrae suae imminere in brevi asserebant; instabatque peremptorius dies, ut sententia ulterius differri non posset ...* cf. *BHL.* 8194 (vel 8200), libri III, cap. 1. — Des. *et ita rex ipse facti veritatem edocuit et praedicavit miraculum* (= *BHL.* 8195, cap. 7 extr.).

Inc. oratio auctoris. *Igitur post descriptam sanctissimi viri vitam ... Omnipotentem imploremus* — Des. *digne ei praeconiorum praestemus obsequia. Passus est autem idem gloriosus Christi testis invictissimus anno gratiae M°* (sic).

2. (Fol. 81v-83) Cathalogus eruditorum gloriosi martyris. = *BHL.* 8196.

Inc. *Quoniam in superiori historia ...* — Omissa ultima parte, desinit in medio loco de Alexandro dicto Cuelin : *inter pericula multa caute quidem et fortiter.*

3. (Fol. 83v) Haec revelatio Domini dicitur fuisse facta ad B. Thomam apud Pontiniacum.

Brevis narratio rei alias notae (cf. *P.L.*, t. CXC, col. 39). En illam : *Dum beatus Thomas moratus est apud Pontiniacum et quadam die celebrasset missam, in fletibus et gemitibus ante altare oravit, et vox de caelo elapsa est : " Thoma, Thoma, ecclesia mea glorificabitur in sanguine tuo „. Et respondit Thomas : " Tu quis es, Domine ? „ Dicit ei Iesus : " Ego sum Iesus Christus filius Dei vivi, pater tuus „. Et respondit Thomas : " Utinam glorificeris in sanguine meo „. Dicit ei Dominus : " Ecclesia mea glorificabitur in sanguine tuo, et tu vere glorificaberis „.*

4. (Fol. 83v-85v) Istae sunt leges sive constitutiones iniquae, quas de mandato Henrici regis Anglorum filii Matillis imperatricis apud Clarendonam Iohannes Oxoniensis, tunc decanus Sarisberiensis, in sordida phrasi digessit contra dignitatis ecclesiasticae libertatem. = *BHL.* 8236, 8239.

Sequuntur (fol. 85v-86) litterae Alexandri III (Jaffé-Loewenfeld, n° 12204).

5. (Fol. 86) Isti fuerunt interfectores S. Thomae.

En totum : *Willelmus de Traci. Rein(aldus) filius Ursi. Hugo de Morevilla. Ric(ardus) Briton.*

Sequuntur (fol. 86-87v) litterae Alexandri III (Jaffé-Loewenfeld, nº 12201 et nº 11014), ipsius S. Thomae (*P.L.*, t. CXC, col. 659-60) et Iohannis Sarisberiensis (*P.L.*, t. CXCIX, col. 361-62).

6. (Fol. 96-122) Historia Turpini Remensis ecclesiae archiepiscopi de famosissimo rege Karolo Magno, quomodo terram Hispanicam et Galecianam a potestate Sarracenorum liberavit. = *BHL.* 1589-1594, 1596, 1597.

Sequitur (fol. 122-122v) series regum Francorum, quae inc. *Ex genere Priami fuit Meroveus, qui genuit Childericum* ... et des. *Ludovicus genuit Philippum, qui nunc regnat* [a. 1180-1223] ; tum (fol. 122v) series ducum Normanniae, quae inc. *Anno ab incarnatione Domini dccc.lxxvi Rollo cum suis Normanniam penetravit* ... et des. *mortuo Iohanne* [qui dictus est Sine Terra], *successit ei Henricus filius eius.*

7. (Fol. 169-177) Gesta Domini Salvatoris, quae invenit Theodosius Magnus imperator in Hierusalem in praetorio Pontii Pilati in codicibus suppliciis a B. Ambrosio Mediol<an>ensi episcopo conscripta.

Inc. ut Gesta Pilati : *Factum est autem* ... — Des. *ut non sacrificium mihi agant in sempiternum.*

8. (Fol. 239-242v) In festivitate S. Ricardi conf.

Officium musicis signis notatum, in quo lectiones novem (fol. 239v-241v), quae inc. *Exultet universalis ecclesia in venerandae memoriae beati Ricardi quondam Cycestrensis episcopi sollemnitate* ... et des. *laudatur Dominus de salutiferis gratiis, salutis auctori gratiae referuntur, cui sit honor ... Amen.*

9. (Fol. 242v-246v) In festivitate S. Edmundi.

Officium musicis signis notatum, in quo lectiones novem (fol. 243v-246), quae inc. *Beatus Edmundus Cantuariensis archiepiscopus ex piis parentibus Habendoniae genitus extitit, a pueritia tam religiose nutritus* ... et des. *angelicis choris anima illa sancta ab omni contactu mundi incontaminata suscipitur.*

CODEX 155 (alias I.d.10, olim ✻.i.17)

Chartaceus, foliorum 213 ($0^{m},22 \times 0,16$), exaratus saec. XVII.

Fuit Constantini Caietani.

Fol. 79 sqq. : " Aliqua gesta Romanorum pontificum quae in chronicis communibus non habentur, quae quia digna sunt memoria et sunt ad posteriorum eruditionem, recollecta sunt modo infra scripto. „

Nihil in his quod proprie sit hagiographicum. Initium faciunt Vitae pontificum

Cod. 155. Romanorum a Bosone cardinali conscriptae, v. g. fol. 79-80^{v} S. Leonis IX (*BHL.* 4828), fol. 85^{v}-95^{v} S. Gregorii VII (*BHL.* 3654), fol. 118^{v}-119^{v} B. Eugenii III (*BHL.* 2671), etc.

CODEX 199 (alias I.b.19, olim HH.d.26, tum ✻.k.41)

Chartaceus, foliorum 68 (0^{m},185 × 0,130), exaratus saec. XV.
Fuit olim Constantini Caietani (fol. 1, fol. 38^{v}).

1. (Fol. 1-36^{v}) Vita S. Placidi et sociorum eius. = *BHL.* 6859. Oct. 5.
2. (Fol. 39-48^{v}) Divi Blasii pontificis et sociorum martyrium. Febr. 3.

   Libellus conscriptus ab Hilarione Veronensi monacho monasterii SS. Nazarii et Celsi Veronae, ut recte monuit Constantinus Caietanus (fol. 38^{v}).

   Inc. prol.: *<D>ebueram ab exordio lectori morem gerere et quam veritas historiae poposcisset, fidem astruere* — Inc. *Blasius igitur Sebasta Cappadociae urbe exortus, quum per totum fere orbem* — Des. *Ades igitur, fave civibus tuis, et quae nunc usque sancta tua ossa custodit, Veronam semper tuere.* Paucis nempe narravit Hilarion tempore Alexandri III papae S. Blasii aliorumque reliquias monasterio SS. Nazarii et Celsi Veronensi traditas esse.
3. (Fol. 49-60^{v}) Divi Georgii martyrium. = *BHL.* 3396. April. 23.
4. (Fol. 61-69) Historia divorum martyrum Nazarii et Caelsi. Iul. 28.

   Auctore eodem Hilarione. Inc. prol. *Quum divorum Nazarii et Celsi martyrum historiam rusticitate sua et verborum ac sententiarum inconcinnitate mendosam meliorem facere peroptarem* — Inc. *Nazarius patrem habuit Aphricanum, genere (ut aiunt) et patria Aphrum* — Des. *signa vero scribere et referre miracula, quia longum et haec innumerabilia sunt, aliis, e toto terrarum orbe et qualia et quanta fuerint, colligenda et scribenda reservo.*

CODEX 200 (alias I.a.7, olim ✻.k.38)

Membraneus, foliorum 138 (0^{m},166 × 0,107), exaratus variis manibus saec. XII (fol. 1-83) et saec. XIII (fol. 84-138).

Fol. 1 scriptum est: *Est monasterii Sancti Nicolai de Arenis,* ubi signatus erat gg.c.19 vel forsan etiam JJ.c.19; utrumque enim signum descriptum est.

Ibidem legitur: *In musaeo D. Constantini Caietani eius monasterii alumni asservatus.*

Cod. 200.

1. (Fol. 1-2) <De S. Hildefonso>. = *BHL.* 3917.

2. (Fol. 47v-50v) Vita vel gesta S. Hyldefonsi Toletanensis sedis metropolitani a B. Eladio episcopo eiusdem urbis edita. = *BHL.* 3919. Ian. 23.

3. (Fol. 51-61v) Publica Theophili paenitentiae satisfactio, qui Christum abnegavit et veniam B. Mariae interventu adipisci promeruit. = *BHL.* 8122.

4. (Fol. 61v-63) Miraculum sanctae Dei genetricis Mariae quod in ecclesia eiusdem in puero hebraeo gestum est. = *Mir. BVM.* 24 + 915.

5. (Fol. 63-66) Vita beatissimae Mariae virginis a B. Ambrosio episcopo edita. Ex libro de virginibus.

Inc. *Sit igitur vobis tamquam in imagine descripta virginitas vitae Mariae, e qua velut e speculo species refulget castitatis* — Des. *ut altaria sacerdotem. Ergo sancta Maria disciplinam vitae informet. Amen* (Ambrosius, *De virginibus*, lib. II, c. 2 cum primis verbis cap. 3).

6. (Fol. 84v-138v) Vita beatissimi Anselmi Lucensis episcopi, cuius corpus Mantuae requiescit in ecclesia cathedrali. = *BHL.* 536, 537.

Foliis perditis, libellus 537 desinit mutilus : *quantum est ab epiphania* | Ab hoc autem codice mutilo pendent editiones omnes. Notandum quippe est unum eundemque librum tamquam duos diversos codices a R. Wilmans esse bis allatum (*MG.*, Scr. t. XII, pp. 12 et 13, cod. 1 et 4). Hic nempe codex 220 fuit Constantini Caietani monachi Casinensis congregationis (non autem abbatiae, ut intellexisse videtur Wilmans, p. 13, not. 70); idem fuit Collegii Gregoriani O. S. Benedicti in regione Transtiberina ab ipso Caietano excitati.

CODEX 220 (alias I.a.6, olim S.h.94)

Chartaceus, foliorum 47 (0^m,167 × 0,105), exaratus saec. XV.

(Fol. 35-47). " Quam plura miracula de B. Virgine „. Breves narrationes miraculorum, quae vix non omnia nota iam sunt, hic vero aliis iisque fere paucioribus verbis sunt tradita.

Fol. 35. Inc. *In Francia dum in ecclesia quorundam religiosorum Salve regina decantaretur, duo Iudaei* ... Similis narrationi *Mir. BVM.* 1077.

Fol. 35-36. Inc. *Scutifer quidam ante quandam ecclesiam lusit omnia sua etiam indumenta* ... Similis narrationi *Mir. BVM.* 19.

Ultimum miraculum (fol. 46v-47) inc. *Fuit vir quidam iuvenis volens intrare Ordinem Minorum. Narravit hoc cuidam valde dilecto socio rogans eum instanter ut secum introiret* ... Similis narrationi *Mir. BVM.* 1456.

CODEX 227 (ALIAS I.a.12, OLIM JJ.6,51)

Chartaceus, foliorum 41 [A et sign. 1-40] ($0^{m},15 \times 0,10$), exaratus saec. XVI in.

1. (Fol. 1-1^{v}, 37-37^{v}, 31-34^{v}, 38-38^{v}, 8-8^{v}, 2-7^{v}, 9-12^{v}) De S. Hydulpho. = *BHL.* 3947.

Sequitur (fol. 13-17^{v}) sermo contra depravatos saeculi mores, de quo *Act. SS.*, Iul. t. III, p. 238, num. 41. Qui inc. ***Hinc iam superioribus intentionis nostrae partibus ... exaratis, non me piget, tametsi pudet, illo aureo saeculo talium virorum componere scoriam nostrae tempestatis...*** et des. ***et moventi sine sui motione. Ipsi laus continua ... Amen.***

2. (Fol. 17^{v}-23^{v}) In translatione beatissimi Hydulfi episcopi et confessoris.

Narratio de translatione ab Adelberto abbate facta " anno 954 „. Forsan sunt hae lectiones, quas in lectionario Mediani Monasterii viderat Belhomme (*Act. SS.*, Iul. t. III, p. 220, num. 67).

Inc. ***Quoniam vasa quae Deo dicantur ...*** et post satis multa : ***Quare Adalbertus abbas Mediani monasterii anno ab incarnato Verbo nongentesimo quinquagesimo quarto*** — Des. ***corpus autem sacratissimi praesulis noluit Deus amplius latere sub caespitis umbra, sed cum ingenti miraculo mundo manifestavit ad honorem eius, cui est honor ... Amen.***

3. (Fol. 23^{v}-24) De SS. Iohanne et Benigno.

Brevissima narratio, cuius verba modo similiora videntur narrationi *BHL.* 3949, c. VIII, modo narrationi *BHL.* 3952.

Inc. ***Eodem tempore VI idus mai corpora germanorum*** — Des. ***in morte ab invicem non sunt separati.***

4. (Fol. 24-30^{v}) De S. Bonifacio.

Narratio de S. Bonifatii, qui de Thebaeae legione fuisse ferebatur, passione et in Medianum monasterium translatione, a monacho eiusdem monasterii conscripta.

Inc. prol. ***Quotiescumque quorumlibet martyrum fides, constantia et passio a legentibus revolvuntur, non sunt vilipendenda*** — Inc. ***Igitur Bonifacius ex orientalium clara progenie, armis decoratus militiae carnalis, extitit oriundus, sed sacrae fidei lorica maxime praemunitus, legionis Thebeae numero et merito sociatus*** — Des. ***cuius memoriam annua devotione recolentes sinceris mentibus eius patrocinia exoremus, ut fidem plebis augeat, locum Medianum tueatur ... Amen.***

Fol. 35-36^{v}, 39-39^{v}, exscripta sunt, nullo praemisso titulo, ex RICHERI, *Gestis Senoniensis ecclesiae* libri II capitula 14 et 18-20 (*MG.*, Scr. t. XXV pp. 276, 279-80).

VI. BIBLIOTHECA ANGELICA

CODEX 76 (ALIAS A. 7. 15)

Membraneus, foliorum sign. 1-4 ($0^{m},253 \times 0,178$) et 1-90 ($0^{m},275 \times 0,193$), paginis bipartitis exaratus saec. XIV exeunte.

(Fol. 22^{v}-24) Epistula B. Cyrilli episcopi ad B. Augustinum de laudibus B. Yeronimi presbyteri = *BHL.* 3868.

Reliquis omissis, des. *ut tuae, quas pridie recepi, litterae fatebantur. Haec omnia fine concludam. Amen* (cf. *P.L.*, t. XX, col. 297, c. 3 sub fin.)

CODEX 140 (ALIAS B. 5. 9)

Chartaceus, foliorum 345 ($0^{m},213 \times 0,148$), exaratus variis manibus saec. XV.

Fuit olim canonici Alberti Devoti, qui illum bibliothecae dono dedit.

(Fol. 200-202^{v}) Nativitas, vita et obitus B. Albani, qui natus fuit ex patre et filia, et postea accepit matrem in uxorem, post hoc occidit patrem et matrem, demum fuit sanctus = *BHL.* 201.

CODEX 161 (ALIAS B. 6. 14)

Chartaceus, foliorum A (membranei) et sign. 216 ($0^{m},310 \times 0,214$), exaratus saec. XV.

Fol. A descriptus est index libellorum.

1. (Fol. 1-7) Malchi monachi = *BHL.* 5190.
2. (Fol. 179^{v}-192) Epitaphium Nepotiani ad Eliodorum ep. = *BHL.* 6057.

CODEX 174 (ALIAS B. 7. 3)

Chartaceus, foliorum 166 ($0^{m},307 \times 0,210$), exaratus anno 1735 et collatus cum originali olim servato in archivo ducali ser. ducis Mantuae (cf. fol. 165-165^{v}).

Totum implet processus factus in causa canonizationis B. Iohannis Boni de Mantua, de quo *BHL.*, p. 643, 1°.

CODEX 234 (ALIAS C. 3. 15)

Chartaceus, foliorum A, B et sign. 227 ($0^{m},213 \times 0,142$), exaratus saec. XV. Fuit olim cardinalis Dominici Passionei.

(Fol. 180-185^{v}) <Vita S. Pauli primi eremitae> = *BHL.* 6596.

CODEX 278 (ALIAS C. 6. 4)

Chartaceus, foliorum 143 non eiusdem formae (max. $0^{m},313 \times 0,220$), exaratus variis manibus saec. XVI et XVII.

1. (Fol. 111-121^{v}, saec. XVI/XVII) Vita S. Medardi episcopi Noviomensis, auctore primum Fortunato presbytero, cui tamen ab alio quodam docto viro non pauca postea adiecta esse non dubito, lectu non digna = *BHL.* 5866.

Exscripta ex editione Surii.

2. (Fol. 122-122^{v}) De SS. Medardo et Gildardo... carmen = *BHL* 5869.

Exscriptum ex eadem editione.

CODEX 305 (ALIAS C. 7. 6)

Chartaceus, foliorum 124 ($0^{m},303 \times 0,215$), exaratus saec. XVI in.

(Fol. 1-124^{v}) Vita S. Gregorii, summi et incomparabilis viri, urbis Romae pontificis = *BHL.* 3642, 3641.

CODEX 309 (ALIAS C. 7. 10)

Membraneus, foliorum 87 ($0^{m},295 \times 0,215$), paginis bipartitis exaratus saec. XIII.

(Fol. 7^{v}-17) Admonitiones et exempla sanctorum patrum.

Narrationes excerptae praesertim ex libro *BHL.* 6527. Primae sunt *BHL.* 6527, lib. I, §§ 1-3, 9, 10, 11, 15, 23; lib. II, § 1 etc.; ultimae *BHL.* 6527, lib. XVIII, § 3; lib. V, §§ 4, 1, 2; lib. XV, § 56.

CODEX 339 (ALIAS C. 8. 7)

Chartaceus, foliorum sign. 144 ($0^{m},303 \times 0,209$), exaratus saec. XV.

(Fol. 1-144^{v}) <Ioannis Andreae Ieronimianum opus>.

De quo cf. *BHL.* 3876.

CODEX 423 (ALIAS D. 4. 11)

Chartaceus, foliorum 214 (0^m,204 × 0,137), exaratus saec. XVI.

(Fol. 1-14^v) Vita B. Augustini Novelli confessoris = *BHL.* 804.

CODEX 695 (ALIAS Q. 4. 13)

Partim membraneus (fol. 1-21 et 90), partim chartaceus (fol. 22-89), foliorum sign. 90 (0^m,137 × 0,099), exaratus saec. XV in.

Inest (fol. 1-40^v) epistula spuria de S. Hieronymo *BHL.* 3866. Desunt ultima capitula 52 sqq.

CODEX 816 (ALIAS Q. 7. 19)

Membraneus, foliorum A, B et sign. 205 (0^m,151 × 0,107) exaratus saec. XIV.

1. (Fol. 168-185^v) <Ex Vitis Patrum>.

   Narrationes excerptae praesertim ex libro *BHL.* 6527. Primae sunt *BHL.* 6527, lib. I, §§ 1, 2, 6, 8-11, 13; ultima *BHL.* 6527, lib. VIII, § 4.

2. (Fol. 185^v-187^v) <Paenitentia B. Thaisis> = *BHL.* 8012.

   Des. ut indicatum est supra, p. 176[54].

3. (Fol. 187^v-201^v) <Vita S. Onuphrii eremitae>.

   Inc. ut *BHL.* 6334. — Des. ut *BHL.* 6338.

CODEX 909 (ALIAS R. 3. 20)

Chartaceus, foliorum A-D et sign. 1-344, formae non omnino eiusdem (max. 0^m,303 × 0,210), exaratus variis manibus saec. XVI et XVII.

1. (Fol. 327-333, saec. XVI) Passio S. Longini martyris = *BHL.* 4965.

   Exscripta « ex originali quod Mantuae in sacristia episcopatus asservatur » (cf. fol. 326).

2. (Fol. 333-340^v, saec. XVI) In inventione sanguinis domini nostri Iesu Christi.

   Exscripta ex eodem originali (cf. ibid.). — Inc. *Regnante serenissimo et piissimo Henrico Romanorum imperatore secundo, quando imperio* (immo *anno imperii*) *eius tertio, procurante Bonifacio probatissimo viro una cum nobilissima coniuge eius Beatrice marcham italicae regionis, exorta est res mirabilis et omnibus, qui audierunt et vide-*

Cod. 909.

runt et qui audituri vel visuri sunt, valde mirabilis et laudabilis. Quadam nocte dum quidam Bonifacii eleemosynarius, nomine Adalbertus, lumine oculorum privatus, requiesceret in stratu suo infra ecclesiae Sancti Andreae — Des. *clerus et populus remeabant ad propria glorificantes et laudantes Iesum Christum dominum nostrum, qui cum Patre... Amen. Haec vero revelatio et ostensio sanguinis domini nostri Iesu Christi, simul et spongiae unde potabat* (*-batur* corr.), *facta est quarto idus martii, secunda vero kal. aprilis, tertia namque tertio idus maii.*

Sequitur : « Nel fine di questa Cronica nella margine della carta vi sono » gionte queste parole : *Residuum huius Cronice require in alio libro ubi* » *habetur ista Cronica completa* in § *hic lumen N. sicque miraculorum.* » Pero questo tal libro non si trova » (add. al. m. « perche abrugio altre volte la sacristia »).

CODEX 1009 (ALIAS R. 6. 24)

Constat simul compactis duobus codicillis membraneis (circ. $0^{m},145 \times 0,110$) exaratis saec. XIV, quorum alter complectitur nunc folia 64, alter folia 24.

(Cod. II, fol. 1-24^{v}) Liber de miraculis B. Virginis. = a, b, *Mir. BVM.* 442, 59 + 557, 1462, 81, 1144, 740, 44, 466, c, 421, 1357, 58 + 594, 674, 521, d, e, 480, f, g, h, 1722, i, 1070 (k), 1698, 852, 1761, 10.

Foliis perditis, reliqua desunt.

a) De clerico in mari merso, qui illaesus ad littus rediit. Inc. *Fuit clericus quidam Stephanus, gallus genere, beatam Dei genitricem prae omnibus sanctis ardenti corde diligens...* In itinere Hierosolymitano naufragium passus a B. Virgine ereptus est.

b) Qualiter praefatus clericus a tentatione carnis per eam liber effectus fuit. Inc. *Sic igitur postquam Hierosolymam venit et peractis pro quibus ierat...*

c) De optimo fine cuiusdam monachi, qui in eius servitio devotus exstiterat. Inc. *Quidam monachus Dolensis monasterii Leuricus nomine fuit...* Eadem narratio atque *Mir. BVM.* 1388.

d) De quodam canonico, cuius aegrotantis linguam et labia Virgo sancta proprii lactis instillatione liniens irroravit. Inc. *Fuit quondam venerabilis Sanctae Mariae ecclesiae Nivernensis decanus, Ceterius* (corr. *Cetherius*) *nomine...* Similis narratio *Mir. BVM.* 184.

Teterium quendam anno 1100 fuisse maioris ecclesiae Nivernensis decanum docet *Gallia christiana*, t. XII, col. 665.

e) Qualiter Dei genitrix quendam devotum sibi famulum a daemonibus misericorditer et mirabiliter liberaverit. Ex relatione domni Petri Cluniacensis abbatis. Inc. *Fuit in ordine Cartusiensi non quidem*

ex monachorum sed ex conversorum numero quidam humilis genere iuvenis... In somnio daemones sub figura porcorum et hominis enormis magnitudinis sibi minitantium videt; quos abigit B. Virgo. Cf. PETRUS VENERABILIS, *De miraculis* l. II, c. 29 pars prior (*P.L.*, t. CLXXXIX, col. 946-47). COD. 1009.

f) QUALITER CUIDAM DEVOTO SIBI MONACHO DEI MATER APPARUIT. Inc. *Adiciamus et alterum fideli stilo consolationis exemplum, ut sciatur... Fuit quidam aequae professionis monachus, qui huius piissimae Dei genitricis Mariae ita erat intentus in laudibus...* Cum post matutinos ante altare B. Virginis obdormisset, ipsa cum duobus praesulibus eum invisit et solatur.

g) DE QUODAM CLERICO, QUEM CARNIS CONCUPISCENTIAE LAQUEIS IRRETITUM VIRGO MISERICORDITER LIBERAVIT. Inc. *Pontifex quidam in obsequio suo bonae indolis clericum habebat...* Eadem narratio atque *Mir. BVM.* 94.

h) DE ILLO QUI PER BEATAM VIRGINEM VISUM, QUEM NATURA NEGAVERAT, ACCIPERE MERUIT. Inc. *Tempore sancti Bonifacii, qui quartus a beato Gregorio Romanae urbis episcopatum tenuit...* Eadem narratio atque *Mir. BVM.* 473.

i) DE MILITE CUIUS ANIMA CUCULAM ACCIPERE MERUIT, QUAM HABERE, DUM IN CORPORE <ESSET>, PLURIMUM DESIDERAVIT. Inc. *Fuit, inquit, miles, quidam genere nobilissimus et his quae ad honorem saeculi...* Eadem narratio atque *Mir. BVM.* 591.

k) Inc. *Miles quidam et eius clericus aliquando pariter equitabant...*

CODEX 1208 (ALIAS S. 5. 35)

Membraneus, foliorum 68 formae non omnino eiusdem (max. $0^{m},149 \times 0,117$), exaratus variis manibus saec. XV et saec. XIV (fol. 57-67).

1. (Fol. 1-1^{v}) De translatione S. Monicae, quomodo ex Ostiis Tiberinis maxima cum celebritate cleri et populi ac signorum miraculorumque Romam translata est, Martini pontificis decretum = *BHL.* 6004 " translatio „ (initium).

2. (Fol. 1^{v}-4) Translationis ordo sequitur. Meffeus *(sic)* Vegius domini papae Eugenii datarius scripsit. = *BHL.* 6004 " translatio „ (reliqua).

Inc. *Apud Ostia Tiberina sanctissima Augustini mater Monica ex hac vita migravit* — Des. *honor exhiberetur.*

3. (Fol. 4^{v}-8) De signis miraculisque in hac translatione ostensis pauca haec quae sequuntur contemplare = *BHL.* 6004 " miracula „.

Inc. *Quae vero in eius translatione... Saba quidam nomine* — Des. *sed*

Cod. 1208.

haec pauca commemorare volui in matris huius sanctissimae memoriam.

Sequitur (fol. 8-12v) officium S. Monicae (sine lectionibus).

4. (Fol. 13-41v) Historia divae Monicae, sanctissimi doctoris Aurelii Augustini matris pientissimae = *BHL.* 6004 " prologus et Vita „.

5. (Fol. 43-45v) <Bulla canonizationis S. Nicolai de Tolentino>.

Ed. I. Fontaninus, *Codex canonizationum* (1729), p. 161-63.

6. (Fol. 45v-55v) <Officium S. Nicolai de Tolentino>.

Insunt lectiones non ita breves. Inc. (fol. 46v) *Nicolaus ex Piceno ortus fuit ex oppido quod Sancti Angeli vocatum est* — Des. (fol. 55v) *qui est magnus et potens et admirabilis per omnia saecula saeculorum. Amen.*

CODEX 1214 (alias S. 6. 6)

Chartaceus, foliorum 203 variae formae (0m,280 × 0,200), quorum alia typis impressa sunt, alia variis manibus exarata saec. XVI, XVII et XVIII.

(Fol. 190-196v, saec. XVI) Honorii Venantii Fortunati de S. Medardo episcopo Veromandensi libellus = *BHL.* 5863.

CODEX 1254 (alias S. 8. 12)

Chartaceus. Constat binis codicillis (0m,296 × 0,224) paginis bipartitis exaratis saec. XV in., quorum alter folia 65, alter 43 complectitur.

Inest (Cod. II, fol. 30-37) epistula spuria de S. Hieronymo *BHL.* 3866.

CODEX 1269 (alias T. 1. 4)

Membraneus, paginarum 382 (0m452 × 0,307), paginis bipartitis exaratus saec. XIII a quodam Waltero (pag. 382 : *Istud volumen scripsit Wa...rus cuius animam suscipiat Christus. Amen. m. u. p. q.*). Erat haec *Tercia pars Passionarii a festo apostholorum Petri et Pauli usque ad festum beati Hieronymi presbyteri et confessoris* (pag. 382). Verum, perditis primis foliis codicis, id est quaternionibus qui signati erant I-IX, perierunt libelli priores viginti septem cum initio vigesimi octavi.

In folio chartaceo addito in initio codicis scriptum est saec. XVIII : *Ce Passionaire ms m'a été donné par M. de Supersax évêque de Sion, en 1722, au mois de iuin, quand je faisois la visite de l'abbaye de S. Maurice en Vallais.*

D. archeveque d'Ephese.

Fuit igitur Dominici Passionei.

1. (Pag. 1-20) <Vita S. Germani ep. Autisiodorensis> = *BHL.* 3454. Cod. 1269.

Foliis perditis, inc. mutila : *fatigari. Sed nec sic quievit etiam inter dolores a salutari praedicatione* (*Act. SS.*, num. 6 extr.). — Desinit epilogus ut in *BHL.* 3453.

2. (Pag. 20-28) XXIX. Passio SS. Machabaeorum = *BHL.* 5111.

3. (Pag. 29-32) XXX. Passio S. Eusebii ep.

Incipit ut sermo editus inter opera S. Maximi (*P.L.*, t. LVII, col. 885 sqq.), cum quo sermone pars prior huius Passionis ad verbum fere convenit, ita tamen ut semel vel bis pauca quaedam in codice legantur quae in editis desunt, eaque nullius momenti. Sequitur laudatio sancti, in qua etiam duo narrantur : 1° Eusebium *ante aliquantum temporis exitus sui manifesta revelatione vidisse se kalendis augusti de monte ad montem volare ;* 2° post mortem sancti meritis ipsius contra invadentes Langobardos protectam esse basilicam eius et populum Vercellensem a caede praeservatum. — Des. *Et si quis a quacumque infirmitate detentus fide plenus ad sanctam confessionem eius veniens, mox ut orationem fuderit, pristinam recipiet sanitatem, praestante Domino... Amen.*

Non legitur in codice « fragmentum » a Gallandio prolatum (*P.L.*, t. LVII, col. 888).

4. (Pag. 32-39) XXXI. Passio S. Stephani papae et mart. = *BHL.* 7845.

5. (Pag. 39-43) XXXII. Revelatio corporis protomartyris Stephani = *BHL.* 7851.

6. (Pag. 43-46) XXXIII. Vita B. Memmii Cathalaunicae civitatis primi episcopi.

Similior libellis *BHL.* 5910, 5911. — Inc. Vita : *Igitur beatissimus Memmius episcopus nobili genere Romae oriundus fuit atque a santo Petro apostolo in episcopatum benedictus, partibus Galliarum verbum Domini praedicare una cum fratribus suis est directus, sancto scilicet Dionysio* — Des. *pristinam recipiunt sanitatem. Nam cotidie per merita beati pontificis eadem signa monstrantur.*

Incipit narratio de inventione : *Unde et post tantis virtutibus et miraculis Deus per servum suum claruit, ut novissimo tempore in anno secundo imperii Dagoberti regis, in mense quinto, in die quinta mensis, secunda vigilia noctis, cum ad tumulum sancti viri nocturnos fratres celebrantes adstarent, res nova et numquam antea visa ad caput sancti sepulcri apparet. Cum enim caelum imbres tribus mensibus non plueret super terram* — Des. *et aliae multae similes virtutes ibi geruntur, quas enarrare nemo potest et quas longum est per ordinem texere. Vere omnia quae vidimus, haec scripsimus et enarravimus. Quantam gloriam, quantam claritatem, quanta praemia in perpetuum Deus*

Cod. 1269.

sancto suo praeparavit, quando ad eius sepulcrum tanta est virtus et veneratio in praesenti, regnante Domino.... Amen.

7. (Pag. 46-48) XXXIV. Passiones SS. Polocronii cum suis sociis et SS. Abdon et Sennes, Xysti, Laurentii, Hippolyti cum sociis suis = *BHL.* 6884.

Cf. infra n. **8-12**.

8. (Pag. 48-49) XXXV. Passio SS. Olympiadis et Maximi = *BHL.* 6.

Pars prior usque ad verba : *Iussit itaque Valerianus omnes christianos publica auctoritate teneri et recludi.*

9. (Pag. 49-50) XXXVI. Passio SS. Abdon et Sennes = *BHL.* 6.

Pars altera inde ab : *Eodem tempore tenuit beatissimum senem Xystum episcopum Romanum...*

10. (Pag. 50-53) XXXVII. Passio SS. Xisti, Felicissimi et Agapiti = *BHL.* 7801.

11. (Pag. 53-57) XXXVIII. Passio B. Laurentii = *BHL.* 4754.

12. (Pag. 57-60) XXXIX. Passio B. Hippolyti et sociorum eius = *BHL.* 3961.

13. (Pag. 60-63) XL. Passio S. Donati mart. = *BHL.* 2289.

14. (Pag. 63-67) XLI. Vita S. Donati ep. et conf. = *BHL.* 2304.

15. (Pag. 67-73) XLII. Vita B. Severi presb. et conf. = *BHL.* 7692.

16. (Pag. 73-81) XLII<I>. Passio S. Susannae mart. = *BHL.* 7937.

17. (Pag. 81-82) XLIV. Passio S. Eupli mart. = *BHL.* 2729.

18. (Pag. 82-83) XLV. Vita S. Eusebii conf. = *BHL.* 2740.

19. (Pag. 83-90) XLVI. Vita S. Arnulfi Metensis ep. = *BHL.* 689.

Des. : *Ceterum si omnia bona... enorme volumen et magnum legentibus affuisset.*

20. (Pag. 90-97) XLVII. Vita B. Theodori (*corr.* Theodoli) Sedunensis ep. = *BHL.* 8088.

Post ultima verba edita *(voluisti servare)* multa in codice leguntur, quibus auctor adhortationes suas persequitur; qui locus inc. *Quam bene et pulchre psalmista praeobtavit dicens : « Benigne fac in bona voluntate tua, Domine ... »* et des. *tunc ipse adiutus nos adiuvare dignetur placatus, per Iesum Christum... Amen.*

21. (Pag. 97-101) XLVIII. Passio B. Mammae (*sup. ras. al. man.*) martyris. = *BHL.* 5196.

Passioni praemissa est prima sententia Passionis SS. Marcellini et Petri *BHL.* 5230 : *Benignitas Salvatoris nostri martyrum perseverantia comprobata eo usque processit, ut et fidei amicos coronaret et inimicos eorum ex ipsis inferorum claustris everteret. Inter singula denique gesta sanctorum...*

22. (Pag. 101-104) XLVIIII. Passio S. Agapiti mart. = *BHL.* 125. Cod. 1269.

23. (Pag. 104-110) L. Vita B. Elaphii Cathalaunensis episcopi.

Inc. *Igitur beatus ac Deo dilectus Elaphius praeclara urbe Lemovica parentibus secundum saeculi dignitatem non infimis extitit oriundus* — Des. *Solutus est autem a corporis ergastulo beatus Elaphius XIV kal. septembris, imperante utique illo cuius maiestas ac potestas nec incipit nec desinit in omnia saecula saeculorum. Amen.* Cf. *BHL.* 2442.

24. (Pag. 110-196) LI. Vita B. Bernardi Clarevallis abbatis = *BHL.* 1217, 1218, 1220.

Ultimus liber des. ut *BHL.* 1209.

25. (Pag. 196-198) LII. Passio S. Symphoriani = *BHL.* 7967.

26. (Pag. 198-203) LIII. Passio B. Bartholomaei apostoli = *BHL.* 1002.

27. (Pag. 203-205) LIV. Passio S. Genesii = *BHL.* 3322.

28. (Pag. 205-216) LV. Passio S. Secundi ducis = *BHL.* 7569.

29. (Pag. 216-240) LVI. Vita B. Caesarii Arelatensis ep. = *BHL.* 1508, 1509.

30. (Pag. 240-266) LVII. Vita beatissimi patris nostri Augustini = *BHL.* 785, 786.

31. (Pag. 266) LVIII. Passio S. Sabinae virg. = *BHL.* 7407.

32. (Pag. 266-267) LIX. Passio SS. Felicis et Adaucti = *BHL.* 2880.

33. (Pag. 267-269) LX. Passio S. Marcelli = *BHL.* 5246.

34. (Pag. 269-272) LXI. Passio SS. Ferreoli et Ferrucii = *BHL.* 2903.

Inc. *Cum magnus sacerdos et martyr...*

35. (Pag. 272-273) LXII. Passio seu Vita SS. Victorini et Severini.

Ex Adone, ad d. 5 sept. — Inc. *Fuerunt duo fratres Victorinus et Severinus...*

36. (Pag. 273-282) LXIII. Vita S. Alpini Cathalaunicae urbis ep. = *BHL.* 310.

In media Vita, inter num. 7 et 8, legitur hic locus : *Hinc Deum suis favere votis, quem iam ipsi sincera fide excolerent, fisi, facti audaciores frequentibus insidiis hostes sollicitabant. Impetu quoque non segni efferatis in eos animis irruentes alios occidebant, alios vulnerabant, ceteros vero fugabant. Qua de re Saxo[r]nes et Picti conglobati invicemque federati cohortantur mutuo uti fortiter in hostes irruerent, et indicto praelio die statuta procaciter ad certamen Britannos provocant. Hoc doctores veritatis cernentes Germanus Lupus et minister eorum Al[i]pinus suos, ne terreri debeant, hortantur in Deo confidere atque in ipso congressionis principio secum pariter omnes sublato ad caelum clamore « Alleluia » commonent personare. Quod cum factum fuisset, terrore Domini*

Cod. 1269.

agitati adversarii terga dabant insequentibus caedentibusque, paene usque ad internitionem consumpti. Qui autem evasere, navibus immissi, ut fines suos attingere potuerunt, pavore hostium fere exanimes urbes munitas moribundi subintrant. Britannes potiti victoria deinceps a suis finibus hostes arcent improbos. Hoc modo omni discrimine sancti viri erepta gente multisque patratis mirabilibus, adminiculante Dei suffragio, feliciter rediere ad propria. Tum inter num. 12 et 13 inserta est narratio, quam ab ipso Vitae auctore scriptam esse crediderim (cf. *Act. SS.*, Sept. III. 90, annot. *b*) et in qua plurimis omnino verbis (pag. 276-280) refert, Attila cum Hunnis suis occidentalem Europam invadente, Romam a Leone papa, Aurelianos a S. Aniano, Trecas a S. Lupo esse defensos, sed et Catalaunum a S. Alpino, qui tum aliter, tum demum immisso in barbarorum exercitum *fluxu ventris*, civium suorum incolumitati providerit; incipit haec narratio : *Romanus orbis in illis diebus negligenter mandata ducens dominica virgae correptionis eius expertus est verbera...* et desinit : *Ita vir sanctus cum ingenti admiratione regis et exercitus magnoque omnium favore cum suis remeavit ad propria.* Tandem inter num. 14 et 15 non multis verbis scriptor in genere commemorat multos aegrotos atque daemoniacos a S. Alpino esse liberatos; qui locus incipit : *Sufficient haec pauca de pluribus, cum providentis animus his facile perpensare queat...* et desinit : *cum interminatione edicens, ne cuiquam hoc propalare auderet.*

37. (Pag. 282-292) LXIV. Passio S. Adriani = *BHL.* 3744.

38. (Pag. 292) LXV. Passio S. Iacincti diac. = *BHL.* 4053.

39. (Pag. 293-295) LXVI. Passio SS. Gorgonii et Dorothei = *BHL.* 3614.

40. (Pag. 295-298) LXVII. Vita S. Audomari ep. et conf. = *BHL.* 764.

Deest prologus. Nonnulla omissa sunt. — Des. *sicut per praedictum sanctum confessorem suum Audomarum multas post obitum eius fecit virtutes, quas, favente Deo, subsequenti narrabimus sermone* (cf. *Act. SS.*, p. 400, num. 17 extr.).

41. (Pag. 298-304) LXVIII. Vita SS. Syri et Iventii = *BHL.* 7976.

42. (Pag. 304-306) LXIX. Passio S. Valeriani mart. = *BHL.* 8488.

43. (Pag. 307-308) LXX. Passio S. Cornelii papae = *BHL.* 1958.

44. (Pag. 308-316) LXXI. Passio S. Cypriani ep. = *BHL.* 2041.

Post haec verba : *pro devotione fidei gloriosum* (*Act. SS.*, num. 31 extr.), reliquis omissis, subiuncta est Passio *BHL.* 2037, paucis rescissis, hoc exordio : *Ordo itaque martyrii sic habetur : Aspasius Paternus proconsul ad Cyprianum episcopum dixit : Sacratissimi imperatores...* Tandem des. *Eius corpus propter gentilium curiositatem iuxta piscinas cum voto et triumpho magno positum.*

Cod. 1269.

45. (Pag. 316-318) LXXII. Relatio de exaltatione sanctae crucis = *BHL.* 4178.

46. (Pag. 318-325) LXXIII. Passio S. Euphemiae virg. = *BHL.* 2711.

47. (Pag. 325-331) LXXIV. Passio SS. Luciae et Geminiani = *BHL.* 4985.

48. (Pag. 331-334) LXXV. Vita S. Arnulphi Vapincensis ep.

Inc. *Dum itaque beatae memoriae Alexander apostolico fungeretur officio ac Vapincensis ecclesia simoniaca Riperti Medullionensis intronizatione, immo eiusdem iamdudum attrita ingluvie, pastorali careret auxilio.* — Des. *Pastoris vestri, cuius vobis vitam descripsimus, precibus vos adiuvari deposcite et, ut ipsum apud eum intercessorem habere possitis, instate... Amen.*

49. (Pag. 334-342) <LXXVI>. Passio S. Eustachii et sociorum eius.

Inc. *Temporibus Traiani imperatoris erat quidam magister militum* — Des. ut *BHL.* 2760.

50. (Pag. 342-350) LXXVII. Passio S. Matthaei apost. = *BHL.* 5690.

Deest prologus.

51. (Pag. 350-356) LXXVIII. Eucherii episcopi Passio martyrum Thebaeorum = *BHL.* 5741.

Des. *Haec ab ipso cognovi presbytero. Haec pauca tantum miracula de multis passioni sanctorum inserenda credidi* (cf. *Act. SS.*, num. 16 extr.)

Praemissus est prologus Passionis *BHL.* 5737.

52. (Pag. 356-359) Sermo in sollemnitate martyrum Thebaeorum.

Inc. *Sacra haec hodierna sollemnitas...* Cf. Krusch in *MG.*, Scr. rer. merov. t. III., p. 23.

53. (Pag. 359-361) LXXIX. Passio S. Teclae virg. = *BHL.* 8024.

54. (Pag. 361-364) LXXX. Passio SS. Andochii et Thyrsi = *BHL.* 424.

55. (Pag. 364-370) LXXXI Passio ss. mm. Cypriani et Iustinae = *BHL.* 2047, 2050.

56. (Pag. 370-376) LXXXII. Passio ss. mm. Cosmae et Damiani.

Inc. (sine prol.) ut *BHL.* 1970. Est haec recensio altera illius Passionis, quae saepe cum ea ad verbum convenit, fere tamen pluribus verbis eadem narrat. Insuper in fine duo miracula narrantur, quae in *BHL.* 1970 desunt, de puerulo daemoniaco sanctorum meritis liberato et de separata utriusque martyris sepultura. Tandem des. *usque in praesentem diem caelestis medicinae beneficia largiuntur fideliter petentibus illis, cui est honor... Amen.*

Cod. 1269. **57.** (Pag. 376-378) LXXXIII. Relatio de S. Michaele archangelo = *BHL.* 5948.

58. (Pag. 379-382) LXXXIIII. Translatio corporis B. Mariae Magdalenae = *BHL.* 5491.

CODEX 1390 (alias T. 6. 4)

Chartaceus, foliorum sign. 57 (0^{m},331 × 0,232), exaratus saec. XVI.

Fol. 1 brevissimae annotationes de S. Matthia (Inc. *Mathias loco Iudae Iscariotes duodecimus apostolus...*) et de S. Barnaba *(Barnabas qui et Ioseph, natione cyprius, quae a Cyro rege...)*

1. (Fol. 2-3^{v}) <Translatio S. Augustini in Sardiniam et inde Papiam> = *BHL.* 800.

2. (Fol. 8^{v}-9^{v}) <Breviarium apostolorum>.

Inc. *De divisione apostolorum. Post Domini ascensionem, eodem anno ac sancti Stephani lapidationem, facta est magna persecutio* — Des. (de S. Iuda) *Iudas, Iacobi frater... Sepultus est in Eritho Armeniae urbe. Cuius festivitas celebratur quinto kalendas novembris.*

CODEX 1420 (alias T. 7. 7)

Chartaceus, foliorum sign. 147-266 (0^{m},301 × 0,200), exaratus saec. XV.
Erat olim cardinalis Dominici Passionei.

(Fol. 219-244) Liber de expeditione Hy<s>paniae et Galiciae facta per cristianissimum et famosissimum imperatorem Carolum Magnum = *BHL.* 1589-1594, 1596.

Quaedam omissa sunt vèl paulo aliter scripta. Subiuncta sunt 1°) *Capitulum de itinere Ispanie* (fol. 240-241), nimirum epistula Callisti II quae inc. *Crebro dilectissimi* (= Jaffé-Loewenfeld 7111); 2°) *Capitulum de viis S. Iacobi* (fol. 241-242); 3°) *Capitulum de fluminibus bonis et malis in viis S. Iacobi* (fol. 242-243); 4°) *Capitulum de nominibus terrarum et qualitatibus gentium que in viis S. Iacobi habentur* (fol. 243-244), quae capitula desumpta sunt ex libro *BHL.* 4073, c. 1-7; 5°) *Capitulum de indulgentia data per papam Innocentium et alios praelatos* (fol. 244-244^{v}), id est epistula spuria *BHL.* 4064; 6°) *Capitulum de palatio Caroli* (fol. 244^{v}), quod des. *et ibi multa alia [que] habentur depicta; quae omit<t>o ob scriptoris lectorisque fastidium. Vale.* Cf. *BHL.* 1590, 1591, c. 30 et 31.

CODEX 1470 (ALIAS V. 2. 7)

Chartaceus, foliorum sign. 1-14 et 1-32 ($0^{m},186 \times 0,133$), exaratus una manu saec. XVI in.

(Cod. II, fol. 1-7^{v}) Expositio seu translatio historiae Annae et Ioachim de conceptu Virginis Mariae, prout a B. Mathaeo scriptum ferebatur = *BHL.* 5344, 5343.

CODEX 1530 (ALIAS V. 4. 10)

Chartaceus. Constat duobus codicillis, quorum alter complectitur folia sign. 1-32 ($0^{m},207 \times 0,142$) exaratusque est paginis bipartitis saec. XV; alter folia habet sign. 1-22 ($0^{m},207 \times 0^{m},139$) exaratusque est eodem saec. XV.

Insunt in codice I (fol. 1-6 et 6-32^{v}) duae epistulae spuriae de S. Hieronymo *BHL.* 3867 et 3868.

CODEX 1927

Chartaceus, foliorum sign. 44, multis postea non signatis ($0^{m},214 \times 0,170$).

Insunt collecta saec. XIX a Iacobo Victor quodam gallo adversaria de S. Michaele et de ipsius legendis. Inter quae

(Fol. 19-21) Revelatio S. Angeli de Monte Tancie.

Exscripta ex tomo Vallicellino VII, fol. 135^{v}.

CODEX 2236

Membraneus, foliorum A, B et sign. 61 ($0^{m},274 \times 0,190$), exaratus saec. XV extr. (fol. 60-61 saec. XVI.)

Fol. 61^{v} manu saec. XV/XVI : *Vincentius de Ferraris.* Fol. A manu saec. XVII : *Iohannis de Albizis liber est MCCCLI* (sic).

Insunt **1.** (fol. 1-28^{v}, 28^{v}-34, 34-57^{v}) tres epistulae spuriae de S. Hieronymo *BHL.* 3866-3868.

2. (Fol. 57^{v}-60) Legenda B. Hieronymi subbreviter = *BHL.* 3874.

Deest prologus.

CODEX 2254

Membraneus, foliorum 118 ($0^{m},204 \times 0,155$), exaratus saec. XIV.

Erat prius Iacobi Manzoni, antea vero conventus in quo degebat anno 1736 Cyrillus a Matre Dei carmelita Astensis.

1. (Fol. 1-112^{v}) exscripta sunt, non paucis omissis, capitula nonnulla *Legendae aureae*. Inc. a cap. 2 (de S. Andrea); des. cum cap. 144 (de S. Furseo).

2. (Fol. 112^{v}-118^{v}) De miraculis B. Mariae Virginis = *Mir. BVM.* 1068, 1439, 1759, 1452 (a), 213, 1127, 470, 1082, 22, 759, 1087, 1295, 462, 113, 1516, 621.

a) Inc. *Quidam monachus magnae perfectionis elegit...*

3. (Fol. 118^{v}) De quibusdam exemplis.

Superest solum initium primi : *Vir quidam venerabilis, nomine Heradius, filiam unicam habebat...* Est haec narratio quae tradita est in Vita S. Basilii *BHL.* 1022, c. 8.

VII. BIBLIOTHECA CASANATENSIS

CODEX 8 (ALIAS A. VI. 7)

Chartaceus, intermistis quibusdam membranis, foliorum sign. 1-167 [55 bis] (0^m,143 × 0,107), una manu exaratus saec. XV.

Fol. 118^v post libellum **3** eadem manu scriptum est : *Hoc gloriosum opusculum scripsi ego F. Bartholomeus de Colle Ordinis Minorum ob precipuam, quam ad eximium doctorem sanctum Ieronimum semper habui, devotionem...*

1. 2. 3. (Fol. 39-77, 77^v-84^v, 85-118^v) (Epistulae tres de S. Hieronymo) = *BHL.* 3866-3868.

4. (Fol. 134-157) Legenda minor B. Francisci secundum eximium doctorem Bonaventuram de Campo Regio = *BHL.* 3110.

5. (Fol. 157-160) De eius translatione.

Ultimum caput libelli *BHL.* 3107 (*Act. SS.*, Oct. t. II, p. 782-83, num. 215-23).

CODEX 21 (ALIAS A. V. 15)

Membraneus, foliorum 82 (0^m,170 × 0,123), exaratus saec. XIV.

Fol. 1 notatum est : *Ego Frater Nicolaus Montifalchius emi hunc librum Bononie anno Domini M°. D°. XXXI. die 8 februarii; quo tempore serenissimus imperator Carolus Quintus a sanctissimo papa Clemente in ecclesia Sancti Petronii coronam accepit auream, et oculis propriis omnia gesta et acta vidi et alibi annotavi.*

(Fol. 3-82) Vita S. Clarae de Cruce = *BHL.* 1818.

Ex hoc codice edita est.

CODEX 104 (ALIAS A. IV. 36)

Membraneus, foliorum 38 (0^m,239 × 0^m,171), exaratus saec. XV.

Fuit olim Iulii Caesaris Columnae, cuius et nomen et insignia integumento impressa sunt.

Cod. 104.

1. (Fol. 1-26) Vita B. Margaritae virginis cognomine de Columpna.

Inc. *Margarita itaque ex nobili Romanorum progenie orta, dum paternis mansit in laribus, nondum relicto saeculo* — Des. *et illico sanatus est, et adhuc in ipsius crure magnarum remane<n>t vestigia cicatricum.*

Illa est Margarita quae fundavit monasterium Sancti Silvestri in Capite de Urbe.

2. (Fol. 27-31) <Alia vita eiusdem>.

Inc. epistula : *< >um virtutum perfectionis particulam, qua praeclarae ac beatae memoriae Margarita velut magna quaedam iubaria in praesenti et futuro ammirabili claritate refulget, novae editionis eloquio quamquam polluta* (cod. *pollura*) *labiis et arida lingua coner depromere, insufficientiam meam... Tamen vos, o sanctissime pater, tanta sublimium virtutum, a quibus ipsa soror per vestram doctrinam primitus exstitit educata* (corr. *cond-*), *laude flammamini, ut me licet immeritam ingenti inopique sororum coenobio presidentem congregationem mihi commissam cotidiano vestrae sanctae conversationis intuitu desiderem edoceri. Siccine, gloriosissime pater, neminem repperiebatis quem de virtute consuleretis et praecipue de muliere virtutis splendida Margarita, nisi vestram devotulam Stephaniam* — Inc. *Gloriosus in maiestate sua patris aeterni Filius, redemptor noster dominus Iesus Christus de caelorum summitate perspiciens* — Des. *De huius quidem miraculis quaedam materia huiusmodi semotim et breviter scriptitabo. Fuit itaque paenultimo decembris mortis vinculis absoluta; victura perenniter ad fontem supernae prodiit voluptatis, ubi regnat et imperat trinus et unus, Deum... Amen.*

3. (Fol. 31^{v}-38^{v}) <Miracula eiusdem>.

Inc. *< Q >uaedam nobilis et devota mulier, nomine Risa, de castro quod Afile dicitur, viginti annis et amplius profluvio sanguinis et aliis doloribus vehementissime depressa* — Des. mutila : *Ipsa vero in lectum non decidit, sed quasi viva genuflexa ma* | et vacat reliqua pagina.

CODEX 112 (alias A. IV. 50)

Vitellinus, foliorum 94 (0^{m},23 × 0,15), eleganter exaratus saec. XV picturisque ornatus.

1. (Fol. 1-37^{v}) Vita et Passio S. Barbarae virginis et martyris e diversorum autorum opusculis delecta et in unum opusculum redacta.

Incipit Petri Ransani Panhormitani the<o>logi ordinis Praedicatorum in B. Barbare virginis et martyris vitam et martyrium ad Philippum Perdicarium clarissimum iure consultum praefatio : *Annui*

tandem, Philippe Perdicarie iure consulte clarissime, piis efflagitationibus tuis — Inc. *Beatam Barbaram constat fuisse natam Nicomediae, quae urbs in Bitinia est. Ducta autem fuit a nobilissimo sanguine Eumenis regis* — Des. *ad imitationem veterum sanctorumque patrum, qui ecclesiasticum officium, quod per omnes christianas ecclesias celebratur, composuere. Vale. Neapoli sexto idus novembres M.CCCC.LXVIIII.* Cod. 112.

2. (Fol. 37ᵛ-38ᵛ) Ad doctissimum civilis pontificiique iuris consultum atque imperialem equitem Federicum Perdicarium eiusdem Petri Ransani praefatio in ecclesiasticum officium in solemnitate B. Barbarae celebrandum.

Inc. *Efflagitasti, Federice Perdicarie civilis pontificiique iuris consulte doctissime atque imperialis eques dignissime, ut, quemadmodum superiore anno* (1) *a Philippo germano tuo* — Des. *Vale. Neapoli idibus novembribus MCCCCLXVIIII.*

Sequitur (fol. 38ᵛ-49) ipsum officium, in quo (fol. 40ᵛ-47ᵛ) lectiones novem, quae inc. *Beata Barbara ex clarissimo genere Nicomediae, quae urbs in Bitinia est, patre Dioscoro, matre Laodomia nata fuit...* et des. *quo tempore beata Barbara vix quartum decimum aetatis annum compleverat.*

3. (Fol. 51-71) <Petrus Ransanus de S. Vincentio Ferrerio> = *BHL.* 8660-8662.

Sequitur (fol. 71-80ᵛ) officium eiusdem sancti, in quo (fol. 73-79ᵛ) lectiones novem, quae inc. *Beatus Vincentius Valentiae ex honestis probisque parentibus natus est...* et des. *iunctasque extendens manus ad caelestia regna feliciter evolavit.*

4. (Fol. 81-94ᵛ) Martyrium B. Antonii Lombardi Ordinis Praedicatorum, qui ob Christi nominis confessionem nuper in urbe Tunisio saxis obrutus fuit a Saracaenis, scriptum ab eodem Petro Ransano per modum epistolae transmissae ad Pium II pont. max.

Ed. ex hoc cod. in *Anal. Boll.*, t. XXIV, p. 363-74.

CODEX 118 (ALIAS B. V. 9)

Membraneus, foliorum 121 (0ᵐ,225 × 0,160), exaratus saec. XIII.

(Fol. 116ᵛ-121) Passio S. Agnetis = *BHL.* 164.

(1) Quam anno 1468 conscribere adorsus erat Vitam, non ante annum 1469 absolvisse epistulae ostendunt.

CODEX 168 (ALIAS B. III. 20)

Membraneus, paginarum 254 [sign. 1-14, 14a, 14b, 15-44, 44a, 44b, 45-66, 66a, 66b, 67-142, 145-250] (0^m,27 × 0,19), paginis bipartitis exaratus saec. XIV.

1. (Pag. 1-135) Liber de vita et obitu et miraculis S. Dominici et de Ordine Praedicatorum quem instituit = *BHL.* 2226.

2. (Pag. 135-142) De modo orandi corporaliter S. Dominici. Capitulum XXVI.

Act. SS., Aug. t. I, p. 629-32. — In codice designatur haec narratio 2 tamquam cap. 26 ultimae partis Vitae 2226. Post ultima verba leguntur ista : *Explicit hoc opus compositum a fratre Aldobrandino de Toscanella Ordinis Praedicatorum.*

3. (Pag. 142-162) Quaedam miracula B. Dominici, quae refert frater Petrus Claudiensis = *BHL.* 2228.

Omisso initio, inc. a med. cap. 3 : *Et vere priscus fuit Iacob praedicando, Israel contemplando, ut nec Lia nec Rachel...*

4. (Pag. 163-249) Vita B. Francisci = *BHL.* 3107, 3109.

CODEX 253 (ALIAS A. VI. 40)

Membraneus, foliorum 62 (0^m,123 × 0,083), exaratus saec. XV manu antiquaria. Erat saec. XVI *Octavii Guidotti Romani fisichi* (fol. 59.)

1. (Fol. 1-31^v) Vita B. Pauli primi eremitae ab Hieronymo presbytero conscripta = *BHL.* 6596.

2. (Fol. 32-59) De Malcho monacho captivo libellus ab Hieronymo editus = *BHL.* 5190.

CODEX 276 (ALIAS B. IV. 13)

Constat simul conglutinatis aliquot codicillis membraneis exaratis saec. XV et XVI. Erat olim Iusti Fontanini archiepiscopi Ancyrani.

Hagiographicus est quintus codicillus, qui et ultimus est.

V. Foliorum 28, sign. 2-29 (0^m,206 × 0,160) paginis bipartitis exaratus saec. XV. In parte recta singulorum foliorum scriptum est saec. XVI : *Cypriano Manente.* Totum implet

(Fol. 2-29^r) Liber fratris Odorici de Foro Iulii, provintie Sancti Antonii, de quadam terra quae dicitur Pontus Naonis = *BHL.* 6306.

Inc. *Nam primo transiens mare magnum* — Inc. appendix I. *Unum quod omisi referam* — Inc. appendix III. *Ego frater Odoricus de Foro Iulii* — Des. appendix II. *et magnis coruscat miraculis. Amen.* Praemissus est index capitulorum. Cod. 276.

CODEX 331 (alias B. V. 24)

Membraneus, paginarum 132 ($0^{m},22 \times 0,16$), paginis bipartitis exaratus saec. XIV.

(Pag. 112-118) Legenda B. Bernardi abbatis Claravallensis = *BHL.* 1236.

Sequuntur 1° (pag. 118-119) De antiphona Salve regina, quando facta est. *In monasterio quodam, in quo Dei famulus Bernardus abbatiae gerebat officium, duo erant adulescentes novitii...* Quos, cum aquis submersi essent, vidit in somnio sanctus Bernardus cantantes antiphonam *Salve regina.*

2° (p. 119-120) < Quod lacte suo B. Virgo S. Bernardum recreavit>. Inc. *Vere laudandus et canendus* (cod. *canandus*) *vir iste beatus Bernardus, qui apud venerabilem <Dei> genitricem tantam meruit gratiam invenire* — Des. *ad quae nos introducat per beati Bernardi suffragia inclitus ille salvator Iesus, cui cum Patre... Amen.*

Indicem capitulorum Vitae, in quo et hae duae narrationes tamquam ultima Vitae capitula recensentur, legere est pag. 132.

CODEX 395 (alias A. III. 23)

Membraneus, foliorum 243 ($0^{m},286 \times 0,208$), paginis bipartitis exaratus saec. XIV.

Continet *Legendam auream.* Pro Vita S. Francisci Assisiensis *BHL.* 3130 exscripta est (fol. 199-205^{v}) Vita *BHL.* 3110. Post capitulum de S. Laurentio inserta est (fol. 161-163^{v}) Vita S. Clarae Assisiensis excerpta ex libello *BHL.* 1815 (inc. sine prol. ut *BHL.* 1815; des. *festumque eius sollemniter in tota ecclesia celebrandum instituit. Acta sunt haec apud Anagniam... anno dominicae incarnationis MCCLV... Amen*).

CODEX 457 (alias B. I. 12)

Membraneus, foliorum 174 ($0^{m},480 \times 0,315$), paginis bipartitis exaratus saec. XIV. Negleximus veterem numerorum seriem, quibus olim folia distincta erant; numeri siquidem illi non recte inscripti erant et praeterea plerique compactoris scalpro sunt excisi.

Cod. 457. Fol. 1 litteris rubris : *Incipiunt legendae sanctorum a primo die augusti usque ad festum sancti Saturnini.* Est hic liber lectionarius de sanctis, litteris grandioribus ad usum divini officii ecclesiae Beneventanae descriptus. Singulas legendas paucis recensuisse satis erit.

Fol. 174v descriptus est index Vitarum.

1. (Fol. 3-4) Passio S. Iustini presb. et mart. (ex *BHL.* 4586).
2. (Fol. 4-5) In festo S. Stephani papae et mart. (ex Adone, 2 aug.).

Sequitur laudatio eiusdem ex *Libro pontificali.*

3. (Fol. 5-6v) In inventione S. Stephani protomart. (Ado, 3 aug.).
4. (Fol. 7-10v) In festo beatae Dei genitricis Mariae, qualiter basilica eiusdem, scilicet Sancta Maria Maior de Urbe, ad signum nivis caelitus ostensum aedificata fuit = *BHL.* 5403.
5. (Fol. 10v-13) In festo S. Dominici = *BHL.* 2227.

Deest prologus. — Des. *diem igitur notans et horam invenit tunc servum Dei Dominicum migrasse a corpore* (ed. Graesse, p. 479 med.)

6. (Fol. 15-17) In festo ss. mm. Xisti, Felicissimi et Agapiti.

Ex *Libro pontificali* et *BHL.* 7809.

7. (Fol. 17-18) In festo S. Donati ep. et mart. (Ado, 7 aug.).
8. (Fol. 18-18v) In festo SS. Cyriaci, Largi et Smaragdi (ex Adone, 16 mart. et 8 aug.).
9. (Fol. 18v-19) In S. Romani mart. (ex Adone, 9 et 10 aug.).
10. (Fol. 19-21) In festo SS. Septem Dormientium (ex *BHL.* 2318).
11. (Fol. 21-22) In festo S. Laurentii (ex *BHL.* 4753).
12. (Fol. 25-26v) In ss. mm. Tyburcii et Susannae (Ado, 11 aug.).

Nihil exscriptum est de S. Susanna.

13. (Fol. 26v-28) In festo S. Cassiani episcopi Beneventani.

Laudatio rebus narratis valde ieiuna, cuius summam optime a Ferrario traditam videsis in *Act. SS.*, Aug. t. II, p. 723, num. 1.

Inc. *Ad sancti huius patris Cassiani, huius nostrae Beneventanae civitatis episcopi, sollemnitatis gaudia, fratres carissimi, venire curemus* — Des. *Ubi florent eius orationum merita, ad laudem et gloriam... Amen.*

14. (Fol. 28-29v) In festo S. Clarae virg. (ex *BHL.* 1817).
15. (Fol. 29v-30) In festo SS. Hippolyti et sociorum eius (Ado, 13 aug.).
16. (Fol. 30-30v) Eodem die S. Concordiae (Ado, 13 aug.).
17. (Fol. 30v-31) In commemoratione S. Eusebii (Ado, 14 aug.).
18. (Fol. 42v-43) In S. Agapiti mart. (Ado, 18 aug.).
19. (Fol. 43-45) In S. Magni (ex *BHL.* 5169).
20. (Fol. 45-46v) In festo S. Bernardi ab.

Epitome. — Inc. *Bernardus Fontanis oppido Burgundiae patre Tecilino milite, matre Adeleide, claris quidem dignitate saeculi* — Des. *Post multa miracula et exempla virtutum, completis annis vitae eius 63, anno Domini 1153 migravit ad Dominum.* Cod. 457.

21. (Fol. 46v) In festo SS. Timothei, Hippolyti et Symphoriani (Ado, 22 aug.).

Exscriptus est solus locus de S. Timotheo.

22. (Fol. 46v-52v) In festo S. Bartholomaei apost. (ex *BHL.* 1002, 1003).

Subiuncta est brevissima commemoratio translationum in Liparim et Beneventum.

23. (Fol. 52v-56v) Historia corporis S. Mercurii Cesarea delati Quintodecimum et exinde translati Beneventum = *BHL.* 5937.

24. (Fol. 56v-57v) In festo S. Augustini ep. et conf. (Ado, 28 aug.).

25. (Fol. 58v-59) De S. Hermete (ex Adone, 28 aug.).

26. (Fol. 62-62v) Pro S. Sabina (ex Adone, 29 aug.).

27. (Fol. 62v-63) In festo SS. Felicis et Audacti = *BHL.* 2878.

28. (Fol. 63-65) In festo SS. Duodecim Fratrum (ex *BHL.* 2297).

29. (Fol. 65-67) In S. Antonini mart. (ex *BHL.* 572).

30. (Fol. 68v-69) Pro S. Adriano (ex Adone, 8 sept.).

31. (Fol. 74) In festo S. Gorgonii mart. = *BHL.* 3615.

32. (Fol. 74v) In ss. mm. Prothi et Iacinthi (ex Adone, 11 sept.).

33. (Fol. 74v-77) In festo exaltationis sanctae crucis. Sex primae lectiones pro sanctis.

De S. Cornelio papa narratio desumpta praesertim ex *Libro pontificali;* de S. Cypriano et de Exaltatione crucis ex Adone, ad d. 14 sept.

34. (Fol. 77v) In S. Nicomedis mart. (Ado, 15 sept.).

35. (Fol. 77v-78v) In festo SS. Luciae et Geminiani (ex Adone, 16 sept.).

36. (Fol. 78v-79) S. Euphemiae (Ado, 16 sept.).

37. (Fol. 79-84) In festo ss. mm. Ianuari ep., Festi et Desiderii = *BHL.* 4115-4118.

38. (Fol. 84-84v) In festo S. Mathaei apost. et evang.

Brevis Vita, quae paene inc. et des. ut *BHL.* 6544, cap. 76. — Inc. *Beatus Mathaeus apostolus et evangelista, qui latine interpretatur donatus, qui etiam e tribu sua Levi* — Des. *qui orantem apostolum expansis manibus a tergo punctum ictu gladii feriens Christi martyrem fecit. Passus est... et requiescit in montibus Parthorum XI kal. octobris.*

39. (Fol. 87-88v) In festo S. Mauricii et sociorum eius martyrum (ex *BHL.* 5748).

40. (Fol. 88v-89) In S. Lini papae et mart.

Ex *Libro pontificali.*

Cod. 457.

41. (Fol. 89-91) In S. Teclae virg. (ex *BHL.* 8022).

42. (Fol. 91-92v) In ss. mm. Cypriani et Iustinae virg. (Ado, 26 sept.).

43. (Fol. 92v-93) In festo SS. Cosmae et Damiani (Ado, 27 sept.).

44. (Fol. 93-94v) In dedicatione S. Michaelis archang. (ex Adone, 29 sept.).

45. (Fol. 98-99) In festo S. Hieronymi presb. (ex Adone, 30 sept.).

46. (Fol. 100v) In festo S. Remigii conf. (Ado, 1 oct.).

47. (Fol. 100v-103) In festo S. Modesti levitae et mart.

Ieiuna valde narratio, cuius summa ex Ferrario bene tradita est in *Act. SS.*, Oct. t. I, p. 326, num. 2. Nihil in codice de translatione dicitur.

Inc. *Modestus igitur noster, modestus nomine et opere, appellative et proprie, de tellure Sardinica lapis nobis topation et lucifer matutinus effulsit* — Des. *martyrii consummavit agonem. Passus est igitur sanctus martyr Modestus VI nonas octobris Diocletiano et Maximiano tyrannizantibus.... Amen.*

48. (Fol. 103-104v) In festo S. Francisci (ex *BHL.* 3110).

49. (Fol. 104v-105) De S. Marco papa et conf.

Ex *Libro pontificali.*

50. (Fol. 105-107) In festo S. Domnini mart. = *BHL.* 2265.

51. (Fol. 107) In festo SS. Dionysii, Rustici et Eleutherii (Ado, 9 oct.).

52. (Fol. 107-107v) In festo S. Calisti papae et mart.

Ex *Libro pontificali.*

53. (Fol. 107v-110) In S. Pardi ep. et conf. (ex *BHL.* 6465).

54. (Fol. 110-110v) In festo S. Lucae evang. = *BHL.* 4971.

Sequitur alia laudatio, quae inc. *Lucas hebraice, latine ipse consurgens sive elevans... et sepultus est in Bithinia plenus Spiritu sancto. Cuius ossa regnante Constantino in Constantinopolim sunt translata. Cuius natalicium celebratur XV kal. novembris.*

55. (Fol. 110v-112) In festo S. Hilarionis ab. (Ado, 21 oct.).

56. (Fol. 112-114) In festo S. Ursulinae cum sociabus suis (ex *BHL.* 8437).

57. (Fol. 114-118) In festo translationis S. Ianuarii de Neapoli Beneventum = *BHL.* 4140.

58. (Fol. 118-121v) In translatione sanctissimi Bartholomaei apostoli ex Lipari Beneventum (ex *BHL.* 1008).

Inde ab : *Ad hanc itaque insulam* (Borgia, p. 335) usque ad : *beneficia persenserunt, praestante Domino... Amen* (ibid., p. 346).

59. (Fol. 121v-122v) Unde supra de S. Bartholomaeo apostolo.

Reliqua pars libelli *BHL.* 1008, inde ab : *Licet nunc* (Borgia, p. 346).

60. (Fol. 122v-123) Alia translatio B. Bartholomaei apostoli.

Inc. ut *BHL.* 1011. — Des. : *Dormitionis vero eius festiva celebritas colitur VIII kal. septembris; sicque ter in anno... Amen.* Cf. *BHL.* 1006. Cod. 457.

61. (Fol. 123-125) In SS. Crisanti et Dariae (ex *BHL.* 1787).

62. (Fol. 125) In festo S. Evaristi papae et mart.

Ex *Libro pontificali.*

63. (Fol. 125-126) In festo apostolorum Simonis et Iudae.

Epitomae. — Inc. I : *Simon Chananaeus ad distinctionem* — Des. *cum ipso iudice mirantibus ut 120 annorum senex crucis supplicium pertulisset. Passus est autem die V kal. novembris... Quo etiam die festum beati Iudae coapostoli eius simili honore celebratur.* Cf. cod. Lateranensis A. 80[46]. — Inc. II : *Iudas, qui interpretatur confessor, Iacobi frater, qui alibi appellatur Libeus* — Des. *Sepultus est in Eritho Armeniae urbe. Cuius festivitas celebratur V kal. novembris.*

64. (Fol. 126-128) In festo S. Germani ep. et conf. (ex *BHL.* 3465).

65. (Fol. 128-130) In festo S. Maximi mart. (ex *BHL.* 5846).

66. (Fol. 135-137) In festo S. Caesarii diaconi martyris (ex *BHL.* 1511).

67. (Fol. 137-138[v]) In festo ss. mm. Vitalis et Agricolae = *BHL.* 8691.

68. (Fol. 138[v]-140[v]) In S. Pardi ep. et conf. = supra n° 53.

69. (Fol. 140[v]-142[v]) In S. Leonardi (ex *BHL.* 4862).

70. (Fol. 142[v]-144[v]) In festo S. Casti ep. et mart.

Vita S. Casti episcopi Treventini, quem tempore Clementis I papae a Saracenis interfectum scriptor comminiscitur. In nona lectione, quae est ultima, paucis narratur translatio S. Casti Beneventum tempore Arichis principis peracta. — Inc. *Beatissimus igitur Castus, castus nomine et opere, proprie et appellative* (cf. supra, **47**), *de finibus urbis Romae originem duxit* — Des. *Quod inde auferentes cum hymnis et laudibus Beneventum transtulerunt atque in altario recondiderunt, ubi erat oraculum Sancti Andreae iuxta ecclesiam Beati Petri apostoli, in ipsa possessione praedicti Madii Cariosi; ubi a Domino praestantur multa beneficia per merita beati Casti usque in hodiernum diem.*

71. (Fol. 144[v]-146) In festo SS. Quattuor Coronatorum (ex *BHL.* 1837).

72. (Fol. 146-146[v]) In festo S. Theodori mart. (Ado, 9 nov.).

73. (Fol. 146[v]-149[v]) In festo S. Martini ep. et conf. (ex *BHL.* 5610, 5613).

74. (Fol. 149[v]) Pro S. Menna (Ado, 11 nov.).

75. (Fol. 149[v]-151) In festo S. Martini papae et mart.

Ex *Libro pontificali.*

76. (Fol. 151-152[v]) In festo S. Bricii ep. et conf. = *BHL.* 1452.

Cod. 457. **77.** (Fol. 152v-156v) In festo S. Helisabeth.

Lectiones novem. — Inc. lect. I : *Ad decus et honorem divinae clementiae* (cf. *BHL.* 2493 prol.) *et ad aedificationem Ecclesiae vitam et exitum beatissimae Helisabeth breviter sed veraciter explicamus. Cum esset nobilissimis orta natalibus, regis scilicet Ungarorum filia, in palatio et in purpura nobiliter educata et quinquennis adhuc litteras ignoraret, imbuta fide catholica frequenter se ante altare provolvit, expandens coram se psalterium tamquam orans, ut ex bonae indolis praesagio frequenter genuflexionibus complicatisque manibus coram altari ore pavimento adhaereret* (cf. *BHL.* 2493, pars I : Menckenius, col. 2012 med.), *primosque infantiae flosculos argumento bonae indolis et flore misericordiae decorabat. Aliquantulum autem adulta beatissimum Iohannem evangelistam...* (cf. ibid., col. 2012 extr.). — Des. lect. IX : *Ut de mutis caecis surdis claudis daemoniacis aliisque diversis passionum incommodis sileamus, tot post mortem eius meritis mortuos suscitavit, ut digne eam in hoc sanctis praeteriti temporis praerogativis maximis praeferamus. Ubi etiam illud superadditur admirandum, quod postquam corpus eius sollemniter elevatum est, de membris eius miri saporis et odoris olei liquor effulsit ad laudem domini nostri Iesu Christi.*

78. (Fol. 156v) In festo S. Pontiani papae et mart.

Ex *Libro pontificali.*

79. (Fol. 157-159v) In festo S. Caeciliae virg. et mart. (ex *BHL.* 1495).

80. (Fol. 159v-162) In festo S. Clementis.

Ex Hieronymo (*De vir ill.* 15), ex *Libro pontificali* et ex *BHL.* 1848.

81. (Fol. 162-163v) In S. Grisochoni mart. (ex Adone, 24 nov.).

82. (Fol. 163v-168v) In S. Mercurii mart. = *BHL.* 5934.

83. (Fol. 168v-172) In S. Katherinae virg. (ex *BHL.* 1659).

84. (Fol. 172-174) In festo S. Petri Alexandrini (ex *BHL.* 6692).

CODEX 463 (alias A. I. 21)

Membraneus, foliorum 102 ($0^{m},43 \times 0,31$), paginis bipartitis exaratus variis manibus saec. XIII litterisque pictis belle ornatus.

Fol. 1 legitur *Iohannis de Bellomonte Franciae camerarii amico suo specialissimo domino Gaufrido de Capellis Franciae pannetario* epistula die 26 iunii 1249 data de S. Ludovico IX rege.

Fol. 45-45v descripta sunt epitaphia sex (Ludovici Francorum regis, S. Bernardi abbatis, Hugonis episcopi, Sugerii abbatis, Theobaldi comitis, Eugenii papae) ed. *P.L.*, t. CLXXXV, col. 1251-54. Singulis praefixa sunt eadem lemmata, quae in editis.

Cod. 463.

1. (Fol. 46-50) Vita et Passio B. Thomae pontificis et martyris = *BHL.* 8206.

2. (Fol. 50-78v) Liber de miraculis beatissimi Thomae martyris et Cantuariensis archiepiscopi = *BHL.* 8171.

Reliquis omissis et pagina non impleta, desinit in cap. 18 libri III : *Quos puer ut vidit, extimuit et inhorruerunt pili capitis eius, maxime cum sanguinem*|

3. (Fol. 79-81) Translatio S. Stephani protomartyris de Hierosolymis in CPolim = *BHL.* 7857, 7858.

4. (Fol. 81-83v) Translatio S. Stephani Romam = *BHL.* 7884. Mai 6.

5. (Fol. 84-89v) Vita beatissimi Leonardi confessoris Christi = *BHL.* 4862-4871.

6. (Fol. 89v-96) Vita S. Petri prioris Iuliaci = *BHL.* 6715.

CODEX 529 (alias B. VI. 32)

Chartaceus, insertis paucis membranis (fol. 29-32), foliorum 50 (0^m,163 × 0,122), exaratus saec. XIV. Perierunt folia 25-28.

Continet (fol. 1-24v et 33-50v) fragmentum *Legendae aureae* ab initio ad caput 53 (de Passione Domini), ita tamen ut nonnulla interciderint. Inserta sunt etiam manu paulo posteriore alia quaedam, id est

1. (Fol. 20-22v) De S. Antonio confessore de Ordine Minorum.

Inc. ut *BHL.* 592. Pagina non impleta, des. mutila : *Sed quoniam longum foret enarrare per ordinem quot diversas provincias praedicando lustraverit, quanta ad eum tam maiorum quam minorum re*| (*Act. SS.*, num. 11. in.)

2. (Fol. 39-40v) <De S. Clara Assisiensi>.

Inc. ut *BHL.* 1817. Fol. 40v in ultima parte folii annotatum est : *Residuum huius legendae quaere in fine libri ubi invenies tale signum* ★ ... Verum extremo libro perdito, nihil inveniri potest.

CODEX 588 (alias B. V. 34)

Membraneus, foliorum 73 [A-G, sign. 2-55, H-S] (0^m,208 × 0,152), exaratus saec. XV.

(Fol. A-F) In visitationem B. Antonii ad B. Paulum heremitam primum... = *BHL.* 6596.

CODEX 620 (ALIAS B. III. 12)

Membraneus, foliorum olim circiter 355 (0m,252 × 0,180), belle exaratus anno 1436. Nam folio ultimo in parte aversa scripsit ipse amanuensis : *Explicit liber quintus... feliciter anno M.CCCC°. XXXVI° die secunda aprilis* ; subiunxit autem alia manus : *Hic liber est mei Iuliani cardinalis Sancti Angeli, quem feci scribi Basilee anno Domini M. CCCC. XXXVI.*

Perierunt duodecim prima folia membranea ; pro quibus in foliis chartaceis 14 supplevit manus saec. XVII initium libelli 1, quod iam deerat. Ante autem quam periit initium voluminis, omnia folia serie numerorum signata erant, quae etsi partim compactoris cultro abscisa est, satis tamen agnosci potest. Folium 164 loco mutatum est et quinto loco ante finem codicis postea positum ; alia perierunt, v. g. circa folium 350.

1. (Fol. 1-34v) Vita B. Antonii abbatis = *BHL.* 609.
2. (Fol. 34v-47v) Vita B. Hilarionis = *BHL.* 3879.

   Foliis perditis (et ante perierunt quam numeris suis folia sunt signata), des. *suspitionem accolis tolleret, cum ingenti* | (*P. L.*, t. XXIII, col. 52, cap. 46).
3. (Fol. 48-90) Liber primus vitae patrum = *BHL.* 6524.

   Foliis perditis, incipit sub initio prologi : *miles paratus in castris imperatoris praesentiam...* (*P. L.*, t. XXI, col. 389, lin. 16.)
4. (Fol. 90-93v) Hieronymus de monacho captivo, nomine Malcho = *BHL.* 5190.
5. (Fol. 94-94v) <Vita S. Frontonii abbatis> = *BHL.* 3192.

   Solus prologus.
6. (Fol. 95-96v) De Hospicio recluso = *BHL.* 3987.

   Des. *qui multa mihi alia de eius virtutibus narravit ; pro quibus gloria salvatori Deo... Amen.*
7. (Fol. 96v-130) Vita B. Pachomii = *BHL.* 6410.
8. (Fol. 131v-137) Vita B. Onufrii = *BHL.* 6336.
9. (Fol. 137-148v) Vita Abrahae eremitae = *BHL.* 12.
10. (Fol. 148v-164v) Hieronymus in vita S. Paulae = *BHL.* 6548.

    De folio 164, vid. supra.
11. (Fol. 164v-177) Vita S. Mariae Aegyptiacae = *BHL.* 5415.

    Deest prologus interpretis.

    Perierunt folia 178-180.
12. (Fol. 181-217v) Liber secundus de vitis patrum = *BHL.* 6525 *(ut " in primo editionum genere „)*.

    Excisum est folium 218.

13. (Fol. 219-246) <Liber tertius de vitis patrum> = *BHL.* 6534. Cod. 620.

Folio exciso, inc. mutilus sub initio cap. 1 : *virorum cum Athanasio episcopo causa fidei fuit Romae ; deinde etiam cum Demetrio episcopo...* (*P. L.*, t. LXXIV, col. 344 A).

14. (Fol. 246-340) Liber quartus de verbis <et> exemplis sanctorum patrum heremitarum, cuius principium Pelagius sanctae Romanae ecclesiae diaconus, extrema (*cod.*-mo) vero Iohannes subdiaconus de graeco transtulit in latinum ad institutionem vitae monachorum = *BHL.* 6528, 6529.

Deest folium 247.

15. (Fol. 340-circiter 350) Quintus liber de institutione et conversatione sanctorum patrum = *BHL.* 6538.

Inc. prologus et inc. liber ut *BHL.* 6538. Verum cum folia quaedam perierint, alia perverso ordine sint posita (v. g. illud quod sequitur fol. 343), non est videre quomodo desinat liber mutilus.

16. (Fol. paenultimum et ultimum) <Vita S. Marinae> = *BHL.* 5528.

Folio perdito, inc. mutila : *diaboli, ne seducaris ab eo...* (*P. L.* t. LXXIII, col. 691 B, cap. 1).

Post ultima verba venit demum : *Explicit liber quintus...*

CODEX 621 (alias B. V. 3)

Membraneus, foliorum 112 (0^m,255 × 0,170), exaratus saec. XIII.

Periit pars posterior voluminis. Ultima, quae supersunt, folia a muribus partim corrosa sunt.

(Fol. 1-112^v) Vita B. Gregorii romani pontificis = *BHL.* 3641.

Foliis perditis, des. mutila : *quia tam a vobis quam a diabolo sub uno* | (*P. L.*, t. LXXV, col. 232 C ; lib. IV, c. 86).

CODEX 641 (alias B. IV. 18)

Membraneus, foliorum 189 (0^m,255 × 0^m,205), exaratus variis manibus beneventanis saec. IX in. Margo inferior a muribus corrosus est.

Fol. 1 scriptum est saec. XV : *Liber maioris ecclesiae.*

1. (Fol. 97-104) Vita et obitus Fursei abbatis = *BHL.* 3209.

2. (Fol. 137-140) <Pauli diaconi carmen de S. Benedicto> = *BHL.* 1105.

Solum carmen *Ordiar inde.*

Cod. 641.

3. (Fol. 140-140^{v}) De miraculis Osualdi regis.

Beda, *Hist. eccl.* lib. III, cap. 13 ultima pars, inde ab : *Tempore mortalitatis quae Britanniam...* usque ad finem : *gloriam praedicabat.*

4. (Fol. 168-170) Visiones de historia gentis anglorum Bedani presbyteri. De sancto Furseo scotto = *BHL.* 3212.

Omissa ultima sententia, des. *saepe constat, Deo operante, claruisse virtutibus.*

CODEX 662 (alias C. II. 3)

Membraneus, foliorum sign. 9-293 ($0^{m},271 \times 0,198$), paginis bipartitis exaratus saec. XIV.

Continet *Legendam auream*, quae, foliis primis et extremis perditis, incipit ab ultima parte cap. 2 (de S. Andrea) et desinit sub initio cap. 180 (de SS. Barlaam et Iosaphat).

CODEX 668 (alias B. III. 17)

Membraneus, paginarum A, B et sign. 1-166, 169-274 ($0^{m},290 \times 0,205$), exaratus variis manibus saec. XII/XIII.

Fuit monasterii monialium SS. Theodoriti et Laurentii Avenionensis (cf. pag. 191-192, 268-274).

1. (Pag. 147-178) Vita B. Marthae hospitae Christi = *BHL.* 5545.

2. (Pag. 179-191) Passio S. Thomae Cantuariensis = *BHL.* 8209.

3. (Pag. 193-202) Passio ss. mm. Chaprasii et Fidei = *BHL.* 2936 a.

4. (Pag. 202-232) Passio beatissimi martyris Theodoriti = *BHL.* 8076.

5. (Pag. 232-255) Gesta vel passio S. Caeciliae virg. = *BHL.* 1495.

Reliquis omissis, des. *ad gloriosas passiones eorum articulum reflectamus* (= Mombritius, fol. 190^{v}, col. 2, lin. 3).

6. (Pag 255-256) Passio sancti ac beatissimi Clementis episcopi et martyris Christi, qui passus est Roma = *BHL.* 1848.

Foliis perditis, superest solum initium.

7. (Pag. 257-268) Passio S. Andreae apost. = *BHL.* 428. Nov. 30.

Foliis perditis, deest initium.

CODEX 699 (alias X. III. 19)

Chartaceus, paginarum 949 ($0^{m},32 \times 0,20$), exaratus paulo post annum 1640.

Est hoc exemplar manu scriptum libri qui anno 1647 typis editus est, Hermanni Crombachii *Vita et martyrium S. Ursulae;* exemplar autem hoc « ad RR. PP. Revisores » mittendum erat (cf. pag. 949).

CODEX 711 (ALIAS A. III. 3)

Membraneus, foliorum 78 ($0^{m},317 \times 0,208$), exaratus saec. XII.

(Fol. 57-65^{v}) Vita vel obitus sanctorum qui in Domino praecesserunt = *BHL.* 6544.

CODEX 713 (ALIAS A. II. 28)

Membraneus, foliorum nunc 106 ($0^{m},325 \times 0,245$), paginis bipartitis exaratus saec. XI.

Multa folia perierunt.

1. (Fol. 1-1^{v}) <Passio S. Blasii> = *BHL.* 1371 a.

   Periit initium. — Des. *Traditum est hoc usque in hodiernum diem omnibus perficientibus memoriam beatissimi et gloriosi Christi martyris Blasii cum lampadibus et hymnis et gloria indesinenter. Passus est... Amen.*

2. (Fol. 1^{v}-5) Passio S. Agathae virg. = *BHL.* 133. Febr. 5.
3. (Fol. 5-19) Vita B. Benedicti ab. = *BHL.* 1102. Mart. 21.

   Additum est (fol. 19) carmen *Ordiar inde* usque ad : *Omissis populis anguis inique furis.*

4. (Fol. 21-24^{v}) <Vita S. Constantii ep. Perusini> = *BHL.* 1939.

   Foliis perditis, inc. mutila : *concretus, eius quidem mirae claritatis aspectus* (*Act. SS.*, num. 4 in.), et des. mutila : *suavitatis odorem a beati Leviani* (sic) *corpore perceperunt* (ibid., num. 26 in.).

5. (Fol. 32-37^{v}) <Gesta Pilati>.

   TISCHENDORF, *Evangelia apocrypha*, p. 312-95; 2^{a} ed., p. 333-416. — Foliis perditis, inc. mutila a medio cap. 15 : *quia beatus Elyas propheta adsumptus est in caelum.* — Des. *quae gesta sunt de Iesu in praetorio meo.*

6. (Fol. 39-41) <Passio S. Marci evangelistae> = *BHL.* 5276.

   Praemissus est prologus idem, qui in cod. S. Mariae Maioris A^{48}; cuius tamen initium hic periit.

7. (Fol. 41-41^{v}) <Passio S. Iacobi apostoli> = *BHL.* 4093.

   Praecedit prologus idem, qui in codice S. Mariae Maioris A^{51}.

8. (Fol. 41^{v}-42^{v}) Passio B. Philippi apostoli = *BHL.* 6813, 6814.
9. (Fol. 42^{v}-45^{v}) <Inventio sanctae crucis> = *BHL.* 4169.

   Foliis perditis, des. mutila : *Subito autem magna coruscatio de caelo illuxit ubi inventa est sancta crux, clarior solis lumi* | (*Act. SS.*, num. 12 post med.).

Cod. 713.

10. (Fol. 46-47v) <Vita S. Paterniani ep. Fanensis> = *BHL.* 6473.

Foliis perditis, inc. mutila : *Et dic mihi quid manducavit et in hoc lege, quem tu praedicas, quid vobis amplificavit. Quae vobis multiplicavit si non ieiunaveritis, sicut regula monasterii docet.* — Des. *Et ille dixit : Exire <h>abet fumus de vico Tanarum. Fuliginare <h>abet omnis terra et transiturus es in ipso die pridie idus novembris. Requiescit sanctus Paternianus in vico Tanarum inter Sinigalia et Fisanum, Deo gratias requiescet in pace. Et celebratur dies festivitatis eius X° die iulii, regnante Domino... Amen.*

11. (Fol. 47v-53) Passio B. Appollenaris, qui fuit discipulus B. Petri apostoli = *BHL.* 623. Iul. 10.

12. (Fol. 53-56v) Passio S. Iacobi apostoli fratris Iohannis = *BHL.* 4056, 4057. Iul. 25.

13. (Fol. 59v-61v) Passio S. Stephani papae = *BHL.* 7845.

Foliis perditis, des. mutila : *Tunc catetizavit eos in eclesiastica traditione et baptizavit quotquot crediderunt in domo Olimpii* | (*Act. SS.*, num. 10 extr.)

14. (Fol. 62-63) <Passio S. Sixti papae> = *BHL.* 7801.

Foliis perditis, inc. mutila : *quasi senex levioris pugnae cursum recipimus ; te quasi iuvenem manet glo<rio>sior de tyranno triumphus...* (*Act. SS.*, num. 3 med.)

15. (Fol. 63-68) Passio B. Laurentii mart. = *BHL.* 4753, 3961.

16. (Fol. 73-77) Passio S. Bartholomaei apost. = *BHL.* 1001, 1002, 1003. Aug. 25.

17. (Fol. 77-78) Passio S. Savinae virg. = *BHL.* 7407. Aug. 29.

18. (Fol. 82v-85) Exaltatio sanctae crucis domini nostri Iesu Christi.

Inc. prol. *Inventione<m> autem sanctae crucis domini nostri Iesu Christi cum gaudio nimio et gloria tertio mense celebravimus. Hodie vero* — Inc. *Post inventionis eius gloria<m> invidia ductus diabolus commovit virum ferocissimum Chrosroi imperatore<m>* — Des. *Venite adoremus lignum sanctae crucis, et magnificemus nomen sanctae crucis, et celebremus memoriam exaltationis eius XVIII kal. octobris ad honorem et gloriam Domini... Amen.*

19. (Fol. 85-85v) SS. Cornelii et Cypriani = *BHL.* 1958. Sept. 14.

Superest solum initium usque ad : *Nos omnes desiderio desideramus tecum* (Schelstraete, p. 189, col. 2 ante med.)

20. (Fol. 86-90) <Passio S. Matthaei apost.> = *BHL.* 5691.

Foliis perditis inc. mutila : *cum sis hebraeus, nosti graecam et aegiptiam et ethiopicam sermocinationem...* (*Act. SS.*, num. 6 sub in.)

21. (Fol. 90-92) Dedicatio basilicae beati archangeli Michahelis = *BHL.* 5948. Sept. 29.

22. (Fol. 92-93ᵛ) Passio S. Lucae evang. = *BHL.* 4974. Oct. 14. Cod. 713.

Foliis perditis, des mutila : *Isti homines maligni sunt et contra deos et contra regnum tuum subtiliter agunt. Nam si vis scire* |

23. (Fol. 95-97ᵛ) Passio B. Caesarii diaconi = *BHL.* 1511.

24. (Fol. 97ᵛ-101ᵛ) Passio ss. nm. Quattuor Coronatorum, Severus, Severianus, Carpoforus et Victorinus = *BHL.* 1837. Nov. 8.

Foliis perditis, des. mutila sub initio cap. 8 : *Nos non expavescimus terrores vestros nec blanditiis frangimur, sed magis nos timemus tormenta* (apud Büdinger, p. 336 med.)

25. (Fol. 102-102ᵛ) <Miraculum de imagine crucifixi Berytensi>.

Fragmentum recensionis diversae ab editis *BHL.* 4227, 4228, 4230.

Foliis perditis narratio inc. mutila : *autem dierum vocavit ipse Iudeus congentile eius ad prandium...* et des. mutila : *Concurrebant autem omnes adducentes infirmos quos habebant in domibus* (cf. *P. L.*, t. CXXIX, col. 284 B-285 D ; *P. G.*, t. XXVIII, col. 814 A-817 A).

Folium 106 ex alio codice paginis bipartitis exarato saec. XI/XII huc accessit.

26. (Fol. 106) <Passio S. Donati> = *BHL.* 2289.

Supersunt sola ultima verba.

27. (Fol. 106-106ᵛ) Miracula ipsius = *BHL.* 2304.

Deest prologus, superestque solum initium.

CODEX 718 (alias B. I. 3)

Membraneus, foliorum A, sign. 229, B ($0^{m},52 \times 0,36$), paginis bipartitis exaratus saec. XI.

1. (Fol. 1-3) Passio S. Andreae apost. = *BHL.* 428. Nov. 30.

Praecedit idem prologus, qui in codice Lateranensi A. 81[103].

2. (Fol. 3-4) Passio S. Barbarae virg. Dec. 4.

Inc. *In diebus illis sub imperatore Maximiano, praeside autem Martiano, erat quidam vir magnus, nomine Dioscorus.* — Des. *et consumpsit eum. Valentinianus autem quidam vir religiosus et timens Deum petiit corpus beatae Christi martyris... Martyrizata est autem... Amen.*

3. (Fol. 4-11) Vita S. Nicholai ep. et conf. = *BHL.* 6105-6107, 6150-6156, 6160, 6161, 6163-6165, 6108. Dec. 6

Inter 6160 et 6161 legitur locus qui inc. *Haec licet perpauca scripta sunt ex his quae sanctissimus in vita sua patravit...* et des. *ad diversorum proficuam unctionem. Refero itaque caritati vestrae quod veridica relatione comperi.*

4. (Fol.11-16) Vita S. Ambrosii Mediolanensis ep. = *BHL.* 377. Dec. 7.

Deest prologus.

Cod. 718.

5. (Fol. 16-17^{v}) Vita S. Zenonis Veronensis ep. = *BHL.* 9007. Dec. 8.

Des. *Qui etiam venerabilis locus in recta ineffabilis ac beatae Trinitatis confessione signis ac miraculis coruscat.*

6. (Fol. 17^{v}) Lectio S. Gregorii papae de miraculo S. Zenonis.

Inc. *Quando apud Romam urbem alveum suum Tiberis egressus est.* — Des. ut *BHL.* 9007.

7. (Fol. 17^{v}) Versus = Chevalier, *Repert. hymn.* 15147.

8. (Fol. 17^{v}-20^{v}) Vita beatissimi Syri episcopi = *BHL.* 7976. Dec. 9.

9. (Fol. 20^{v}-21^{v}) Passio S. Luciae virg. = *BHL.* 4992. Dec. 13.

10. (Fol. 21^{v}-25^{v}) Passio S. Thomae apost. = *BHL.* 8143, 8136. Dec. 21.

11. (Fol. 25^{v}-29) Passio S. Iohannis apost. = *BHL.* 4320. Dec. 27.

Praecedit prologus idem, qui in codice Lateranensi A. 81[128].

12. (Fol. 29-29^{v}) Passio S. Columbae virg. = *BHL.* 1893. Dec. 30.

13. (Fol. 29^{v}-42^{v}) Vita S. Silvestri papae = *BHL.* 7725-7729, 7731, 7733, 7735. Dec. 31.

14. (Fol. 42^{v}-43) Passio S. Concordii mart. = *BHL.* 1906. Ian. 1.

15. (Fol. 43-45^{v}) Acta S. Barbatiani ep. et conf. = *BHL.* 972. Ian. 2.

16. (Fol. 45^{v}-52) Passio SS. Iuliani et Basilissae = *BHL.* 4532. Ian. 6.

Deest prologus.

17. (Fol. 52-60^{v}) Vita S. Severini conf. = *BHL.* 7656. Ian. 8.

18. (Fol. 60^{v}-69^{v}) Vita S. Basilii ep. = *BHL.* 1024. Ian. 9.

Des. ut in codice archivi S. Petri B. 50[3].

19. (Fol. 69^{v}-71^{v}) Vita S. Pauli eremitae = *BHL.* 6596. Ian. 10.

Des. *cum regnis suis. Unde gratias agamus omnes omnipotenti Deo, qui tanta mirabilia coruscare dignatus est in sanctis suis, ut ipso adiuvante mereamur eorum salvari precibus. Amen.*

20. (Fol. 71^{v}-72) Natale S. Felicis papae = *BHL.* 2857. Ian. 14.

21. (Fol. 72-72^{v}) Vita alterius Felicis = *BHL.* 2885.

22. (Fol. 72^{v}-82) Vita S. Mauri abbatis = *BHL.* 5773. Ian. 20.

Deest prologus (*Postquam...*)

23. (Fol. 82-84) Passio S. Marci (*immo* Marcelli) papae = *BHL.* 5235. Ian. 16.

24. (Fol. 84-98^{v}) Vita S. Antonii eremitae = *BHL.* 609. Ian. 17.

Omisso epilogo Evagrii, des. *totius corruptionis artifices. Depositus est sanctus Antonius XVI kal. februarias, regnante Domino... Amen.*

25. (Fol. 98^{v}-100) Passio ss. mm. Marii et Marthae, Audifax et Abacum = *BHL.* 5543. Ian. 19.

26. (Fol. 100-109) Passio S. Sebastiani mart. = *BHL.* 7543. Cod. 718. Ian. 20.

27. (Fol. 109-111) Passio S. Agnes virg. = *BHL.* 156. Ian. 21.

28. (Fol. 111-113^{v}) Passio S. Vincentii mart. = *BHL.* 8628, 8630. Ian. 22.

Foliis perditis, desinit mutila : *et sit in pastu piscium. Et si aliquid in membris eius est quod non sit vulneratum vel laceratum, ita tamen a fluctibus consumetur* (cf. *Act. SS.*, num. 18).

29. (Fol. 114-115) <Passio S. Anastasii> = *BHL.* 408.

Foliis perditis, incipit mutila : *transivit in praedicto monasterio beatus Anastasius placens omnibus per Domini gratiam. Erat enim sedulus in ministerio fratrum...* (cf. *Act. SS.*, num. 13 in.) — Des. *Qui veniens iusserunt eos educi foris praedio Bethsaloe, in quo beatum Anastasium cum aliis circiter septuaginta viris interfecerunt propter nomen domini nostri Iesu Christi, qui vivit... Amen* (cf. ibid., num. 33 in.).

30. (Fol. 115-120) Vita S. Macharii abbatis = *BHL.* 5093. Ian. 23.

Sequuntur aliae narratiunculae de Macario ex libris de Vitis patrum collectae.

31. (Fol. 120-127^{v}) Vita vel obitus S. Paulae viduae = *BHL.* 6548. Ian. 26.

32. (Fol. 127^{v}-130^{v}) Vita beatissimi Iohannis Crisostomi = *BHL.* 4375. Ian. 27.

33. (Fol. 130^{v}-133) Acta vel gesta beatissimi Marci evangelistae, quomodo translatum est corpus eius de Alexandria in Vinetia = *BHL.* 5283, 5284. Ian. 31.

34. (Fol. 133-136) Natale S. Geminiani ep. = *BHL.* 3300. Ian. 31.

Deest prologus.

35. (Fol. 136^{v}-140) Vita beatissimi Severi archipraesulis Ravennatis = *BHL.* 7683. Febr. 1.

36. (Fol. 140-142) Vita SS. Eugenii et Vindemialis episcoporum = *BHL.* 2680, 2681. Febr. 1.

Des. narratio 2681 : *in die iudicii. Ego autem causam officii mei implere studui. Expliciunt acta... Amen.* Cf. cod. Lateranensis A. 79[35].

37. (Fol. 142-145^{v}) Passio B. Blasii ep. et conf. = *BHL.* 1379. Febr. 3.

38. (Fol. 145^{v}-146^{v}) S. Polycarpi ep. et conf. Febr. 3.

Inc. ut *BHL.* 6874. — Des. *ac, sicut conveniebat, ex more condidimus. Quo in loco etiam, praestante Domino, sollemnes agimus celebresque conventus, maxime quidem in die passionis eius. Martyrizatus est autem... Amen.*

39. (Fol. 146^{v}-148^{v}) Passio S. Agathae virg. = *BHL.* 133. Febr. 5.

Cod. 718.

40. (Fol. 148ᵛ-149ᵛ) Passio S. Dorotheae = *BHL.* 2323. Febr. 6.

Des. ut in codice Farfensi 29[52] (cf. supra, p. 122).

41. (Fol. 149ᵛ-150ᵛ) Depositio S. Iventii martyris = *BHL.* 4619. Febr. 8.

42. (Fol. 150ᵛ-151) Vita S. Scholasticae virg. = *BHL.* 7515. Febr. 10.

43. (Fol. 151-152ᵛ) Vita S. Rufini ep. et conf. = *BHL.* 7363. Febr. 11.

44. (Fol. 152ᵛ-154) Passio S. Valentini ep. et mart. = *BHL.* 8460. Febr. 15.

45. (Fol. 154-158ᵛ) Passio ss. mm. Faustini et Iovittae = *BHL.* 2838. Febr. 15.

46. (Fol. 158ᵛ-161ᵛ) Passio S. Iulianae mart. = *BHL.* 4522. Febr. 16.

47. (Fol. 161ᵛ-164) Sermo in laude S. Mathiae apost. ex dictis sanctorum patrum, Christo favente, delibatus = *BHL.* 5695. Febr. 24.

48. (Fol. 164-166) Passio SS. XL martyrum = *BHL.* 7538. Febr. 25.

49. (Fol. 166-168ᵛ) Vita beatissimi Gregorii papae urbis Romae = *BHL.* 3639. Mart. 12.

50. (Fol. 168ᵛ) Epitaphium (S. Gregorii Magni) = *BHL.* 3641, lib. IV, num. 68 extr.

Act. SS., Mart. t. II, p. 202 *(Suscipe terra... sine fine tenes).*

51. (Fol. 168ᵛ-177) Vita S. Benedicti ab. = *BHL.* 1102. Mart. 21.

52. (Fol. 177-177ᵛ) Versus = *BHL.* 1106.

Solum carmen *Ordiar inde.*

53. (Fol. 178) Passio SS. Tiburtii et Valeriani. April. 14.

Inc. ut in codice Lateranensi A. 79[42]. Paucis sententiis exscriptis, additur: *Interea. Cetera require in passione[m] sanctae Caeciliae in altero passionali.* Vid. cod. 719[111].

54. (Fol. 178-181) Passio S. Georgii mart. = *BHL.* 3393. April. 24.

Deest prologus.

55. (Fol. 181-182) Passio S. Marci evang. = *BHL.* 5276. April. 25.

56. (Fol. 182-182ᵛ) Passio S. Vitalis mart. = *BHL.* 8700. April. 28.

57. (Fol. 182ᵛ-184) Passio S. Turpis mart. = *BHL.* 8307. April. 29.

58. (Fol. 184-184ᵛ) Passio S. Philippi apost. = *BHL.* 6813, 6814. Mai 1.

59. (Fol. 184ᵛ-185ᵛ) Passio S. Iacobi apost. = *BHL.* 4088, 4096. Mai 1.

60. (Fol. 185ᵛ-187) Vita B. Mercurialis conf. = *BHL.* 5932. Mai 1.

61. (Fol. 187-188) Passio S. Sigismundi mart. = *BHL.* 7717. Mai 4.

62. (Fol. 188-188ᵛ) S. Athanasii ep. et conf. Mai 4. Cod 718.

Inc. *Sanctissimi Athanasii, Alexandrinae urbis episcopi, vitam stili compendio exarare et ex historiae ecclesiasticae diffusa relatione excerpere non piget. Qui beatissimus confessor multas Arrianorum perpessus insidias* — Des. *Moritur itaque Valentiniani et Valentis imperatorum temporibus sub die sexto nonarum maiarum, regnante Domino... Amen.*

63. (Fol. 188ᵛ-191) Passio SS. Alexandri, Eventii et Theodoli = *BHL.* 266. Mai 3.

64. (Fol. 191-193) Inventio sanctae crucis = *BHL.* 4169. Mai 3.

65. (Fol. 193-194ᵛ) Passio S. Senesii mart. = cod. Lateranensis A. 79[58]. Mai 4.

66. (Fol. 194ᵛ-195) Natale S. Iohannis ante Portam Latinam = *BHL.* 4321. Mai 14.

Deest prologus. — Reliquis omissis, des. *Occurrit autem illis omnis populus virorum ac mulierum omnes pariter exultantes : Benedictus qui venit in nomine Domini* (= Mombritius, fol. 29ᵛ, col. 1, lin. 15).

67. (Fol. 195-196ᵛ) Passio S. Victoris mart. = *BHL.* 8580. Mai 8.

68. (Fol. 196ᵛ-197ᵛ) Passio SS. Gordiani et Epimachi = *BHL.* 3612. Mai 10.

69. (Fol. 197ᵛ-201) Passio SS. Nerei et Achillei = *BHL.* 6058-6066. Mai 12.

70. (Fol. 201-201ᵛ) Passio S. Pancratii mart. Mai 12.

Inc. *Temporibus illis sub Dioclitiano et Maximiano sceleratissimis imperatoribus facta est immanis persecutio adversus christianos, ita ut quicumque* — Des. ut *BHL.* 6421.

71. (Fol. 201ᵛ-203) Natale S. Theodori conf. = *BHL.* 8087. Mai 19.

72. (Fol. 203-205) Vita SS. Iusti et Clementis = *BHL.* 4606.

73. (Fol. 205-205ᵛ) Passio S. Iuliae virg. = *BHL.* 4516. Mai 22.

74. (Fol. 205ᵛ-214) Passio S. Urbani ep. = *BHL.* 8376, 8374. Mai 25.

75. (Fol. 214ᵛ-215ᵛ) Vita S. Proculi ep. et mart. Iun. 1.

Inest nota narratio de SS. Firmo et Rustico martyribus, item de S. Proculi itinere Hierosolymitano deque ipsius reditu per « Ungariam » (cf. *Act. SS.*, Mart. t. III, p. 452, num. 8). — Inc. *Cum Maximus imperii fasces apud Mediolanum gereret, Proculus quartus ab Euprepio Veronam christiana religione imbueret* (cod.-*rit*), *persecutio non minima oborta* (cod. *aborta*) *est christianae professionis. Nam* — Des. imperfecta : *nec alterius* (peccata) *baiulantes in anterioribus, nostra dimittentes in posterioribus.*

76. (Fol. 215ᵛ-217) Passio SS. Marcellini et Petri = *BHL.* 5231. Iun. 2.

77. (Fol. 217-218ᵛ) Passio S. Blandinae mart. Iun. 2.

Cod. 178.

Inc. : *Hodierna die occurrit nobis festivitas sanctae Blandinae, quae passa est apud civitatem Lugdunum cum quadraginta octo martyribus <sub> Marco Aurelio Vero et Antonio atque Lucio filiis eius, quando per multas Romani orbis provincias*, etc. ut apud Adonem, ad d. 2 iun., usque ad finem *(martyres Athanacenses)*.

78. (Fol. 218v-219) Passio S. Bonefatii mart. Iun. 5.

Ado, ad 5 iunii.

79. (Fol. 219-220v) Passio S. Vincentii mart. = *BHL.* 8676. Iun. 6.

80. (Fol. 220v-222) Natale SS. Primi et Feliciani = *BHL.* 6922. Iun. 9.

81. (Fol. 222-222v) Passio S. Getulii mart. Iun. 10.

Ado, ad d. 10 iunii.

82. (Fol. 222v-225) Passio S. Barnabae apost. = *BHL.* 985. Iun. 11.

83. (Fol. 225-228v) Passio SS. Viti et Modesti = *BHL.* 8714. Iun. 16.

84. (Fol. 228v-229) <De B. Maria Magdalena> = *BHL.* 5456.

85. (Fol. 229-229v) <Vita S. Leonardi> = *BHL.* 4862.

Foliis perditis, des. mutila : *Quo audito, rex gavisus factus est valde* (= Arbellot, cap. 16 in.).

CODEX 719 (alias B. I. 4)

Membraneus, foliorum 220 (0m,510 × 0,335), paginis bipartitis exaratus saec. XI. Est haec altera pars Legendarii, cuius pars prior habetur in codice 718.

1. (Fol. 1-1v) Passio ss. mm. Gervasii et Protasii = *BHL.* 3514. Iun. 19.

2. (Fol. 1v-3v) Passio S. Paulini ep. et conf. = *BHL.* 6558. Iun. 22.

Des. *navigare dispono.*

3. (Fol. 7v-9v) Passio SS. Iohannis et Pauli = *BHL.* 3237, 3239. Iun. 26.

4. (Fol. 9v-13v) Passio beatissimi Petri apost. = *BHL.* 6664. Iun. 29.

5. (Fol. 13v-14) Versus apostolorum.

P.L., t. CXLV, col. 946-47, XCIV.

6. (Fol. 14) <Carmen de S. Ianuario>.

Inc. *O venerande pater, Ianuari martyr opime,*
Nec te praeteream, o venerande pater

Des. *Te sine fine frui cum sanctis omnibus oro,*
In caelo merear te sine fine frui.

7. (Fol. 14-17) Passio S. Pauli apost. = *BHL.* 6572, 6571. Cod. 719.

8. (Fol. 17-17ᵛ) <Passio SS. Petri et Pauli apostolorum> = *BHL.* 6654.

Post ultima verba *(necati sunt)* sequitur : *Desertus igitur Nero non post multos dies tunc ab omnibus suis fugit... dignum meritis suis vitae tulit. Petrus et Paulus apostoli Dei passi sunt sub die III kalendarum iuliarum, regnante Domino. Amen.*

9. (Fol. 17ᵛ-26ᵛ) Vita S. Martialis ep. = *BHL.* 5552. Iun. 30.

Praecedit carmen ed. in *Catal. Lat. Brux.*, t. II, p. 438-39.

10. (Fol. 26ᵛ-27ᵛ) Passio SS. Processi et Martiniani = *BHL.* 6947. Iul. 2.

11. (Fol. 27ᵛ-28) Passio S. Mustiolae virg. = *BHL.* 4455. Iul. 3.

Des. *Quae tamen migravit ad Dominum sub die V nonas iulii; ubi florent orationes eius usque in hodiernum diem, ad laudem... Amen.*

12. (Fol. 28-30) Passio S. Procopi = *BHL.* 6950. Iul. 8.

13. (Fol. 30-31) Passio SS. Septem Fratrum = *BHL.* 2853. Iul. 10.

14. (Fol. 31-31ᵛ) Passio S. Rufinae et Secundae = *BHL.* 7359. Iul. 10.

15. (Fol. 31ᵛ-33) Translatio SS. Naboris et Felicis = *BHL.* 6029. Iul. 12.

16. (Fol. 33-35) Vita S. Pelagiae virg. = cod. Lateranensis A. 81². Iul. 13.

17. (Fol. 35-37) Passio S. Margaritae virg. = cod. Lateranensis A. 81¹. Iul. 13.

18. Fol. 37-37ᵛ) Passio SS. Quirici et Iulittae = *BHL.* 1801. Iul. 16.

19. (Fol. 37ᵛ-40) Passio <eorundem> = *BHL.* 1809, 1811.

20. (Fol. 40-41ᵛ) Vita S. Alexi. Iul. 17.

Inc. ut *BHL.* 290. — Des. *Cum summa deitas* (cod. *Ds*) *declarare vellet sancti viri <famam>, ex eius mausoleo mirifici odoris emanabat chrisma, et in quacumque angustia vel tribulatione positi erant, eius obtentu liberabantur, praestante Domino... Amen.* Cf. cod. Lateranensis A. 81⁴, Vallicellanus XXIV¹⁰.

21. (Fol. 41ᵛ-42) Passio S. Praxedis virg. = *BHL.* 6920. Iul. 21.

22. (Fol. 42-44ᵛ) Passio S. Apolenaris mart. = *BHL.* 623. Iul. 23.

23. (Fol. 44ᵛ-46ᵛ) Passio S. Christinae. Iul. 24.

Passio S. Christinae de Tyro civitate. — Inc. prol. *Unicus summi patris rerum omnium conditor nostri, quos ad imaginem* — Inc. *Cum dudum multi errorum caligine* (cod. *-ni*) *detenti suum factorem non cognoscentes idola surda et muta colerent* — Des. *Quod cum fuisset impletum, venit quidam de genere beatae Christi[a]nae et cum magna diligentia et honore sepelivit eam. Consummavit autem Dei virgo Christina certamen suum*

Cod. 719.

octavo kalendarum augustarum, animam Deo reddens, terrae corpus relinquens. Quam nos semper, fratres, studeamus sequi in opere, eamque sedulis rogitemus precibus, quatenus eius sanctis intercessionibus ad perpetua, ubi sancti laetantur, gaudia perduci mereamur. Quod omnipotens Deus, qui nos suo redemit sanguine, largire dignetur, qui cum aeterno Patre... Amen.

24. (Fol. 46ᵛ-48) Passio S. Iacobi apost. = *BHL.* 4056, 4057. Iul. 25.

25. (Fol. 48-49ᵛ) Passio S. Christophori mart. = cod. Lateranensis A. 81⁹. Iul. 25.

26. (Fol. 49ᵛ-52ᵛ) Passio S. Pantaleonis mart. = *BHL.* 6438. Iul. 26.

27. (Fol. 52ᵛ-55ᵛ) Vita S. Symeonis monachi. Iul. 27.

Inc. prol. *Insigne et gloriosum miraculum factum est a Deo in diebus nostris. Placuit autem Deo... ut per me peccatorem et minimum omnium hominum Antonium, discipulum domini Simeonis* (add. sup. lin.), *scriberentur haec* — Inc. *Sanctissimus itaque ac beatus Symeon, cum adhuc parvulus esset aetate, erat pascens oves patris sui quem ad modum David propheta* — Des. *Tantae autem sanitates per Dei gratiam et eius meritis intercedentibus ibi efficiuntur, ut sint pluriores quam in vita sua. Ego autem Antonius omnium minimus pauca ex multis actibus eius conscripsi orans Dominum... Amen.* Cf. cod. Bibl. Alexandrinae 94[33].

28. (Fol. 55ᵛ-57) Passio SS. Nazarii et Celsi = *BHL.* 6040. Iul. 28.

29. (Fol. 57). Passio SS. Simplicii, Faustini et Beatricis = *BHL.* 7790. Iul. 29.

30. (Fol. 57-58ᵛ) Passio SS. Abdon et Sennen = *BHL.* 6884 et 6. Iul. 30.

31. (Fol. 58ᵛ-67ᵛ) Vita sancti et beatissimi Germani patroni nostri, Autissiodorensis ecclesiae episcopi = *BHL.* 3454, 3455.

32. (Fol. 67ᵛ-68) Qualiter idem sacrum corpus post primariam sepulturam corruscantibus miraculis bis fuerit transmutatum.

Alia recensio eorum quae narrantur in Heirici libro miraculorum II, num. 96-103 (*Act. SS.*, Iul. t. VII, p. 275-77).

Inc. *Sacrorum translatio corporum cum in aliis multis sanctorum, tum praecipue in beato Germano iubare miraculorum splendida commendatur. Cuius adorandi corporis glebam cum a tempore sui transitus per annos plus minus circiter quadringentos in eadem ecclesia eo loci, ubi primarie fuerat sepulturae traditum, quievisset, Karolo Ludovici filio augusti iam summa regni Francorum administrante, ab Heriboldo venerabili eiusdem urbis pontifice religiosissime translatum est non sine magna virtutum ac meritorum eius evidentia. Denique pretiosissimi sepulcri loco patefacto, ita demum venerabile corpus cum universo vestium apparatu* — Des. *et formatae vocis recepit officium.*

Multa alia et numero plura... et geri visa sunt et gesta narrantur, quibus palam est divinitatis opem loco semper esse praesentissimam. Cui cum multa per vivum, tum etiam innumera per mortuum suppeditat operari ad sacri et vivi sui nominis gloriam competentem. Cod. 719.

33. (Fol. 68v-70) Natale S. Felicis mart. = *BHL.* 2865. Aug. 1.

34. (Fol. 70-72v) Passio S. Stephani pontificis = *BHL.* 7845. Aug. 2.

35. (Fol. 72v-73v) Inventio corporum sanctorum, id est Stephani protomartyris, Gamalielis, Nichodemi et Abibon = *BHL.* 7851. Aug. 3.

36. (Fol. 73v-74v) Translatio corporis B. Stephani in CPolim = *BHL.* 7858. Aug. 3.

37. (Fol. 74v-75v) Passio SS. Sixti episcopi et Felicissimi et Agapiti = *BHL.* 7801. Aug. 6.

Inc. ut in codice Lateranensi A. 81[20].

38. (Fol. 77-80v) Passio ss. mm. Donati ep. et Hilariani monachi = *BHL.* 2294. Aug. 7.

39. (Fol. 80v-81v) Passio SS. Cyriaci diaconi et Largi et Smaragdi atque Crescentiani sociorumque eius = cod. Lateranensis A. 81[22]. Aug. 8.

40. (Fol. 81v-82) Passio S. Romani mart. = cod. Lateranensis A. 81[23]. Aug. 9.

41. (Fol. 82-83v) Passio S. Laurentii archidiaconi = *BHL.* 4753. Aug. 10.

Inc. ut in codice Lateranensi A. 81[24].

42. (Fol. 83v-84) Passio S. Tiburtii mart. Aug. 11.

Inc. *Beati Tiburtii martyris natalicius dies adest, filii Chromatii urbis praefecti, quem erudierunt in fide beatus Sebastianus et sanctus Tranquillinus* — Des. *et in eodem loco a parente quodam christiano sepultus est. In quo loco multa beneficia praestitit Christus, ad laudem... Amen.*

43. (Fol. 84-87v) Vita SS. VII Dormientium, qui in Epheso dormierunt = *BHL.* 2315. Aug. 11.

44. (Fol. 87v-88) Passio S. Eupli diaconi = *BHL.* 2729. Aug. 12.

45. (Fol. 88v-89v) Passio S. Hippolyti mart. = *BHL.* 3961. Aug. 13.

46. (Fol. 89v) Passio S. Cassiani mart. = *BHL.* 1626. Aug. 13.

47. (Fol. 89v-90) Passio S. Eusebii presb. = *BHL.* 2740. Aug. 14.

48. (Fol. 90-96) Sermo Hieronymi presbyteri de assumptione S. Mariae ad Paulam et Eustochium. Aug. 14.

P.L., t. XXX, col. 122-42.

49. (Fol. 96-97) Passio S. Agapiti mart. = *BHL.* 125. Aug. 18.

Cod. 719.

50. (Fol. 97-98) Passio S. Symphoriani mart. = *BHL.* 7967. Aug. 22.

51. (Fol. 98-99) Passio S. Timothei mart. = *BHL.* 8296. Aug. 22.

52. (Fol. 99-101) Passio S. Bartholomaei apost. = *BHL.* 1001-1003. Aug. 24.

53. (Fol. 101-103) Translatio S. Bartholomaei apostoli = *BHL.* 1005, 1007.

54. (Fol. 103-104v) Passio S. Pontiani mart. = *BHL.* 2743. Aug. 25.

55. (Fol. 104v-105) Passio S. Genesii mart. = *BHL.* 3320. Aug. 25.

56. (Fol. 105-105v) Natale S. Rufini conf. = *BHL.* 7372. Aug. 25.

57. (Fol. 105v-107) Passio S. Alexandri mart. = *BHL.* 276. Aug. 26.

58. (Fol. 107-108) Passio S. Ruphi = *BHL.* 7378. Aug. 27.

59. (Fol. 108-108v) Passio S. Hermetis mart. Aug. 28.

Inc. *Hunc illustrissimum beatus Alexander pontifex et martyr, cum esset praefectus urbis Romae, baptizavit cum uxore et filiis* — Des. *Qui decollatus, a beata sorore sua Theodora collectus, in Salaria vetere non longe ab urbe Roma sepultus est. Passus est autem... Amen.*

60. (Fol. 108v-112) S. Augustini confessoris = *BHL.* 792. Aug. 28.

61. (Fol. 112v-113v) Inventio capitis praecursoris Domini = *BHL.* 4290. Aug. 29.

62. (Fol. 113v-114) Passio S. Savinae virg. = *BHL.* 7407. Aug. 29.

63. (Fol. 114) Felicis et Audacti = *BHL.* 2880. Aug. 30.

64. (Fol. 114-116) S. Reguli mart. = *BHL.* 7102. Sept. 1.

65. (Fol. 116-116v) Item ut supra = *BHL.* 7103.

Des. *Vere illa potest gaudere civitas, quae tantas ac tales meretur possidere reliquias. Cuius dignissimam sanctitatem beatus Beda considerans etiam festivitatis eius memoriam facere curavit in martyrologio suo, quod versibus exametris mirifice composuit, dicens :*

Septembres Regulus tenet orditurque kalendas,
Regulus antistes sibi qui caput esse peremptum
Portavit binis Christo stadiis faciente.
Cuius reliquias nunc urbs Lucensis adorat.

Huius igitur sollemnitatem omnes cum summa devotione celebremus... Amen. Cf. cod. Bibl. Alexandrinae 95[3].

66. (Fol. 116v-118) Passio S. Terrentii mart. = *BHL.* 8003. Sept. 1.

67. (Fol. 118-119) Obitus S. Prisci = *BHL.* 6928, 6927. Sept. 1.

68. (Fol. 119-120) Passio S. Antonini mart. = *BHL.* 572. Sept. 3.

Praecedit veluti nuntiatio quaedam martyrologica : *In territorio Tolosanense Apamiae* (cod. *-nie*) *castro iuxta fluvium qui Aregia nuncupatur, natale sancti Antonini martyris, qui passus est... In quo videlicet loco tunc temporis Vallis vocitabatur Nobilis.* Cod. 719.

69. (Fol. 120-121) De mirabilibus eiusdem = *BHL.* 573.

70. (Fol. 121-121ᵛ) Incipiunt miracula eiusdem = cod. Lateranensis A. 81[48].

71. (Fol. 121ᵛ-123) Passio S. Eleutherii mart. = *BHL.* 2451a. Sept. 7.

72. (Fol. 123-125) Passio imaginis Domini Salvatoris = *BHL.* 4228.

Scripta est haec narratio manu saec. XII, erasis iis quae prius in codice legebantur. Spatio deficiente, des. *Ex tunc itaque mos inolevit per diversas orbis terrae nationes... sed et reconciliare non desinunt nisi in honore domini sancti Salvatoris* (cf. *P.G.*, t. XXVIII, p. 819A).

73. (Fol. 125-125ᵛ) Passio S. Luceiae virg. = *BHL.* 4981. Sept. 12.

In initio ita :... *de territorio urbi quo capta est...*

74. (Fol. 125ᵛ-126) Passio S. Cornelii = *BHL.* 1958 Sept. 14.

75. (Fol. 126-126ᵛ) Passio S. Cypriani ep. = *BHL.* 2037. Sept. 14.

76. (Fol. 126ᵛ-127ᵛ) Exaltatio S. Crucis = *BHL.* 4178. Sept. 14.

77. (Fol. 127ᵛ-128) Passio S. Nicomedis mart. = *BHL.* 6237. Sept. 15.

78. (Fol. 128-130) Passio S. Euphemiae virg. = *BHL.* 2710. Sept. 16.

79. (Fol. 130-132ᵛ) Passio SS. Luciae et Geminiani = *BHL.* 4988. Sept 16.

80. (Fol. 132ᵛ-135) Passio S. Iustinae virginis seu conversio S. Cypriani episcopi = *BHL.* 2047, 2050.

81. (Fol. 135-138) <Passio> S. Matthaei apost. et evang. = *BHL.* 6544, cap. 76, et 5690. Sept. 21.

Totus ille liber constat capitulis 413, quorum duo prima computantur libelli infra recensiti **9** et **10**; reliqua porro capitula 3-413 (fol. 165-240) excerpta sunt ex libris de verbis seniorum, neque singillatim recensenda videntur.

9. (Fol. 153-162^{v}) Vita S. Abrahae edita a S. Efren diacono = *BHL.* 12.

10. (Fol. 162^{v}-165) Vita S. Frontonii abbatis = *BHL.* 3191.

Inc. prol. *Ad hedificationem quoque vestram* — Des. Vita : *sua sanctificatione conservant.*

11. (Fol. 240-244^{v}) Vita S. Pelagiae = *BHL.* 6607.

12. (Fol. 244^{v}-245^{v}) Vita et paenitentia S. Thaisis = *BHL.* 8014, 8015.

13. (Fol. 245^{v}-254) Vita S. Mariae Aegyptiacae = *BHL.* 5417.

14. (Fol. 254-255) De S. Marina = *BHL.* 5528.

15. (Fol. 255^{v}-256^{v}) De quadam puella filia boni patris et pessimae matris = *BHL.* 6529, lib. I, c. 15.

16. (Fol. 256^{v}-261) Vita S. Eufrosinae = *BHL.* 2723.

CODEX 2114 (alias XX. I. 28)

Chartaceus, foliorum 264 variae formae (max. 0^{m},275 × 0,205), exaratus saec. XVII.

1. (Fol. 18-23^{v}) <Vita S. Terentii>.

Non videtur antiqua. — Inc. *Beatus Terentius Forum Cornelium, quam urbem posteri Imolam dixere, patriam habet. Sed quo tempore natus sit aut quos parentes habuerit, non liquet. Humili quidem loco editum non parva ex iis, quae sequuntur, coniectura est* — Des. *ubi miraculis innumerabilibus illum Deus illustrem fieri voluit.*

2. (Fol. 58-74^{v}) Vita et obitus S. Amici monachi et eremitae descripta a divo Bernardo monacho Casinensi ad D. Amichum monachum Casinensem = *BHL.* 388.

« Ex breviario antiquo ms. in Bibliotheca Casinensi ».

3. (Fol. 76-82v) Domini Alberici diaconi et monachi Casinensis Vita vel obitus S. Dominici monachi et conf. = *BHL.* 2244. Cod. 2114.

Sequitur (fol. 83-87v) liber quem anno 1559 composuit *D. Vilielmus Narniensis, monachus Sublacensis monasterii S. Scholasticae sub congregatione Casinensi, de vita et virtutibus sanctimonialis et beatae virginis Cleridoniae a se recognita ad omnes Sublacenses.*

Inc. prol. *Etsi, in Christo dilectissimi tum fratres et monachi* — Inc. *Beata igitur Cleridonia virgo claris orta natalibus in Ciculi oppido oriunda fuit* — Des. *ac laudes aeterno Deo persolvebantur in saecula. Amen.*

Fol. 127-211 exscriptus est Petri diaconi liber de ortu et vita iustorum coenobii Casinensis, in quo :

4. (Fol. 131v-138) Petri diaconi Vita vel obitus S. Placidi, discipuli S. Benedicti = *BHL.* 6862.

5. (Fol. 141-151v) Petri diaconi Vita S. Severi ep. et conf. = *BHL.* 7675.

6. (Fol. 155v-173v) Petri diaconi Vita S. Apollinaris abbatis = *BHL.* 622.

7. (Fol. 175v-188) Petri diaconi Vita S. Guinizonis = *BHL.* 8951.

CODEX 2360 (ALIAS XX. VI. 36)

Chartaceus, foliorum A-E, sign. 1-221 et F ($0^{m},287 \times 0,203$), exaratus saec. XVIII in. Est hoc apographum codicis chartacei qui asservabatur in coenobio « Rev. PP. S. Dominici in Campo Regio Senarum civitatis » (fol. 221).

(Fol. 1-221) Libellus de supplemento legendae prolixae virginis beatae Catharinae de Senis distinctus in tres partes iuxta tres partes istius legendae.

Est hoc opus Thomae Antonii de Senis (alias Thomae Caffarini), qui fuit B. Catharinae familiaris, scriptum anno 1416 (cf. fol. 214v).

Inc. prol. *Compulsus a pluribus venerabilis virginis beatae Catharinae de Senis non parum devotis pariter et affectis* — Inc. pars. I. *Quoniam tot et tanta de virgine supradicta meas pervenerunt in manus, utpote tam ipsius virginis legenda quam reverendus magister Raymundus generalis ordinis Praedicatorum composuit, quam etiam dictae virginis liber quem scribentibus pluribus ipsa in suo vulgari et in quadam abstractione constituta dictavit, quam etiam libri epistolarum suarum... Quantum ad primum, sciendum quod cum virgo esset parvula, annum percurrens quintum, venerabatur Virginem Dei matrem, et ubicumque imaginem eius reperisset, dicebat « Ave Maria »* — Des. pars. III. *Quod*

Cod. 2360. *utique cum ceteris aliis concessis etiam concedere dignetur ipsius virginis sponsus aeternus Iesus, qui cum Patre... Amen. Et ita finis imponitur tertiae parti huius libelli... Amen.*

CODEX 2608 (alias XX. VI. 22)

Chartaceus, foliorum A, B et sign. 1-100 (0^m,270 × 0,203), exaratus saec. XVI.

1. (Fol. 1-47) Passio et miracula S. Petri Parentii martyris = *BHL.* 6763, 6764.

Des. *Ad certitudinem praesentium et memoriam futurorum* (*Act. SS.*, num. 47 paulo ante finem), et additur : « Reliqua praesentis fidei huic divi » Petri addita Vitae hic desunt ; quae in vero codice scripta ob frequentem » chartarum digitis volutationem abolita ac deleta minime intelliguntur. »

2. (Fol. 48-59) Passio S. Viti martyris et Modesti et Crescentiae = *BHL.* 8712. Iun. 15.

3. (Fol. 59ᵛ-70ᵛ) Passio S. Constantii mart. = *BHL.* 1939. Ian. 29.

4. (Fol. 71-85) Passio S. Christinae virg. et mart. = *BHL.* 1748.

CODEX 2868 (alias XX. V. 10)

Chartaceus, paginarum 531 (0^m,30 × 0,21), exaratus saec. XVII in. Est hoc apographum codicis olim asservati in conventu Fratrum Praedicatorum Senensi.

(Pag. 1-529) Processus quorundam dictorum et attestationum super celebritate memoriae, ac virtutibus, vita et doctrina B. Catherinae de Senis publice productarum in curia episcopali Castellana de Venetiis... = *BHL.* 1707.

CODEX 3187 (alias C. V. 6)

Membraneus, foliorum 11 (0^m,263 × 0,185), exaratus saec. XIII litteraque picta ornatus.

Erat olim *monialium Sancte Yuliane* (ita in integumento).

(Foli 1-10ᵛ) Passio B. Iulianae virg. et mart. = *BHL.* 4523.

CODEX 3212 (alias X. IV. 44)

Chartaceus, foliorum 428 variae formae (max. 0^m,275 × 0,200), variis manibus exaratus saec. XVII et XVIII.

(Fol. 405-415v) Vita illustrissimae virginis Margaritae filiae Belae Quarti regis Hungarorum Ord. Praed. Cod. 3212.

. Non videtur antiqua. — Inc. *Illustrissima virgo Margerita regum Hungariae pretiosissima gemma, patrem habuit Belam IV Hungariae regem, matrem vero Mariam Theodori Lascaris Constantinopolitani imperatoris filiam. Cumque Tartari, uterum gerente matre regina, anno 1242 in Hungariam irruerent* — Des. *Nocte qua discessit F. Petrus lector Taurinensis post nocturnas preces dormiens audivit in somnis vocem dicentem : « Agna mortua est ». Devota sanctimonialis in monasterio S. Michaelis Ord. Praemonstratensis vidit beatissimam Virginem Mariam Margaritae inter choros angelorum diadema gemmis ac lapidibus pretiosis coruscans imponere ac cum iubilo in caelum deducere. Multa miracula fecit et facit in honorem sponsae suae sponsus virginum Iesus Christus, cui sit honor... Amen.*

CODEX 3898

Chartaceus, foliorum 89 ($0^{m},220 \times 0,145$), exaratus variis manibus saec. XV. Perierunt folia aliquot inter fol. 65 et fol. 66.

Erat olim *Libra(riae) S. Francisci Stronconi* (fol. 1).

Insunt aliquot Vitae sanctorum aliaque pia opuscula italice scripta, et praeterea lingua latina

1. (Fol. 51-57v) Vita sanctissimi Antonii confexoris et abbatis (in Thebaide).

Inc. *Fuit in civitate Patras quidam ditissimus puer, nomine Antonius, ex nobili progenie procreatus, qui ab infantia sua Dominum Iesum Christum timere studuit ac eius in omnibus adimplere mandata. Cum esset annorum septem, parentes eius eum licteris tradiderunt* — Des. *Discipuli autem eius involutum corpus, ut praeceperat, humo operuerunt et quod nemo interim usque ad hunc diem praeter eos, ubi conditum sit, novit* (cf. *Act. SS.*, Ian. t. II, p. 140, num. 115). *Vixit autem beatus Antonius centum quinque annis.*

2. (Fol. 57v-65v) Translatio corporis S. Antonii confessoris et abbatis a B. Hieronymo, facta tempore Constantini serenissimi imperatoris a Theophilo episcopo Constantinopoleos, facta revelatione per angelum, de Aegypto in Constantina civitate cum omni gloria et triumpho translatum est corpus eius tertio idus iunii = *BHL.* 612.

Inc. *Tempore quo Constantinus regnabat imperium in Ibizancium civitatem, factum est, cum non haberet filios* — Foliis perditis, des. *Et dum pervenirent ante portas illius ecclesiae, filia imperatoris Sophia, quae erat a spiritibus occupata* (*Anal. Boll.*, t. II, p. 353, l. 27).

CODEX 4165

Chartaceus, foliorum 32 (0m,295 × 0,205), paginis bipartitis exaratus saec. XV. Erat olim *Di casa Minutoli Tegrimi.*

1. (Fol. 1-27) Legenda pro praedicatoribus singulariter abreviata B. Katerinae de Senis sororis ordinis de Paenitentia B. Dominici Ord. Praed.

Prologus. *Licet commendabiliter per venerandae memoriae reverendum magistrum Raymundum de Capua, quondam generalem ordinis Praedicatorum, composita fuerit legenda admirabilis virginis supradictae beatae Katerinae de Senis cum aliquali prolixitate, quam necessario exigebat excessus magnalium virginis narrandorum, attamen ego frater Thomas de Senis in dicto ordine Praedicatorum minimus praefataeque virginis familiaris et in Domino filius, licet indignus, a quam pluribus hinc inde pulsatus ad breviorem stilum dictam legendam pro habiliori lectura eiusdem, ut patet in prologo ipsius per me abreviatae legendae, reduxi; sed quoniam praedicta abreviata legenda habentibus praedicare in nimium videbatur esse prolixa, hinc est quod a non paucis quam plur<i>es infestatus, etiam dictam abreviatam ad stilum adhuc breviorem pro habentium praedicare de virgine habilitatione maiori decrevi reducere... Verum deliberavi* (cod. *-rari*) *quod sub eisdem capitulis et partibus, sub quibus est tam legenda prima prolixa quam 2ª per me communiter abreviata, sit etiam ista tertia, ut sic pro vitando quovis errore eadem forma capitulorum et partium utrobique servetur. Et quamvis haec legenda singulariter abreviata respectu multarum aliarum longa aliqualiter videatur, attamen respectu praefatae prolixae et alterius per me communiter abreviatae resultat brevissima. Ex qua brevitate necessario in ipsa plurima obmittuntur. Unde cum quis voluerit plenius de gestis et dictis virginis informari, tam ad supradictas primas legendas librumque de supplemento primae legendae ac etiam contestationes publicas de virgine factas, quam ad alia[m] per ipsam et de ipsa scripta poterit habere recursum; quamvis aliqua pauca in ista recitentur quae in prolixa minime continentur...*

Inc. de nomine Katerinae. *Quemadmodum supra dictus domnus Iacobus in suis supra dictis docet legendis* — Inc. pars. I. *Fuit vir unus in civitate Senensi nomine Iacobus Benencasa, habens consortem nomine Lapam civitatis eiusdem* — Des. pars. III. *Ex quo manifeste concluditur quod non solum modo auream per martyrii desiderium, sed etiam aureolam per actualem martyrii passionem consecuta est in caelesti gloria; cuius gloriae nos omnes meritis virginis huius sacrae participes efficiat qui sine fine vivit et regnat amen, amen, Christus.*

2. (Fol. 27-31ᵛ) Capitulum ponendum immediate post legendam abreviatam beatae Katerinae de Senis, in quo per processum dictae legendae ⟨et⟩ scripturarum in eadem expressarum evidenter deducitur quantum et a quibus virgo sit devote invocanda, veneranda et extollenda, necnon qualiter sit imitanda et tamquam approbata reputanda. Cod. 4165.

Inc. *Ex praelibatae legendae breviloquo processu aliarumque plurium scripturarum, quae inibi explicantur, quibuslibet intelligenti et discreta mente clarius clarere potest quanta reverentia* — Des. *Reddant insuper illi gratiarum* (cod. *gratias*) *debitas actiones, qui quamvis in suis sanctis semper fuerit mirabilis et laudabilis, nuper tamen in hac sacratissima virgine mirabilior atque laudabilior videtur in terris, cuius tamen maior laus in caelis, ubi cum honore et gloria per infinita vivit saeculorum saecula. Amen.*

VIII. BIBLIOTHECA CHISIANA

Ad bibliothecam Chisianam nemini iam in praesentiarum aditum patere, quod alii non pauci infausta experientia edocti nos monuerant, tum datis perhumanis litteris, tum praesens verbis prorsus benevolis confirmavit illustrissimus princeps Marius Chisius. Ne tamen omni notitia libellorum hagiographicorum latinorum, qui in egregia illa bibliotheca collecti sunt, lectores nostri fraudentur, ea saltem proferemus quae ex catalogo manu scripto codicum Chisianorum summa, qua potuimus, diligentia annotaveramus.

CODEX A. IV. 90. Membraneus in-8°, saec. XV. Insunt

1. Vita S. Pauli primi eremitae (*BHL.* 6596).
2. (Fol. 91 et 99) epistulae spuriae de S. Hieronymo *BHL.* 3867, 3868.

CODEX A. IV. 91. Chartaceus in-12°, saec. XV. Insunt

(Fol. 119, 190ᵛ et 205) epistulae spuriae de S. Hieronymo *BHL.* 3866-3868.

CODEX A. V. 132. Membraneus in-4°, circ. saec. XV. Inest

Historia de Septem Dormientibus Ephesinis.

CODEX A. V. 137. Membraneus in-8°, circ. an. 1470. Inest

(Fol. 27ᵛ) Vita S. Antonii monachi per Evagrium presbyterum e graeco in latinum translata (*BHL.* 609).

CODEX A. VI. 188. Membraneus in-fol., anno 1481. Insunt

Vita et transitus S. Hieronymi eiusque exhortationes.

CODEX A. VII. 215. Membraneus in-fol., saec. XIV. Inest

Vita S. Macarii.

CODEX B. V. 83. Membraneus in-4°, circ. saec. XIV. Inest

Historia de SS. Ioachimo et Anna et de infantia Salvatoris (cf. *BHL.* 5335 sqq.).

CODEX B. V. 87. Membraneus in-8°. circ. saec. XIV. Inest

Iohannis Climaci Scala, adiecta, ut saepe alias, Vita eiusdem (fol. 84).

CODEX B. VII. 125. Membraneus in-4°, circ. an 1400. Inest

« Vita aliquorum sanctorum patrum Aegyptiorum et martyrum. Accedunt nonnulla ascetica. »

CODEX C. V. 120. Chartaceus in-8°, circ. saec. XV. Insunt
Libri tres de conformitate Vitae B. Francisci ad vitam Iesu Christi (*BHL.* 3134).

CODEX C. V. 129. Membraneus in-8°, circ. an. 1350. Inest
Iacobi de Voragine *Legenda aurea.*

CODEX C. VIII. 129. Chartaceus in-fol., saec. XV.
Inesse videtur opus de quo ad cod. C. V. 120.

CODEX D. V. 72. Chartaceus in-12°, circ. saec. XVI. Inest
Officium et missa B. Bassiani.

CODEX D. V. 73. Chartaceus in-12°, circ. an. 1400. Insunt
« Officium translationis S. Agathae et alia, cum officio S. Francisci ».

CODEX D. V. 74. Chartaceus in-12°, saec. XV. Inest
Officium S. Rosae.

CODEX E. IV. 117. Chartaceus in-8°, saec. XVI in. Inest
Vita B. Pauli Iustiniani eremitae, fundatoris Societatis eremitarum Sancti Romualdi montis Coronae ordinis Camaldulensis, scripta a Luca eremita eiusdem ordinis († 1528). — Dicitur hic esse codex Lucae autographus.

CODEX E. IV. 129. Membraneus in-8°, anno 1460. Insunt
(Fol. 42, 70, 78) tres epistulae spuriae de S. Hieronymo *BHL.* 3866-3868.

CODEX F. IV. 82. Membraneus in-8°, saec. XIV. Insunt
(Fol..., 70^{v}, 83) tres eaedem epistulae.

CODEX F. IV. 84. Chartaceus in-16°, saec. XVI. Inest
Iohannis Tortellii Arretini Vita et mores S. Zenobii episcopi Florentini (*BHL.* 9018).

CODEX F. IV. 85. Chartaceus in-12°, anno 1536. Inest
Legenda S. Cassiani martyris, Imolae patroni, conscripta a quodam Iacobo Ord. Praed.
Praemissae sunt litterae Iohannis Baptistae a Sellis ad Georgium ab Austria episcopum Brixinensem (1525-1539), tum aliae eiusdem ad episcopum Imolensem.
Exscripta sunt praeterea « ex originali exstanti in ecclesia Imolensi S. Cassiani » 1) Passio S. Cassiani, 2) Carmen Prudentii (*BHL.* 1625), 3) Observationes in Prudentium, 4) Officium S. Cassiani.
Eiusdem ut videtur, operis aliud apographum servat Bibliotheca Vaticana in codice Ottoboniano latino 237.

CODEX F. IV. 86. Membraneus in-12°, saec. XIV. Insunt

1. Vitae Fratrum Ord. Praedicatorum (prologus et quinque partes).

2. (Fol. 229) Chronica ordinis ab an. 1202 ad an. 1241. Cf. B. M. Reichert, *Fr. Gerardi de Fracheto O. P. Vitae Fratrum Ordinis Praedicatorum* (Lovanii, 1896), p. xviii.

CODEX F. IV. 87. Membraneus in-12°, saec XIV. Insunt

1. Vita S. Elisabeth Ungariae regis filiae in VIII libros divisa, praemisso prologo (cf. *BHL.* 2496-2498).

2. (Fol. 143^{v}) Sermo quo angelus instruxit Elisabeth de statu perfectionis.

3. Epistula Gregorii IX de canonizatione eiusdem (*BHL.* 2492).

CODEX F. IV. 89. Chartaceus in-8°, saec. XVI labente. Inest

Vita S. Facundini episcopi Tadinatis. « Praeit nota foliorum et paginarum exemplaris originalis ».

CODEX F. IV. 90. Ita signati sunt in catalogo manu scripto (fol. 196^{v} et fol. 245) duo codicilli, qui forsan simul conglutinati sunt.

I. Chartaceus in-8°, saec. XV (ita catalogus fol. 196^{v} post corr.; « saec. XIV » ante corr.). Inest

1. Petri Ranzani Vita S. Vincentii Ferrerii in tres libros dispertita, praemissis praefatione et capitulorum indice (*BHL.* 8657, 8658).

II. Membraneus, foliorum 34 (fol. 31-34 chartacea), exaratus saec. XIV (fol. 26^{v}-27^{v} saec. XV, fol. 28^{v}-34^{v} variis manibus saec. XVI). Erat olim *Liber conventus Cracoviensis S. Trinitatis* (fol. 1). De hoc codicillo cf. L. Ćwiklíński, inter *Monumenta Poloniae historica*, t. IV (Lwów, 1884), pp. 819-21, 826-27. Insunt

2. (Fol. 1-26^{v}) Vita S. Iacchonis ordinis Fratrum Praedicatorum = *BHL.* 4052.

Edita ex hoc codice. — Subiectae sunt (fol. 26^{v}-27^{v}) annotationes quaedam de miraculis saec. XIV et XV patratis, de quibus cf. Ćwiklíński, t. c., p. 819-20.

3. (Fol. 28^{v}-31^{v}) De inventione et bina inventione ossium B. Iacincti.

Ed. ex hoc codice Ćwiklíński, t. c., p. 894-99.

4. (Fol. 31^{v}?-33^{v}) Novae capellae et altarium erectio.

Ed. ex eodem ibid., p. 900-901.

5. (Fol. 33^{v}-34^{v}) Carmina in altari B. Iacincti noviter constructo in lapide alabastrino exsculpta.

Ed. ex eodem ibid., p. 901-903.

CODEX F. IV. 91. Chartaceus in-8°, saec. XVI. Insunt

1. (Fol...) Miracula S. Agnelli (= *BHL.* 150?).
2. (Fol. 24) Passio SS. Iasonis, Mauri et Hilariae (cf. supra p. 77[105], 257[19]).
3. (Fol. 55) Passio S. Reguli archiepiscopi (cf. *BHL.* 7102 sqq.).
4. (Fol. 60) Vitae S. Lucinae nobilis matronae.
5. (Fol. 62[v]) Passio S. Senesii (cf. *BHL.* 7576).
6. (Fol. 68) Passio SS. Vincentii et Benigni (cf. *BHL.* 8676)).
7. (Fol. 72[v]) Vita S. Silai conf. (cf. *BHL.* 7721).

CODEX F. IV. 94. Membraneus in-8°, circ. saec. XIV. Insunt

1. (Fol..,) Vita S. Margaritae Ungaricae Ord. Praed. in duas partes divisa. — Videtur esse Vita *BHL.* 5331; annotatum enim est in catalogo hanc Vitam esse ampliorem ea quae edita est in *Actis SS.* (= *BHL.* 5332).
2. (Fol. 56[v]) Legenda de vita S. Lazari.
3. (Eol. 59[v]) Legenda de vita et passione S. Katherinae virg. et mart.
4. (Fol. 64) Legenda de vita S. Firminae virg. et mart. — Cf. inferius cod. Vallicellanum H. 9[43].
5. (Fol...) Legenda de inventione corporum SS. Firminae et Olympiadis. — Cf. ibid., H. 9[44].
6. (Fol. 71[v]) Legenda de S. Martha.
7. (Fol. 74[v]) Legenda S. Iohannis pii, communius eleemosynarii.
8. (Fol. 91[v]) Legenda S. Iohannis evangelistae.

CODEX F. IV. 100. Chartaceus in-8°, saec. XVII. Insunt

1. (Fol. 95) Vita S. Bartii martyris ex fragmentis Iulii Gabrielis collecta a D. Const. Caietano.
2. (Fol. 113) Vita S. Leonis episcopi Catanensis cum prologo (cf. *BHL.* 4838).
3. (Fol. 146) Vita S. Bertarii martyris ex ms. Cassinensi deprompta (*BHL.* 1271).

CODEX F. VIII. 204 (quem codicem iam deesse docet catalogus, fol. 242[v]). Chartaceus in-folio, saec. XVI. Inerat

Vita B. Sitae, praemisso prologo (cf. *BHL.* 9019).

CODEX F. VIII. 208. Membraneus in-fol., circ. an. 1320. Insunt

1. (Fol. 55[v]?) Sermones sanctorum patrum interpretati de graeco in latinum a Pelagio diacono et Iohanne subdiacono (cf. *BHL.* 6527-6530). Sequuntur correptiones patrum XII et sententiae.
2. (Fol. 58[v]?) Vita sanctorum patrum cum prologo et praefatione.
3. (Fol...) De S. Martino Turonensi Dialogus in XV capita divisus.
4. (Fol. 82[v]) Vita eiusdem cum prologo. Libri secundi [h. e. epistularum *BHL.* 5611-5613?] habetur initium tantum. Cetera desiderantur.

CODEX F. VIII. 209. Membraneus in-4°, circ. an. 1400. Insunt

1. (Fol...) Evagrii ab Iberis Pontici Vitae sanctorum patrum in tres libros divisae. Praemissus est memorabilis eventus narratio et sermo de sollertia iudicis unius. Sequuntur trium librorum capitula et parva praefatio. Singuli prologum habent.
2. (Fol. 171ᵛ) Vita S. Hilarionis (*BHL.* 3879).

CODEX F. VIII. 210. Membraneus in-4°, circ. an. 1300. Inest

Attonis Pacensis Vita S. Iohannis Gualberti cum praefatione (*BHL.* 4398).

CODEX F. VIII. 211. Membraneus in-4°, circ. an. 1405. Inest

Raimundi de Vineis Capuani Vita S. Catharinae de Senis divisa in partes tres, praemissis duobus prologis (*BHL.* 1702).

CODEX F. VIII. 213. Chartaceus in-folio, anno 1605. Inest

Vita B. Sitae, praemisso prologo; sequuntur miracula (cf. *BHL.* 9019-9021). Ad calcem reiectum est monumentum anni et loci unde hoc exemplar depromptum.

CODEX G. IV. 96. Membraneus in-8°, circ. an. 1300. Insunt

1. Martyrium S. Petri apostolorum principis.
2. Lectiones in cathedra S. Petri.
3. (Fol. 15) Martyrium S. Pauli apost.
4. Passio S. Andreae apost.
5. (Fol. 42) Passio S. Iohannis apost. cum praefatione.
6. Passio S. Philippi apost.
7. Passio S. Iacobi apost., fratris Domini.
8. Passio S. Iacobi apost., fratris Iohannis evangelistae.
9. Passio S. Bartholomaei apost.
10. Passio S. Matthaei apost.
11. Passio SS. Simonis et Iudae apost.
12. Passio S. Thomae apost.
13. (Fol. 130ᵛ) Passio S. Christophori.
14. (Fol. 138) Vita et Passio S. Cucufatis.

CODEX G. IV. 97. Chartaceus in-8°, saec. XIV (immo XV). Inest enim

Vita S. Athanasii Alexandrini episcopi ex Graecorum traditionibus in latinum transcripta, cui praemissa est epistula ad Eugenium <IV> papam. Cf. *BHL.* 732.

CODEX G. IV. 130. Membraneus in-4°, saec. XIV. Inest

Iacobi de Voragine *Legenda aurea*.

CODEX G. V. 131. Membraneus in-4°, saec. XV. Insunt

Flores extracti de Vitis sanctorum patrum, praemissis prologo et capitulorum indice.

CODEX H. IV. 119. Membraneus in-16, exaratus anno 1460 a Gabriele de Canale. Inest.

(Fol. 70^{v}) Hieronymi Vita S. Pauli primi eremitae (*BHL.* 6596).

CODEX I. VI. 234. Chartaceus in-4°, saec. XVI. Insunt

1. Iacobi Caietani de Stephanescis libri tres de electione et abdicatione S. Petri de Murrone cum prologo ad Sulmonenses et praefatione (*BHL.* 6746, 6747).

2. Eiusdem libri tres de canonizatione S. Petri de Murrone (*BHL.* 6749).

CODEX I. VII. 262. Chartaceus in-folio, saec. XV. Inest

Narratio sanctorum patrum et pastorum qui in occidentali ecclesia floruerunt ex Quintilio, Acatio, Anatolio et aliis. Adnotatum autem est : « pag. 2^{v} hic est titulus subrubricatus, iteratus et amplior in margine ».

CODEX L. III. 64. Insunt

1. Vita et martyrium Ioannis Fissheri episcopi Roffensis.

2. (Fol. 90) Eiusdem vitae mortisque compendium anglo sermone exaratum.

CODEX M. VII. XLIX. Insunt

1. Vita S. Bonaventurae.

2. Vita S. Francisci.

CODEX P. VIII. 15. Membraneus in folio, circ. saec. XIII.

Est hoc Lectionarium sanctorum. Incipit a Passione S. Savini episcopi, quam tamen praecedit fragmentum Vitae S. Barbarae et S. Nicolai; desinit in Passione SS. Tiburtii et Valeriani, quam sequitur initium alterius.

CODEX Q. II. 51. Chartaceus in-folio, saec. XVI. Inest

Vita divi Arnésti primi Pragensis archiepiscopi.

IX. BIBLIOTHECA CORSINIANA

CODEX 64 (ALIAS 40. F. 1)

Chartaceus, foliorum sign. I-VI, 1-120 ($0^{m},300 \times 0,204$), exaratus variis manibus saec. XV.

Fuit olim cardinalis Ludovici de Ludovisiis.

1. (Fol. 98-99^{v}) Legenda S. Floriani et sociorum suorum, quae ex antiquissimis scripturis et approbatis inventa est.

Ed. in *Anal. Boll.*, t. XXIII, p. 303-307.

2. (Fol. 99^{v}-104) <Miracula B. Floriani Bononiensia>.

Inc. DE PUERO QUI SANATUS EST A NOCIVO DOLORE SINGULTUS. *Fuit puer quidam annorum quinque de civitate Bononiensi, de loco qui dicitur Castello, de cap^{a} Sanctae Mariae de Castello, qui patiens singultus per octo dies continuos* — Des. *cum lacrimis laudaverunt Christi martyrem Florianum; tollentes puerum cum maximo gaudio ad sepulcrum martyris deduxerunt, haec voce publica nuntiantes. Amen.* Cf. *Anal. Boll.*, t. c., p. 293.

3. (Fol. 104-106^{v}) Vita S. Iulianae virg. Ex dictis sacrorum doctorum Augustini et Ambrosii = *BHL.* 4519.

Post ultima verba scriptum est : *Huc usque ex dictis Ambrosii.* Inde

4. (Fol. 106^{v}-108) Laus Augustini de Iuliana, et doctrina atque exortatio ad eandem de continentia viduali.

S. AUGUSTINI liber *de bono viduitatis* (*P.L.*, t. XL, col. 431-50).

Sequitur brevissimus locus, qui inc. : *Igitur beata Iuliana huius vitae dies suos feliciter complens...* et des. *Hic requiescit corpus S. Iulianae viduae. Festum vero eius colitur VII idus februarii, ad laudem... Amen.*

5. (Fol. 108^{v}-109) Passio beatissimi Proculi episcopi et martyris = *BHL.* 6956.

Reliquis omissis, des. *Tunc praefectus iussit caedi beatum Proculum et diu caesum catenis constrictum in carcerem mitti cum aliis christianis* (MELLONI, p. 280, col. 2 med.).

CODEX 121 (ALIAS 43. C. 29)

Chartaceus, foliorum 89 ($0^{m},250 \times 0,185$), exaratus saec. XV.

(Fol. 79-88) <Passio S. Margaritae> = *BHL.* 5303.

CODEX 364 (ALIAS 41. G. 19)

Membraneus, foliorum 323 ($0^{m},300 \times 0,217$), paginis bipartitis exaratus saec. XIV. Continet *Legendam auream.*

CODEX 370 (ALIAS 40. E. 24)

Membraneus, foliorum 390 ($0^{m},148 \times 0,110$). Constat binis codicibus simul compactis, quorum alter (fol. 1-279) saec. XIII paginis bipartitis, alter (olim signatus 568) saec. XIV exaratus est. Uterque erat saec. XV conventus Fratrum Minorum de Luca (f. 279, 280, 388^{v}), et quidem ad usum fratris Benedicti de Medicis (fol. 1).

1. (Fol. 280-356^{v}) Vita B. Francisci = *BHL.* 3107.
2. (Fol. 357-385) Quaedam de miraculis ipsius post mortem ostensis = *BHL.* 3109.

CODEX 382 (ALIAS 39. E. 8)

Chartaceus, foliorum 108 ($0^{m},202 \times 0,147$), exaratus saec. XV.

1. (Fol. 1-67) Vita B. Francisci = *BHL.* 3107.
2. (Fol. 67-88) Quaedam de miraculis ipsius post mortem ostensis = *BHL.* 3109.
3. (Fol. 89-108^{v}) <Vita S. Francisci> = *BHL.* 3114.

   Foliis perditis, inc. mutila : |*bant tolerabant eum in talibus eum turbare nolentes* (*Act. SS.*, num. 2 med.) — Reliquis omissis, des. *Similiter et viri uxorati et mulieres maritatae a lege matrimonii*| (*Act. SS.*, num. 60 extr.)

CODEX 777 (ALIAS 41. G. 12)

Membraneus, foliorum 192 ($0^{m},322 \times 0,210$), manu beneventana exaratus saec. XIII (cf. G. WAITZ, in *MG.*, Scr. rer. lang., p. 401).

Fol. 1 : *Hic liber est monasterii Sancti Severini de Neapoli.*

In folio 193 chartaceo descriptus est saec. XVII index Vitarum.

1. (Fol. 1-12^{v}) Vita et passio S. Phebroniae Virg. et mart.

   Incipit prologus interpretis : *In primo parente paradisi felicitate amissa, genus humanum multifarias incurrit valitudines... Denique Athanasius iunior Neapoleos urbis antistes... vitam et agonem gloriosae*

martyris Phebroniae verum et beati Petri Alexandrinae cathedrae pontificis ex graeco stilo latinis auribus me (add. post.) *transferre praecepit* — Inc. *Temporibus igitur Dioclitiani imperatoris Anthimus praefectus in funeream corruens valitudinem vocavit ad se germanum suum, nomine Selenum* — Des. ut *BHL.* 2843. Cf. cod. Bibl. Alexandrinae 93[94]. Cod. 777.

2. (Fol. 12[v]-17[v]) Passio S. Dorotheae virg. et mart. = *BHL.* 2323.

3. (Fol. 17[v]-32) Vita S. Eupraxiae virg. = *BHL.* 2719.

4. (Fol. 32-34) Vita B. Marinae virg. = *BHL.* 5528.

5. (Fol. 34-40) Vita S. Euphrosynae virg. = *BHL.* 2723.

6. (Fol. 40-51) Natale S. Brigidae virginis. Vita et miracula eius = *BHL.* 1457.

Aliter separatione facta inter Vitam et prologum, ita in codice des. prologus : *quod non valet ingenium ferre dictantis;* incipit autem Vita : *Haec sancta et Deo dicata virgo Brigida egregiis crescens virtutibus et fama bonarum rerum ad eam de omnibus provinciis...* Vitae subiunctum est carmen *Brigida nomen habet* (Chevalier, *Repert. hymn.* 2512).

7. (Fol. 51-57) Vita S. Melaniae = *BHL.* 5886.

Inc. *Igitur beatissima Melania Romanae urbis senatu orta fuit. Hanc...*

8. (Fol. 57-62) Conversio S. Pelagiae = *BHL.* 6605.

Desunt prologi.

9. (Fol. 62-74) Vita S. Mariae Aegyptiacae = *BHL.* 5417.

Deest prologus. Omissis ultimis sententiis, des. *omnia fratribus enarravit, nihil eis abscondens de hiis quae audierat et viderat.*

10. (Fol. 74-75[v]) Vita cuiusdam meretricis, Tayses nomine = *BHL.* 8012.

Sequitur brevis adhortatio eadem atque in cod. Bibl. Alexandrinae 95[54].

11. (Fol. 75[v]-80[v]) Passio S. Fortunatae virg. et mart. = *BHL.* 3081.

Mutata ultima parte (inde a num. 12 med.) sic des. *Quod factum divina providentia quis ambigat, cum non suis sed aliorum civibus ex sublatis martyrum corporibus inviti quodammodo ac nescientes nautae consuluisse videantur. Passa est igitur sanctissima virgo et martyr Fortunata cum fratribus suis* (*c. f. s.* add. sup. lin.) *die* XIV° *mensis octavi qui inscribitur pridie idus octobris.* Addidit autem alia manus saec. XIII in infimo margine : *Translata autem sunt eorum beata corpora post plurima tempora in monasterium virginum Christo dicat<ar>um vocabulo Sancti Gaudiosi episcopi et confessoris, situm iuxta basilicam* (add. sup. lin.) *beati Agnelli confessoris et eiusdem quondam monasterii abbatis, secus murum Neapolitanae civitatis. Ubi se petentibus beneficia praestare non desinunt, ad laudem... Amen.* Cf. cod. Bibl. Alexandrinae 95[80].

Cod. 777.

12. (Fol. 81-86^{v}) Sermo Leonis presbyteri de beatissime vir(ginis) Patricie = *BHL.* 6484, 6485.

13. (Fol. 87^{v}-93^{v}) Vita et obitus S. Aspren Neapolitani episcopi = *BHL.* 725.

14. (Fol. 93^{v}-98^{v}) Natale S. Ianuarii episcopi martyris = *BHL.* 4115-4118. Sept. 19.

15. (Fol. 98^{v}-102^{v}) Miracula eius = *BHL.* 4138.

16. (Fol. 102^{v}-109) Natale S. Sossii levitae et martyris. Vita et Passio eius = *BHL.* 4134. Sept. 23.

Deest prologus. — Des. ut in codice Bibl. Alexandrinae 95[32].

17. (Fol 109-113^{v}) Passio ss. mm. Euticetis et Acutii = *BHL.* 4137. Oct. 18.

18. (Fol. 113^{v}-121^{v}) Vita et passio S. Maximi levitae et martyris = *BHL.* 5847. Oct. 30.

19. (Fol. 122-130) Natale S. Agrippini Neapolitani episcopi = *BHL.* 174-177. Nov. 9.

20. (Fol. 130-149^{v}) Miracula S. Agnelli confessoris = *BHL.* 150-151. Dec. 14.

21. (Fol. 150-157^{v}) Translatio S. Athanasii Neapolitani episcopi = *BHL* 737. April. 5.

Sequuntur versiculi sex editi supra, p. 147[20].

22. (Fol. 157^{v}-165) Vita et obitus S. Severi Neapolitani episcopi = *BHL.* 7676-7678. April. 29.

23. (Fol. 165^{v}-171) Natale sanctorum martyrum Mariani et sociorum eius = *BHL.* 131. Mai 15.

24. (Fol. 171-174^{v}) Natale S. Ephebi Neapolitani episcopi. Miracula eius = *BHL.* 2705 Mai 23.

25. (Fol. 174^{v}-186) Vita et obitus S. Athanasii Neapolitani episcopi = *BHL.* 735. Iul. 15.

26. (Fol. 186-188) Natale S. Paulini Nolani episcopi = *BHL.* 6560. Iun. 22.

27. (Fol. 188-192) <Vita S. Paulini ep. Nolani> = *BHL.* 6558.

Inc. *Petrus presbyter Uranio. Litteras nobilitatis tuae* — Des. *navigare dispono.*

CODEX 792 (ALIAS 39. C. 12)

Chartaceus, foliorum 56 ($0^{m},265 \times 0,200$), exaratus saec. XVI post medium.

(Fol. 1-54) Sancti patris nostri Iohannis Gualberti Vita aedita a beato viro Atthone Pistoriensi episcopo = *BHL.* 4398.

Deest epilogus.

CODEX 819 (ALIAS 38. B. 13)

Chartaceus, foliorum 175 ($0^{m},275 \times 0,205$), exaratus saec. XVI.

Insunt de Vitis Romanorum pontificum inde a Ioanne XII « fragmenta ex variis antiquis manuscriptis codicibus excerpta », et quidem ex Bosone :

1. (Fol. 3^{v}-5^{v}) <De Leone papa IX> = *BHL.* 4828.
2. (Fol. 13-26^{v}) <De Gregorio papa VII> = *BHL.* 3654.
3. (Fol. 56-58^{v}) <De Eugenio papa III> = *BHL.* 2671.

CODEX 883 (ALIAS 39. D. 11)

Chartaceus (praeter folia membranea 1, 2), foliorum 340 variae formae (max. $0^{m},29 \times 0,22$), exaratus non una manu saec. XVI et XVII.

1. (Fol. 23-28^{v}) Historia translationis corporis S. Andreae apostoli ex Hierusalem in civitatem Amalfiam opera et industria illustrissimi et reverendissimi cardinalis Petri tituli Sancti Marcelli, Amalfia oriundi.

Inc. (sine prol.) ut *BHL.* 434. — Des. *magnificantes Deum et virtutem sancti corporis, cuius merita gloriosa coruscant, ad laudem... Amen.*

2. (Fol. 30-36) Legenda sanctissimi apostoli Bartholomaei = *BHL.* 1002, 1003.

3. (Fol. 38-41^{v}) In translatione B. Bartholomaei apostoli ex Lipari Beneventum.

Inc. *Ad hanc itaque insulam beati Bartholomaei apostoli corpus, orta quadam persecutione adversus ecclesiam, ut Theodorus ille Constantinopolitanus Studii et Saccudiorum abbas... in uno suorum inde opusculorum, a paganis cum arca marmorea* — Des. *Eorum vero non est numerus, qui hactenus in multis necessitatibus beati Bartholomaei beneficium persenserunt, praestante Domino... Amen.*

4. (Fol. 44-45^{v}) Copia historiae inventionis clavi domini nostri Iesu Christi conventus Sancti Salvatoris de Spoleto ordinis Praedicatorum.

Inc. prol. *Sapientia abscondita et thesaurus invisus...* (Auctor ad scribendum implorat auxilium Petri martyris almi...)

Inc. *Legitur in historia de inventione sanctae crucis, quae in ecclesiasticis historiis invenitur, cui etiam consonat Cronica quaedam... quomodo Constantinus...* Age vero clavus Spoleti servatus idem fuisse dicitur, quem Helena imperatrix in mare Hadriaticum abiecerat. De cuius inventione ita narrationem exorditur scriptor : *Senes ipsius* (urbis) *commu-*

Cod. 883.

niter sic asserunt : Solitarius quidam in monte Luco... Clavus porro, quem solitarius ille, angelo monente, in litore reppererat, ipso mortuo, in officina fabri inter ramenta ferri proiectus, postea miraculo quodam agnitus et (ita desinit narratio) *ad basilicam hanc Sancti Salvatoris et conventum Fratrum Praedicatorum ordinis cum summo honore est allatus et reconditus, ubi omni populo in festo eiusdem supradictae basilicae sollemniter demonstratur.*

5. (Fol. 50-51) Passio S. Caesarii mart.

Lectiones tres ex *BHL.* 1511 excerptae.

6. (Fol. 53-54) Passio SS. Valentini et Hilarii mart.

Lectiones tres excerptae ex *BHL.* 8471-8472.

7. (Fol. 54-55) Passio SS. Vitalis et Agricolae.

Lectiones tres ex *BHL.* 8691 excerptae.

8. (Fol. 55-56) Vita S. Gregorii ep. et conf.

Lectiones tres ex *BHL.* 3678 excerptae.

9. (Fol. 56-57) Vita S. Leonardi conf.

Lectiones tres ex *BHL.* 4862 excerptae (inc. *Antiquorum patrum beatus Leonardus eruditus vita in occiduis mundi partibus velut praeclarum sidus...*)

10. (Fol. 57v-58v) Passio S. Antimi martyris.

Excerpta ex *BHL.* 561.

11. (Fol. 58v-59v) Passio SS. Quatuor Coronatorum martyrum.

Lectiones tres excerptae ex *BHL.* 1839.

12. (Fol. 59v-61) Passio S. Theodori martyris.

Lectiones tres excerptae ex *BHL.* 8077.

13. (Fol. 61-62) Passio S. Martini papae et mart.

Lectiones tres ex *BHL.* 5596 excerptae.

14. (Fol. 62v-65) Vita B. Martini ep. et conf.

Lectiones septem ex *BHL.* 5610 et 5613 excerptae.

Libelli **15-18** exscripti sunt ex « libello manuscripto ecclesiae Civitatis Castellanae » (cf. fol. 66) anno 1572.

15. (Fol. 67-71v) Passio ss. mm. Abundii et Abundantii et Marciani ac Ioannis eius filii = *BHL.* 16.

16. (Fol. 71v-74v) <Inventio et translatio eorundem> = *BHL.* 18.

17. (Fol. 74v-85v) Primum diadema in festo eductionis sive revelationis reliquiarum SS. Ioannis et Martiani = *BHL.* 4432.

Sequuntur (fol. 85v-86v) miracula quae inc. *Fuit praefata quaedam mulier <cuius> facies ulceribus erat plena...* et des. *nam ipsorum meritis scrofula disparuit evanescens.*

18. (Fol. 91-94v) De S. Gratiliano et de S. Felicissima martyribus = *BHL.* 3630.

19. (Fol. 99-106) Passio ss. mm. Abundi et Abundantii et Martiani et Ioannis eius filii = *BHL.* 16. Cod. 883.

« Descripta ex exemplari D. Curtii Ranchi canonici S. Petri 1583. »

20. (Fol. 111-118) Passio S. Erasmi ep. et mart. edita a sanctissimo Gelasio papa II et Casinensis coenobii monacho = *BHL.* 2584.

Multum contracta ultima parte, des. *ad aeterni regis curiam est evectus* (c. 34). *Sepultus est autem ad occidentalem eiusdem civitatis partem iuxta amphitheatrum a Probo episcopo* (c. 35); *ubi innumerabilia eius meritis et intercessionibus fiunt miracula; omnibus digne pulsantibus aperitur digneque petentes accipiunt quae precantur, praestante Domino... Amen.* (c. 37 extr.).

21. (Fol. 118-125) Passio S. Erasmi ep. et mart. = *BHL.* 2585.

Des. *gaudet in aevum. Obiit...Amen* (cf. supra, p. 109[29]). Tum interposito verbo FINIS, sequitur (fol. 125[v]) ultima pars ipsius Passionis inde ab *Plurimorum namque post eius transitum annorum curriculis evolutis...* usque ad *Amen.*

22. (Fol. 125[v]-126) Novum miraculum B. Erasmi regnante domino Carolo 2°, m° ccc° primo = *BHL* 2586.

23. (Fol. 126[v]-128) De vita et obitu S. Innocentii ep. = *BHL.* 4279.

24. (Fol. 128-130[v]) Legenda B. Eupuriae virg. et mart = *BHL.* 2732.

25. (Fol. 130[v]-132[v]) Legenda S. Albinae virg. et mart. = *BHL.* 233.

Sequitur (fol. 133) brevis narratio de translatione Caietam, ut in cod. Bibl. Alexandrinae 96[50].

26. (Fol. 133-137) Legenda S. Marciani ep. et mart.

De qua *Act. SS.*, Iun. t. II, p. 787. num. 6. — Inc. *Post triumphalem victoriam domini nostri Iesu Christi, qua suo pretioso sanguine mundum redimere dignatus est* — Des. *Ibi itaque multa miraculorum beneficia se flagitantibus praestare non desinit usque in hodiernum diem, ad laudem... Amen.*

27. (Fol. 137-141[v]) Passio ss. mm. pontificum Casti et Secundini = *BHL.* 1650.

28. (Fol. 141[v]-142) Sermo de eisdem = *BHL.* 1651.

Des. ut in cod. Bibl. Alexandrinae 94[2].

29. (Fol. 142-148[v]) Passio S. Montani mart. = *BHL.* 6011.

Deest epilogus.

30. (Fol. 149-150[v]) Passio S. Theodori mart. = *BHL.* 8077.

31. (Fol. 151-152[v]) Translatio capitis S. Theodori mart. = *BHL.* 8081.

32. (Fol. 153-162) Vita S. Castrensis episcopi et conf. = *BHL.* 1645.

Cod. 883.

« Extracta a quibusdam antiquissimis chartis conservatis in maiori ecclesia civitatis Montis Regalis » (in Sicilia).

33. (Fol. 162v-163v) Vita S. Castrensis ep. et conf. = *BHL.* 1644.

Inde ab : *Sanctus Castrensis moenia Suessanae urbis adiit* (= *Act. SS.*, num. 11) usque ad : *atque sanctum Deo reddidit spiritum* (ibid., num. 16 med.).

34. (Fol. 217-221) Vita S. Victoriani <abbatis Asaniensis>.

« In eodem processu inter iura monasterii S. Victoriani, fol. 1042 et seq., habetur. »

Inc. *Beatus igitur Victorianus ex Italia genus ducens alto sanguine* — Des. *Mansit sanctissimum corpus eius* (id est S. Gaudiosi episcopi Turiasonensis) *in eodem loco ubi humatum est per multa curricula annorum, quousque, crescente devotione fidelium, delatum est venerabiliter et associatum corpori beatissimi Victoriani, ut qui simul vixerant in religione sanctitatis, simul et viverent in aeternitate felicitatis, auxiliante Domino... Amen.* Cf. *Act. SS.*, Ian. t. I, p. 738-43.

35. (Fol. 229v-233) <Vita S. Raimundi ep. Rotensis> = *BHL.* 7076.

« Ex eodem processu inter iura civitatis Barbastrensis, fol. 1114 et seqq. »

36. (Fol. 238-239) <De ss. mm. Verulanis Blasio et Demetrio>.

Annotatum est de libellis **36** et **37** (fol. 235v) : « Recepi a R. P. D. episcopo Verulano die XXIII octobris 1568 super passione ».

Inc. *Beati martyres Blasius et Demetrius dum ecclesiam quadam die intrassent cum aliis fidelibus oraturi* — Des. *Beatissimi martyres christianos se esse confessi sunt, cumque in Christi fide constanter persisterent, flagellis caesi sunt. Deinde ad Martis templum ducti sacrificare contemnentes, praeses in eos gladio animadver[ten]ti iussit. Passi sunt tertio kal. decembris.*

37. (Fol. 239-240v) In inventione ss. mm. Blasii et Demetrii.

Inc. *Tempore igitur quo summus Caelestinus tertius universalem cathedram divino nutu Romae feliciter gubernabat, anno videlicet dominicae incarnationis 1196* — Des. *Venientes itaque ante septemtrionalem ecclesiae ianuam locum, qui sibi fuerat a sanctis demonstratus, ipsi episcopo designando monstravit; in quo sanctorum corpora die sequenti sunt, Domino cooperante, manifesta reperta* (add. al. man. *quarto cal. iunii*).

38. (Fol. 241v-243v) Vita SS. Voti et Felicis et Iohannis primi eremitae dicti monasterii = *BHL.* 8732.

« Ex processu dissolutionis unionis Oscensis et Iaccensis et erectionis Balbastrensis et applicationis fructuum monasteriorum, inter iura producta pro parte monasterii S. Ioannis della Penna, habetur fol. 915 et seqq. » Ex eodem exscripti sunt libelli **39-41**.

39. (Fol. 243v-246) <Vita eorundem> = *BHL.* 8733.

Inc., reliquis omissis : *Miraculum vero valde mirabile quod a plerisque religionis huius...* (*Act. SS.*, num. 8). Cod. 883.

40. (Fol. 246-249v) <Vita eorundem> = *BHL.* 8734.

41. (Fol. 249v-252v) <Passio SS. Torquati, Ctesiphontis et aliorum> = *BHL.* 8311.

42. (Fol. 253-254v) <De S. Indaletio>.

« Ex eodem processu ibidem a fol. 920 et seq. »

Inc. *Videamus, fratres, cuius hodie translationem celebramus, sancti utique Indaletii, et quid significat hoc nomen, videamus* — Des. *Fuerunt comprobatae dictae tres orationes suprascriptae* « *Exultemus in Domino* » *in commemoratione sanctorum Torquati sociorumque eius... In fine Torquatus... conditi quieverunt.*

43. (Fol. 266-267) Vita S. Enneci abbatis = *BHL.* 2544.

« Ex eodem processu dissolutionis et erectionis fol. 924 et seq., inter iura producta pro parte S. Ioannis de la Penna. »

44. (Fol. 276-295v) Vita S. Severini = *BHL.* 7655, 7656.

« Ex libris Monasterii S. Severini Neapolitani ». — Deest clausula *(Habes, egregie...)*

45. (Fol. 300- 309v) Translationis libellus S. Severini, id est quomodo ex castello Luculano in Neapolitanam urbem translatum sit venerandum eius cadaver = *BHL.* 7658.

Ex iisdem libris.

46. (Fol. 310-322) Passio simul et translatio gloriosi levitae et martyris B. Sosii = *BHL.* 4134, 4135.

Ex iisdem libris.

CODEX 1144 (alias 41. E. 4)

Membraneus, foliorum A, B et sign. 1-385 (0m,258 × 0,180), paginis bipartitis exaratus saec. XIV.

Continet *Legendam auream.*

CODEX 1532 (alias 39. D. 5)

Chartaceus, paginarum 421 (0m,312 × 0,217), exaratus saec. XVII. Erat olim Nicolai Rossii, in cuius bibliothecae catalogo signatus est nº CCCXCV.

(Fol. 1-419) <Vita et miracula B. Margaritae de Cortona> = *BHL.* 5314.

Post ultima verba *(promissam imaginem destinavit)*, quae leguntur p. 418, sequuntur duo miracula :

Cod. 1532.

1°) *In Burgo Sancti Sepulchri quaedam iuvenis domina iam suo tradita viro a daemone sic fuit obsessa...*

2°) *Religiosa et morum honestate conspicua soror Andriana... Haec omnia beata Margarita coram ser Badio et suis sororibus cum laetitia recitavit.*

Sequitur (pag. 419) : *Hanc legendam compilavit frater Iuncta de mandato fratris Ioannis de Castillione...*

(Pag. 420) *In Dei nomine. Amen. Indictione undecima, die vero* XV *februarii MCCCVIII hora XXII feci hunc ac complevi.*

Ego Domnus Gabriel..... (locus vacuus) *de Ferraria complevi librum hunc hora supradicta.*

CODEX 1803 (ALIAS 40. E. 9)

Membraneus, foliorum 98 (0^m,16 × 0,11), paginis bipartitis exaratus saec. XV in

(Fol. 1-47^v, 48-56^v, 56^v-97) (Epistulae tres de S. Hieronymo) = *BHL.* 3866-3868.

CODEX 1815 (ALIAS 41. G. 17)

Membraneus, foliorum 255 (0^m,295 × 0,225), exaratus saec. XV.

1. (Fol. 1-3) (Pseudo-Augustini epistula de S. Hieronymo) = *BHL.* 3867.

2 (Fol. 3-18) (Pseudo-Cyrilli epistula de eodem) = *BHL.* 3868.

CODEX NICOLAI ROSSII LXXXVI (ALIAS 45. G. 14)

Membraneus, foliorum sign. 1-7, 18-25 et pag. 1-107 (0^m,27 × 0,21), exaratus saec. XIV.

Fol. 7 exarata est eadem imago, quae in cod. Casanatensi 934.

(Fol. 6-6^v, 18-25^v et pag. 1-107) Iacobi Sancti Georgii ad Velum (*corr. al. man.* Vellus) aureum diaconi cardinalis opus metricum <de S. Petro de Murrone> = *BHL.* 6746-6749.

CODEX NICOLAI ROSSII CCLXXVI (ALIAS 44. E. 38)

Chartaceus, foliorum 104 (0^m, 188 × 0,131), exaratus saec. XVII.

Erat olim *di Don Gio. Battista Passerini monaco Celestino e curato di San Michele Bisdomini* (fol. 2^v).

(Fol. 5-96) Iacobi Sancti Georgii ad Velum Aureum diaconi cardinalis opus metricum <de S. Petro Caelestino> = *BHL.* 6746-6749. Cod. Nic. Rossii 276.

CODEX NICOLAI ROSSII CCXCI (alias 41. E. 39)

Membraneus, foliorum 130 ($0^{m},185 \times 0,117$), exaratus saec. XII. Continet opuscula S. Augustini. Inest et

(Fol. 57-58) De vita vel de actibus B. Augustini ep.

Brevis narratio de moribus S. Augustini iam facti episcopi; quae inc. ut *BHL.* 788 *(Beatus Augustinus ex provincia...)* et des. : *Quem quantusve fuerit in hoc saeculo, omnibus suis posteris notum est; quantus autem apud Dominum, a fidelibus solis scitur, quem nos imbetes* (an *hebetes*?) *et indigni humiliter* (*eum* add. sup. lin.) *deprecamur, ut sinceritatem qua<m> nos in terris docuit, sua gratia largiente apud Deum in caelis optinere faciat, auxiliante Domino... Amen.*

CODEX NICOLAI ROSSII CCCXCV

Est hic codex iam Corsinianus 1532, de quo supra.

X. BIBLIOTHECA VALLICELLANA

TOMUS I

Membraneus, foliorum A et sign. 1-336 ($0^{m},565 \times 0,360$), paginis bipartitis exaratus saec. XI/XII.

Fol. A in charta pergamenae agglutinata descriptus est saec. XV index Vitarum. Ibidem scripsit manus saec. XVI : *Abbatis Crescentii*, in parte autem aversa annotavit manus saec. XII *numerum et vocabula singulorum librorum huius nostrae ecclesiae;* adiunxit eadem manus indicem librorum *quos domnus Hyeronimus abbas conficere studuit* (utrumque elenchum ed. M. Faloci Pulignani in *Il Bibliofilo*, t. III, Bologna, 1882, p. 9; tum etiam G. Becker, *Catalogi bibliothecarum antiqui*, Bonnae, 1885, p. 218-19); alia vero manus saec. XII exscripsit chartam factam tempore eiusdem abbatis Hieronymi, quae incipit : *Anno dominicae incarnationis M° C° LXX°. indictione III^a, regnante domino Frederico, nos heredes et nepotes Tebaldi filii Supponis et Tebaldi Ugolini iureiurando iungimur ecclesiae Sancti Euticii, ut viventes sive morientes per omne tempus cum ea inseparabiliter maneamus, et castellum quod modo facimus, hoc est Podium Forcellae, neque in pignore, neque in commutatione... alienabimus sine licentia ipsius abbatis domni Hyeronymi vel successorum eius post ipsum...* et des. *Mainictus, Ofreducius et Azachaus interfuerunt testes et Ascari Debulgarellus fecit similiter, Munaldus iudex sacri palatii rogatus scripsi.* Unde habemus fuisse olim librum abbatiae Sancti Euticii de Nursia O. S. B.

1. (Fol. 1-3^{v}) Passio <S. Andreae apostoli>. = *BHL.* 428.

   Praemissus est prologus idem, qui in codice Lateranensi A. 80[71].

2. (Fol. 3^{v}-5) Passio S. Barbarae = *BHL.* 915. Dec. 4.

3. (Fol. 5-13^{v}) Vita S. Sabae abbatis = *BHL.* 7406 Dec. 5.

   Reliquis omissis, desinit, non impleta pagina : *Dumque eum transisse iam ex hoc saeculo cognovissent, suam sectam iniquissimam in propatulo divulgare coeperunt* (cf. Vitae graecae cap. 83 med.).

4. (Fol. 14-20^{v}) Acta S. Nicolai episcopi = *BHL.* 6104-6106. Dec. 6.

   Sequitur (fol. 20^{v}-21) miraculum rudi stilo conscriptum : *Aliud namque, fratres carissimi, miraculum narro, quod chronicis accidit nostris aures stupore compressae auditu fideli quaedam voci valde conversae abbas quoque referente sum expertus, quae nostros satis illuminavit ocellos. Acceptum namque, Deo iuvante, de tali ac tanto viro beatissimo Nycolao opus subsequamur. Cum itaque saeva persecutio Agarenorum*

Tom. I.

in quandam civitatem Mireae nuncupata insisteret, multi nobiles atque ignobiles christiani feraliter in eorum manibus inciderent, contigit repentino casu accidente ut quidam frater in monasterio Beati Nicolai commorante crudeliter a saevis manibus eorum raptus efficitur. Narratur porro monachum illum in servitutem abductum cuidam ero ethnico traditum esse; elapso autem anno, cum in die festo S. Nicolai viro isti astaret urceo aureo aquam ministrans, per unam horam in extasin raptum esse atque extemplo ad portam ecclesiae monasterii sui esse transportatum. — Des. *et ilico eo revexit cogitando, ubi revehi debuit deprecando.* Sequuntur versiculi sex de hoc miraculo :

Nicolai proceris procerum venerande sodalis...
Laus honor sit Deo, decus per saecula cuncta. Amen.

5. (Fol. 21-21ᵛ) Prologus obitus S. Nicolai.

Narratio addita in loco vacuo manu saec. XII.

Inc. *Monachus quidam* (cod. *-dem*), *fratres carissimi, bonae memoriae Iohannes subdiaconus sanctae Parthenopensis ecclesiae, qui vitam sancti patris Nicholai interpretatus est, manifestat non se potuisse invenire obitum eius, propterea intermississe; et non mirum, cum in Italia interpretasset. Unde ego infimus Iohannes monachus et presbyter, cum in urbe Constantinopoli manerem, sancti patris ductus amore quaesivi et inveni, et non* (add. al. man. sup lin.) *in qualibuscumque scedulis, sed in archivis et emendatis codicibus, et secundum tenuitatem mei sensus interpretavi cum meis quidem sermonibus, sed veritate firmatis atque munitis. Unde, optime lector, lege necnon et indubitanter crede.*

Sermo quidem antiquitus scriptum atque firmatum, qui usque ad nos veraci relatione pertincxit, qualia fuerunt insignia beatissimi patris Nycholai. Venerabilis quidem fuit in moribus, angelicus in visione — Des. *collaudantes Dominum Iesum Christum, qui cum Deo Patre... Amen.*

Est haec narratio de morte S. Nicolai ita composita ut, si non meminisset scriptor de oleo, quod e sepulcro sancti manare ferebatur, de quolibet sancto episcopo et confessore scribi potuisset.

6. (Fol. 22-24) Passio S. Savini episcopi = *BHL.* 7453. Dec. 7.

7. (Fol. 24-25) Passio S. Eulaliae = *BHL* 2696. Dec. 10.

8. (Fol. 25-26ᵛ) Passio S. Luciae virginis = *BHL.* 4992. Dec. 13.

Des. ut in codice archivi S. Petri in Vaticano H. 58[2].

9. (Fol. 26ᵛ-33) Passio S. Thomae apostoli = *BHL.* 8136. Dec. 21.

10. (Fol. 33-35) Natalis S. Gregorii mart. = *BHL.* 3677. Dec. 23.

11. (Fol. 35-37ᵛ) Sermo ad laudem S. Gregorii editus.

Inest dumtaxat communis quaedam laudatio meritorum et miraculorum sancti martyris. — Inc. *Gregorius igitur, martyr gloriosus, ut fertur, Spoletano fuerat oriundus* — Des. *Qua de re studeamus eum, quem*

ad modum actenus prosatim, ita etiam versibus nunc laudare dicendo (sequuntur disticha quindecim) :

Carmina digna tibi, Gregori martyr erilis,
Pangat nunc coetus; fautor adesto pius...
Gloria summo Deo per cuncta saecla manenti.
Quisquis amen dicat Gloria summo Deo.

12. (Fol. 37r-39v) Passio S. Victoriae = *BHL.* 8591. Dec. 24.

13. (Fol. 39v-45v) Passio S. Anastasiae = *BHL.* 1795, 118, 8093, 401. Dec. 25.

14. (Fol. 46-48) Sermo de translatione S. Stephani. Dec. 26.

14. (Fol. 36^{v}) *Puer quidam valde delicatus ordinem Fratrum Praedicatorum intravit. Dum autem esset ei valde difficile portare cordam ad carnem, servare ordinis observantias et super omnia panem malum manducare et cibaria grossa, apparuit illi dulcis et pia virgo Maria filium portans in brachiis suis, et ait illi : « Fili, cur non comedis et cur » es desolatus ? » Tunc ostendit ei vulnera filii sui, dicens : « Intinge » panem tuum quando non sapit tibi, in sanguine vulnerum istorum » filii mei, et omnia tibi postea dulcia erunt. » Ille vero post hanc visionem consolatissimus fuit.*

15. (Fol. 36^{v}-37) *Latro...* = *Mir. BVM.* 942.

16. (Fol. 37) *Quidam peccator, dum quadam die multum famesceret...* Eadem narratio atque *Mir. BVM.* 699.

17. (Fol. 37) *Miles quidam equitans cum suo clerico beatae Mariae multum devoto...* Eadem narratio atque *Mir. BVM.* 1058.

18. (Fol. 37-37^{v}) *Comes quidam in comitatu Nivernensi exheredavit tres fratres...* Eadem narratio atque *Mir. BVM.* 220.

19. (Fol. 37^{v}) *Quaedam mulier omni nocte molestabatur a daemone, qui modo saltabat super lectum eius...* Invocata B. Virgine, mulier a molestia liberatur.

20. (Fol. 37^{v}) *Domina quaedam nobilis frequenter salutabat beatam*

Mariam devote... Cum autem « consensisset militi in malum » et ad locum assignatum prior advenisset, horas beatae Mariae recitat. Apparente porro beata Maria, uterque resipiscit. Cf. *Mir. BVM.* 1312, et supra, p. 248, 14°. Cod. B. 75.

21. (Fol. 37v-38v) *Miles quidam, dum ad extremam paupertatem venisset, prae verecundia ibat vagus per mundum...* Eadem narratio atque *Mir. BVM.* 1005.

22. (Fol. 38v-39) *Vidua quaedam nobilis Romana multum devota beatae Mariae...* Eadem narratio atque *Mir. BVM.* 47.

23. (Fol. 39) *Imperator quidam dum faceret fodi aurum sive argentum sub quodam monte...* Eadem narratio atque *Mir. BVM.* 215.

24. (Fol. 39) *Fuit quaedam mulier quae faciem suam coloribus depingebat...* Reprehendit eam beata Maria, ipsi quidem apparens, faciem vero suam ei non ostendens.

25. (Fol. 39-39v) *Abbatissa quaedam fuit devote serviens beatae Mariae...* Eadem narratio atque *Mir. BVM.* 4.

26. (Fol. 39v-40) *Quaedam monialis requisita erat frequenter a quodam nobili de malo...* Eadem narratio atque *Mir. BVM.* 194.

3. (Fol. 40-49, saec. XIII) Quaedam ex sanctorum patrum <vitis> ad aedificationem hominum scripta.

Aliquot narrationes ex libris de vitis Patrum desumptae.

4. (Fol. 271-275, saec. XIV) Canonizatio S. Ludovici ep. et conf. Ordinis Minorum.

Inc. *Vergente mundi vespere, lux orta est iusto et rectis corde laetitia, cum beatus Ludovicus Christi confessor et episcopus velut stella...* Exscripto initio Vitae, quae magis integra legitur in codice capituli Novariensis XXVII[33], verbis *sed etiam occasiones peccatorum cum omni diligentia evitavit* subiuncta est bulla *BHL.* 5054, omisso tamen initio, inde ab his verbis : *Quamquam autem singula praeclara opera...*

5. (Fol. 270v-277 in infimis marginibus, saec. XIV) In translatione B. Ludovici (ep. Tolosani).

Inc. *Gloriosus Dei confessor et pontifex illustris et inclitus Ludovicus, Christi fidelissimus imitator humilisque Francisci discipulus, vere lucerna super candelabrum posita et quasi stella matutina* — Des. (ut Vita in cod. Novariensi XXVII[33]) *Non solum autem in loco, in quo iacet vel ubi eius sacrae habentur reliquiae, sed etiam in diversis mundi partibus usque in praesens ipsum sanctum pie invocantibus beneficia divina meritis eius exuberant, praestante Domino... Amen.*

6. (Fol. 275v-277v, saec. XIV) Legenda S. Ludovici regis Franciae.

Lectiones desumptae ex *BHL.* 5043.

7. (Fol. 277v-280v, saec. XIV) De XI milibus virginibus.

Lectiones desumptae ex *BHL.* 8428.

CODEX B. 76.

Membraneus, foliorum 179 (0^m,150 × 0,123), rescriptus saec. XV ab Arnaldo Jay (cf. infra). Erat olim *monasterii Sancti Bartholomaei de Trisulto Carthusiensis ordinis* (fol. 2).

(Fol. 2-176v) Liber gestorum et doctrinarum et conciliorum et sententiarum sanctorum Patrum ad salvationem animarum tangentium.

Incipit prologus : *Domino venerabili patri Pascasio presbytero et abbati Martinus* (sup. ras.). *Vita patrum graecorum ut cetera facundia studiosa conscripta* etc. ut prol. ad *BHL.* 6531. — Incipit narratio ut *BHL.* 6531, non tamen sequitur ille liber, verum narratiunculae permultae ex libris de verbis seniorum permixtim desumptae; quarum ultima est *BHL.* 6527, cap. v, num. 20. Post ultima verba legitur : *Explicit primus liber Gerenticon* (sic) *sanctorum patrum manu mei Arnaldi Jay scriptus.*

CODEX B. 84.

Chartaceus, foliorum 132 (0^m,141 × 0,108), exaratus saec. XV.

1. (Fol. 1-14v) Vita S. Eufrosinae virg. = *BHL.* 2725.

   Inc. *Fuit quidam in Alexandria magna civitate vir dives...*
2. (Fol. 14v-45v) Vita S. Eufrasiae virg. = *BHL.* 2718.
3. (Fol. 45v-48) Vita vel paenitentia Taysis = *BHL.* 8015.
4. (Fol. 48-73) Vita vel acta Mariae Aegyptiacae = *BHL.* 5417.

   Deest prologus.
5. (Fol. 73-96) Vita S. Caeciliae virg. et mart. = *BHL.* 1496.
6. (Fol. 96-106v) Passio S. Agnetis virg. et mart. = *BHL.* 156.
7. (Fol. 106v-132) Vita S. Habraae descripta a S. Effrem = *BHL.* 12.

CODEX B. 95.

Chartaceus. Constat simul compactis quibusdam codicillis variae formae (circiter 0^m15 × 0,11) exaratis variis manibus saec. XIV et XV.

1. (Fol. 173-187, saec. XV) Legenda B. Iohannis de Bridlintona canonici regularis = *BHL.* 4355.
2. (Fol. 187-187v, saec. XV) De S. Dominico.

   Vitae *BHL.* 2219 caput LIII, illudque non integrum.

3. (Fol. 187v-188, saec. XV) De S. Augustino patre nostro. Cod. B. 95.

Brevis locus excerptus ex initio cap. 31 libelli *BHL.* 785. — Inc. *Nam vixit annis LXXVI, in clericatu autem...* (*P.L.*, t. XXXII, col. 63).

CODEX B. 131.

Chartaceus, intermixtis foliis membraneis, foliorum sign. III-XII et 4-268 (0m,144 × 0,103), exaratus saec. XIV/XV.

Continet in priore parte plurima de S. Francisco, pleraque italica, quaedam tamen latina, at ea permixtim collecta.

(Fol. 16-44v) Inc. mutil. (in quadam oratione seu prece) *accipere laudem et gloriam et benedictionem* (cf. *Opuscula sancti patris Francisci Assisiensis*, Quaracchi, 1904, p. 121, lin. ult.) — Des. *Ista sunt nomina fratrum minorum perfectorum... Duodecimus frater Angelus Tancredi* (= *Analecta Franciscana*, t. III, Quaracchi, 1897, p. 640-41).

(Fol. 46v sqq.) Inc. Verba B. Francisci notabilia. *Magna promisimus; maiora promissa sunt nobis* — Des. *quod fratres custodiant se a peccatis mortalibus.*

(Fol. 74v-75v) Inc. *In Christo sibi carissimis ministris... frater Bonaventura... Licet insufficientiam meam* — Des. *Datae Parisius anno Domini* 1277 (cf. *S. Bonaventurae opera omnia*, t. VIII, Quaracchi, 1898, p. 468-69; vid. p. 469, annot. 10).

(Fol. 76-83) Inc. De moribus naturalibus et virtutibus B. Francisci in forma omnium organorum sui corporis. *O quam pulcer quam splendidus apparebat* — Des. *libera nos a malo praeterito, praesenti et futuro. Amen.*

CODEX B. 136.

Membraneus, foliorum 44 (0m,192 × 0,100), exaratus saec. XII.

(Fol. 1-2) <Visio Taionis episcopi de libris Moralium S. Gregorii Magni> = *BHL.* 3648.

CODEX C. 9.

Membraneus, foliorum 411. Constat simul compactis fragmentis quattuor codicum.

I. Folia 1-173 (0m,302 × 0,203) manu beneventana exarata saec. XII. Folia 152-173 rescripta sunt.

1. (Fol. 138-144) Epistola S. Hieronymi presbyteri ad Heliodorum sacerdotem et ad Cromateum de nativitate S. Mariae = *BHL.* 5345, 5344, 5343.

Cod. C. 9. **2.** (Fol. 144ᵛ-147) Sermo de conceptione B. Mariae atque miraculis = *Mir. BVM.* 405.

III. Folia 182-185 (0ᵐ,27 × 0,18) manu communi exarata saec. XI et notis musicis ornata.

3. (Fol. 182-185ᵛ) <Carmen Pauli diaconi de S. Benedicto> = *BHL.* 1106.

Deest hymnus. — Omissa ultima sententia, desinit epilogus : *et remotus a mundi strepitu mansit.*

CODEX C. 13.

Membraneus, foliorum sign. 1-403 (0ᵐ,358 × 0,240), paginis bipartitis eleganter exaratus saec. XII.

Fol. 1 : *Abbatis Crescentii.* — Est hic liber antiphonarius et lectionarius monasterii Sancti Euticii, notis musicis ornatus. Incipit ab adventu; desinit mutilus in sabbato sancto. Continet autem lectiones in festis sanctorum recitandas, quas paucis recensemus.

1. (Fol. 46-46ᵛ) In S. Sabae abbatis (ex *BHL.* 7406).
2. (Fol. 47-51ᵛ) In S. Nicolai conf. (ex *BHL.* 6105).
3. (Fol. 52-53ᵛ) In natali S. Ambrosii ep. (ex *BHL.* 377).
4. (Fol. 53ᵛ-55) Passio S. Savini mart. (ex *BHL.* 7451).
5. (Fol. 55ᵛ-58ᵛ) In S. Thomae abbatis (ex *BHL.* 8250).
6. (Fol. 58ᵛ-61ᵛ) In S. Luciae virg. (ex *BHL.* 4992).
7. (Fol. 62-67) <In festo S. Thomae apost.> (ex *BHL.* 8136).

Folio perdito, periit initium.

8. (Fol. 67ᵛ-69ᵛ) Natale S. Gregorii mart. (ex *BHL.* 3677).
9. (Fol. 69ᵛ-71ᵛ) <Passio S. Victoriae> (ex *BHL.* 8591).
10. (Fol. 102ᵛ-107, 108ᵛ-109ᵛ) Passio S. Iohannis evangelistae (ex *BHL.* 4321).
11. (Fol. 118ᵛ-126) In natali S. Silvestri (ex *BHL.* 7726).

Subiuncta sunt prima et ultima verba libelli *BHL.* 7743.

12. (Fol. 191-194) Vita B. Pauli primi eremitae (ex *BHL.* 6596).
13. (Fol. 195ᵛ-198) <Vita S. Mauri ab.> (ex *BHL.* 5773).
14. (Fol. 199ᵛ-203ᵛ) <Vita S. Antonii ab.> (ex *BHL.* 609).
15. (Fol. 204ᵛ-209) <Passio S. Sebastiani> (ex *BHL.* 7543).
16. (Fol. 210-214ᵛ) In S. Agnetis (ex *BHL.* 156).
17. (Fol. 215-218ᵛ) In S. Vincentii mart. (ex *BHL.* 8633).
18. (Fol. 234-236ᵛ) In festivitate S. Blasii (ex *BHL.* 1379).
19. (Fol. 237-242) Passio S. Agathae (ex *BHL.* 133).

20. (Fol. 243-246) In S. Scholasticae (ex *BHL.* 7517). Cod. C. 13.

21. (Fol. 255ᵛ-259ᵛ) In S. Gregorii papae (ex *BHL.* 3641).

22. (Fol. 261-265ᵛ, 267ᵛ-269ᵛ) <Vita S. Benedicti ab.> (ex *BHL.* 1102).

CODEX C. 16.

Chartaceus, foliorum 267 (0^m,312 × 0,215), exaratus saec. XVI.

1. (Fol. 124-135) Epistola Severi episcopi de laude et miraculis S. Stephani protomartyris = *BHL.* 7859.

Exscripta ex codice Vaticano « plut. sinistr. 4, num. 234, pag. 86 », id est ex hodierno codice Vaticano lat. 1188, fol. 86-91ᵛ.

2. (Fol. 155ᵛ-157) Miracula Gregorii papae X^mi apud Aretium = *BHL.* 3663.

Deest praeambulum. Exscriptum est solum initium.

CODEX C. 27.

Chartaceus, foliorum sign. 1-340 (0^m,290 × 0,205), exaratus variis manibus saec. XVI et XVII.

(Fol. 34-62ᵛ) Cronica B. Turpini archiep. = *BHL.* 1589-1594, 1596.

CODEX C. 47.

Membraneus, foliorum sign. 1-170 [33, 35, 37, 40 et 48 bis] (0^m,235 × 0,173), exaratus saec. XI. Simul compacta sunt folia 171 et 172 (0^m,210 × 0,165) saec. XII exarata.

Fuit volumen cuiusdam domus, cuius nomen fol. 1ʳ erasum vix non evanuit; saeculo autem XVI transiit in monasterium Sublacense (fol. 1).

1. (Fol. 1-169) Dicta sanctorum patrum = *BHL.* 6527, 6529.

Reliquis omissis, desinit in libelli 6529 lib. I, § 16: *duas esse mulieres fideles* |

2. (Fol. 171-172ᵛ) <Vita S. Marinae> = *BHL.* 5528.

Foliis perditis, deest initium et finis.

CODEX C. 51.

Membraneus, foliorum 156 (0^m,230 × 0,155), manu beneventana exaratus saec. XII.

Est hoc Breviarium divini officii ad usum monachorum O. S. Benedicti.

Insunt suo loco lectiones de sanctis valde breves eaeque minimi momenti.

CODEX C. 55.

Membraneus, foliorum sign. 1-157 [38, 40, 52 et 73bis] ($0^{m}224 \times 0{,}147$), paginis bipartitis exaratus saec. XIV.

1. (Fol. 1^{v}-2^{v}) De S. Katerina, quomodo fuit conversa ad Deum = *BHL.* 1670.

Foliis perditis, des. mutila : *illam tuam faciém plenam gratiarum* | (= VARNHAGEN, p. 22, lin. 8).

2. (Fol. 3) Prologus libri vitae sanctorum patrum = *BHL.* 6525 (solus prologus).

3. (Fol. 3-5) Vita S. Pauli primi eremitae... = *BHL.* 6596.

4. (Fol. 5-20) Vita S. Antonii... = *BHL.* 609.

Deest epilogus Evagrii.

5. (Fol. 20-26^{v}) Vita S. Hilarionis eremitae... = *BHL.* 3879.

6. (Fol. 26^{v}-28^{v}) Vita monachi captivi... = *BHL.* 5190.

7. (Fol. 28^{v}-49) Vita sanctorum patrum, ut multi putant, edita a S. Hieronymo = *BHL.* 6524.

Capita 2-6, quae suo loco omissa erant, post cetera exscripsit librarius.

8. (Fol. 49^{v}-78) Liber qui appellatur Paradisus = *BHL.* 6533, 6532.

Deest epistula Palladii *(Laudo magnopere...)*

9. (Fol. 79-83) Capitula quarti libri in exempla et monitiones sanctorum patrum.

Index copiosus in folia quae sequuntur.

10. (Fol. 83^{v}-88^{v}) Vita S. Habrae edita a S. Effrem diacono = *BHL.* 12.

11. (Fol. 88^{v}-89^{v}) Vita S. Frontonii abbatis = *BHL.* 3191.

12. (Fol. 89^{v}-130) <Verba seniorum>.

Narrationes et sententiae ex libris notis permixtim desumptae. Sequuntur (fol. 130-130^{v}) quaedam capita ex Hieronymi et Gennadii libris *de viris illustribus.*

13. (Fol. 130^{v}-132^{v}) Vita S. Pelagiae = *BHL.* 6607.

14. (Fol. 132^{v}-133) Actus sive paenitentia B. Thaysis = *BHL.* 8014, 8015.

15. (Fol. 133-137) Vita S. Mariae Aegyptiacae = *BHL.* 5417.

16. (Fol. 137-137^{v}) Vita S. Marinae virg. = *BHL.* 5528.

17. (Fol. 137^{v}-138^{v}) De puella filia boni patris et pessimae matris = *BHL.* 6529, lib. I, c. 15.

18. (Fol. 138^{v}-140^{v}) Vita S. Euphrosinae virg. = *BHL.* 2723.

Fol. 156-156^{v} exscriptae sunt paucae narrationes desumptae ex *Verbis seniorum.*

CODEX C. 56.

Chartaceus, foliorum 229. Constat aliquot codicillis simul compactis, quorum ultimus complectitur folia 210-229 ($0^{m},22 \times 0,16$) exarata saec. XV extr.

1. (Fol. 210-227) Vita S. Hieronymi collecta ex eius tractatibus, Augustini, Damasi, Gelasii, Gregorii et aliorum patrum = *BHL.* 3873.
2. (Fol. 227^{v}) <Translatio S. Hieronymi Romam> = *BHL.* 3878.

Exscripta priore parte prologi, stetit scriba, pagina non impleta, subiunxitque : *Amen.*

CODEX C. 58, 1.

Hodie deest. Ex « Inventarii » manu scripti tomo I, p. 228, novimus codicem fuisse membraneum, foliorum 109, saec. XV exaratum. Inerant tum alia non hagiographica, tum

1. (Fol. 47-) Passio S. Catharinae.
2. (Fol. 51-) Passio S. Caeciliae.
3. (Fol. 56-) Vita S. Euphrosynae.
4. (Fol. 66-) Vita seu potius actiones quaedam et revelationes S. Elisabeth.
5. (Fol. 75-) Passio S. Iulianae Nicomediensis.
6. (Fol. 76-) Passio S. Beatricis.

CODEX C. 64.

Membraneus, foliorum 104 (circiter $0^{m},195 \times 0,130$). Constat simul compactis aliquot codicillis seu fragmentis exaratis saec. XII-XIV.

Erat olim *Monasterii Sancti Bartholomei de Trisulto Carthusiensis ordinis* (fol. 1, saec. XIV)

1. (Fol. 4-5^{v} saec. XIII) De transitu B. Mariae virginis = *BHL.* 5348.

Des. *Ipsam precemur assidue, ut sit memor nostri ante piissimum Filium in caelis* (Tischendorf, p. 123, lin. 2). *Haec est stella illa maris.....* Et post nonnulla : *Rogemus igitur matrem Christi dominam nostram, ut pro nobis cotidie flagitet Dominum... Amen.*

2. (Fol. 8, saec. XIII) <De S. Anna>.

Brevis annotatio quae inc. *Anna et Esmeria fuerunt sorores. Anna tres habuit viros...*

CODEX C. 73,1.

Membraneus, foliorum 82 ($0^{m},187 \times 0,130$), exaratus saec. X.

Erat olim (an. 1592) *Ioh. Georgii a Werdenstein*, cuius stemma aere incisum interiori compacturae agglutinatum est.

1. (Fol. 1-49^{v})<Vita S. Bonifatii ep. Moguntini> = *BHL.* 1400.
2. (Fol. 49^{v}-75^{v}) Vita germanuum Willibaldi et Wynnebaldi ad omnibus prespiteris diaconibus et omnibus eclesiastici regiminis proceribus = *BHL.* 8996.

   Foliis perditis, des. mutila in ultimis verbis : *facta fuerat. Et nunc Deo gra* | (*MG.*, Scr. t. XV, p. 117, lin. 44).
3. (Fol. 76^{v}-82^{v}) <Vita S. Willibaldi> = *BHL.* 8931.

   Foliis perditis inc. mutila : *ecclesia stat in altare unum de VI hydriis* (= *MG.*, t. c., p. 95, lin. 26). Reliquis omissis neque impleta pagina, des. *navigaverunt totam gemem a natali Sancti Andre* (= *MG.*, p. 101, lin. 17).

CODEX C. 74.

Chartaceus, foliorum 48 ($0^{m},209 \times 0,153$), exaratus saec. XV.

1. (Fol. 1-14^{v}) B. Pauli Thebaei Vita, qui primus heremita fuit, a B. Hieronymo conscripta = *BHL.* 6596.
2. (Fol. 16-20) B. Pannutii heremitae Vita ab Hieronymo beato composita = *BHL.* 6450.

   Omissa ultima parte, des. *Beatus quem elegisti et assumpsisti* (= *P. L.*, t. XXI, col. 438 B extr.).

CODEX C. 93.

Membraneus, foliorum 434 ($0^{m},180 \times 0,125$), exaratus saec. XIII extr.

Est hoc « *Nocturnalium totius anni* » (hoc est Breviarium) ad usum monasterii Farfensis.

Insunt aliquae lectiones de sanctis, sed eae minimi momenti.

CODEX C. 113.

Chartaceus, foliorum 220 ($0^{m},215 \times 0,073$), exaratus saec. XVI.

(Fol. 205^{v}-208^{v}) Versus miraculorum sanctissimi patris nostri Benedicti.

Carmen *Ordiar inde* (cf. *BHL.* 1105). — Des. *Ne male me rapiat, guttura claude lupi* (*MG.*, Poet. lat. t. I, p. 41, v. 142).

CODEX C. 122.

Chartaceus, foliorum XVIII et paginarum 332 (0^m,210 × 0,152), exaratus saec. XVI. Totum volumen implet

(Pag. 2-332) Legenda de vita et miraculis B. Margaritae de Cortona compilata a fratre Iuncta anno Domini 1308 = *BHL.* 5314.

CODICES C. 124-127.

Sunt hae inscriptae *Vitae sanctorum per menses et dies dispositae ab auctore anonymo.*

Codices sunt chartacei, foliorum 378, 360, 270, 288 (circiter 0^m,200 × 0,135), exarati saec. XVII.

Non sunt hae Vitae Sanctorum antiquae, sed breves epitomae, quas composuit ipse huius operis scriptor recens, praesertim « ex Surio », « ex Bollando » (et quidem ex mensibus ianuario et februario tantum), « ex Menologio Benedictino » « ex Petro de Natalibus », « ex Ferrario », « ex Martyrologio hispanico », etc.

CODEX D. 2.

Membraneus, foliorum sign. 2-367 (0^m,365 × 0,260), paginis bipartitis exaratus saec. XIV. Folium 1, quod pulchrius depictum fuisse credere est, abstulit nebulo quidam.

1. (Fol. 4) Hieronymi de consanguinitate B. Mariae.

Inc. *Anna et Esmeria fuerunt sorores* — Des. *Tres ergo viros Anna habuit, scilicet Ioachim, Cleophas et Salome.*

2. (Fol. 18-20^v) Hieronymi ad Heliodorum ep. epitaphium Nepotiani presb. = *BHL.* 6057.

3. (Fol. 24-26) Hieronymi ad Paulam de morte Blesillae = *BHL.* 1367.

4. (Fol. 29-30^v) Hieronymi ad Occeanum de morte Fabiolae = *BHL.* 2817.

5. (Fol. 43-48^v) Hieronymi de exitu Paulae epitaphium = *BHL.* 6548.

6. (Fol. 50-50^v) Hieronymi ad eandem Marcellam de vita Asellae = *BHL.* 723.

7. (Fol. 55^v-56) Hieronymi ad eandem Marcellam de exitu Leae = *BHL.* 4809.

Cod. D. 2.

8. (Fol. 82v-87v) Sermo B. Hieronymi ad Paulam et Eustochium de assumptione beatae et gloriosae virginis Mariae.

P. L., t. XXX, col. 122-42.

9. (Fol. 216-218) Hieronymi beati ad eandem Principiam virginem de vita Marcellae = *BHL.* 5222.

10. (Fol. 298v) <Epistulae apocryphae> = *BHL.* 5334.

11. (Fol. 319-321) Vita S. Pauli primi heremitae = *BHL.* 6596.

12. (Fol. 321-326v) Vita beati et gloriosi Hylarionis ab. = *BHL.* 3879.

13. (Fol. 326v-328) Hieronymus de vita captivi monachi qui vocabatur Malchus = *BHL.* 5190.

CODEX D. 7.

Chartaceus, foliorum sign. I-VII et 1-213 (0m,350 × 0,245), eleganter exaratus saec. XVII.

Insunt « S. Paulini episcopi Nolani epistulae ad diversos et diversorum ad ipsum » cum duplici eius Vita » (fol. IV) et quidem « codex iste descriptus fuit ex praestan- » tissimo exemplari Florentino Bibliothecae Mediceae Laurentianae » (ibid.).

1 (Fol. 202-207) Uranii presbyteri ad Pacatum de vita et obitu illustrissimi viri Paulini Nolensis episcopi liber = *BHL.* 6558.

Deest ultima sententia *(Obiit...)*

2. (Fol. 207-209) Meropii Paulini viri illustrissimi Nolani episcopi a Gregorio papa libro tertio Dialogorum stilo breviore conscripta Vita = *BHL.* 6560.

CODEX D. 16.

Membraneus, foliorum sign. I-IX et 1-323 (0m,33 × 0,21), exaratus saec. XIII.

Continet Hieronymi epistulas. Insunt epistulae de Asella, Blesilla, Marcella, Fabiola, Lea et prologi libri de ortu B. Mariae (*BHL.* 5334); quibus subiunctum est (fol. 309-312) fragmentum evangelii apocryphi quod inc. De fuga Iesu in Aegyptum. *Una die admonitus est in somnis Ioseph...* et des. *et invenerunt serpentem iam mortuum et Iacobum sanatum. Ipse Iesus, qui eum sanavit, sanet nos a peccatis, qui est... Amen.* Cf. *BHL.* 5335, 5336, cap. 17 med.-41 extr.).

CODEX D. 21.

Membraneus, foliorum sign. I-VIII et 1-249 (0m,324 × 0,223), exaratus saec. XV.

1. (Fol. 208v-214) Passio beatissimi Cypriani martyris = *BHL.* 2041.

2. (Fol. 244-245) Cypriani passio et mors = *BHL.* 2038.

CODEX D. 42.

Foliorum 76. Constat simul compactis fragmentis aliquot codicum membraneorum.

II. Folia 11-25 ($0^{m},273 \times 0,195$) paginis bipartitis exarata manu beneventana saec. XI/XII.

1. (Fol. 11-25^{v}) <Vita S. Silvestri papae> = *BHL.* 7726, 7727.

Foliis perditis, des. mutila : *cum legas a mortuis aliquo<s> suscitasse* (Mombritius, fol. 285^{v}, col. 1, lin. 19).

II. Folia 26-37 ($0^{m},29 \times 0,16$) exarata manu beneventana saec. XI.

2. (Fol. 26-37) <Passio S. Marcelli papae> = *BHL.* 5235.

Hoc ordine : *Act. SS.*, num. 1-9; num. 10 usque ad : *Et gavisi sunt D. et M. augusti ;* num. 22; num. 10 inde ab *Post paucos dies nuntiatum est...;* num. 11-21 ; num. 22 iterum ; num. 23, 24.

III. Folia 38-47 ($0^{m},287 \times 0,195$) exarata manu beneventana saec. XII.

3. (Fol. 38-47^{v}) <Passio S. Sebastiani> = *BHL.* 7543.

Reliquis omissis, des. *ut nec signum in eis alicuius morbi praeteriti remansisset* (*Act. SS.*, Ian. t. II, p. 271, num. 36 sub init.). Aliqua contracta sunt, v. g. oratio S. Sebastiani quae legitur in editis num. 9-22.

CODEX D. 48.

Chartaceus, foliorum sign. I-V et 1-333 ($0^{m},310 \times 0,225$), exaratus saec. XVI/XVII. Totum implet « Processus remissorialis canonizationis B. Raymundi de Penyafort » factus anno 1596.

CODEX E. 1.

Chartaceus, foliorum sign. I-III et 1-115 ($0^{m},310 \times 0,225$), exaratus saec. XVI/XVII. Totum implet « Processus compulsorialis canonizationis B. Raymundi de Penyafort » factus anno 1596. In quo exscripta sunt

1. (Fol. 29^{v}-40^{v}) <Vita B. Raymundi de Pennaforti> = *BHL.* 7070.
2. (Fol. 40^{v}-49) <Miracula B. Raymundi anno 1279 conscripta>.

Inc. *S[c]it omnibus notum quod ego Iacobus de Portu notarius publicus Barchinonae confiteor et recognosco me recepisse de speciali iniunctione et mandato domini Arnaldi Dei gratia Barchinonensis episcopi dicta et depositiones testium infra scriptorum, scilicet denuntiatorum super miraculis...*

Cod. E. 1.

Inc. primum miraculum. De mortuo suscitato. *In civitate Minorissa Guillermus Andreae cum filiam haberet iam ab anno multa aegritudinis gravitate prostratam* — Des. ultimum miraculum : *hoc ipsum iuramenti sui robore confirmaverunt.*

Quomodo testes sunt recepti super his miraculis. *Ego dictus Iacobus de Portu iuramenta recepi.... Actum hoc anno Domini 1279 quinto calendas februarii.*

Sunt haec miracula 27, quae ex hoc documento protulit F. Penia, *Vita S. Raymundi de Peniafort* (Romae, 1601), p. 96-115, c. II-XXVIII, ita tamen ut ea aliis verbis narraret, praeter miraculum 4, quod ad verbum exscripsit (cap. 5.)

3. (Fol. 49-71) <Miracula B. Raymundi>.

Inc. De puero quasi suffocato. *Domina Subirana, uxor Raymundi A., cum lac in os filii infunderet abundanter* — Des. *Vere praedictus vir columna fuit marmorea in medio ecclesiae erecta et sanguinis guttis aspersa. Haec verba fidelia sunt et vera; qui praesens adfuit, haec scripsit et dixit frater Stephanus de Salaniaco* (*Salamanco* cod. E. 1; *Salamaco* cod. H. 64, cod. Vatic. 6059) *Lemovicensis. Supradicta fuerunt transumpta a quadam schedula reperta in communi caxia* (al. *capsa*) *conventus Barchinonensis, ubi aliae scripturae et litterae regiae conservabantur XIV calendas aprilis anno Domini 1341.*

Sunt haec plurima miracula, ex quibus quaedam excerpsit et aliis verbis narravit Penia, t. c., p. 129-146, c. XLII-LXXI.

4. (Fol. 71-75^{v}) De transitu per mare super cappam = *BHL.* 7072.

Des. *anno ab incarnatione Domini 1446.*

CODEX E. 16.

Membraneus, foliorum 196 (0^{m},275 × 0,183), exaratus saec. XI.

Continet quattuor evangelica canonica cum capitulari, canonibus, expositione...

A glutinatore in fine codicis adiuncta sunt duo folia seu potius pars mutila duorum foliorum decerptorum ex multo grandiore quodam Legendario paginis bipartitis exarato saec. XI. In his foliis leguntur fragmenta Vitae S. Barnabae apostoli (*BHL.* 985).

CODEX E. 38.

Continet vitam S. Clarae de Cruce anno 1475 italice conscriptam, retractatam vero anno 1556 ab Antonio Philoteo Homodei, siciliano.

CODEX F. 28.

Membraneus, foliorum 185 (0m,197 × 0,135), paginis bipartitis exaratus saec. XIV.

(Fol. 1-95v) <Flores de vitis patrum>.

Idem opus exhibet codex 954 bibliothecae Universitatis Patavinae, saec. XIV. — Inc. prol. *Ad honorem Dei et utilitatem legentium diversa sanctorum patrum exempla in hoc libello collecta sunt a quodam fratre ordinis Praedicatorum, non quidem omnia, sed quae legentibus vel auditoribus utiliora esse videntur, non solum de libris qui Vitas patrum et Collationes patrum nuncupantur, sed etiam de quibusdam aliis libris, quorum minime veritas ignoratur...*

Inc. cap. I. *Dixit abbas Iacob quia sicut lucerna obscurum cubiculum illuminat, ita timor Dei, si venerit in cor hominis, illuminat eum et docet omnes virtutes et mandata Dei. Interrogaverunt quidam patrum abbatem Macharium...* Tertio tandem loco venit narratio a qua initium sumit cap. 1 in codice Patavino : *Frater quidam interrogavit senem, dicens : « Unde est, abbas, cor meum sic durum* — Des. *qui non derelinquit sperantes in se.*

Sequitur (fol. 96-176) Gerardi de Fracheto liber de Vitis Fratrum Ord. Praed., tum Chronica ordinis (fol. 176-185), quae alia manu protracta est usque ad annum 1321.

CODEX F. 49.

Membraneus, foliorum 217 [A et sign. 1-216] (0m,178 × 0,132), exaratus saec. XV, picturis, auro et coloribus belle ornatus.

1. (Fol. 52-71v) Passio B. Katharinae virg. et mart. = *BHL.* 1663.
2. (Fol. 72-132, 132-142, 142-188v) <Epistulae spuriae de S. Hieronymo> = *BHL.* 3866-3868.

Fol. 188v eadem manu, qua scripta sunt folia 1-188v : *Explicit epistola beati Cyrilli... Alexander de Aquis me scripsit in Avinione 1441 decima novembris.*

CODEX F. 65.

Membraneus, foliorum 147. Constat aliquot codicillis simul compactis.

II. Folia 52-82 (0m,212 × 0,140) exarata saec. XIII.

1. (Fol. 55-77v) Liber geste Salvatoris quae Theodosius imperator invenit in pretorio Pontii Pilati in codicello parvulo in Hierusalem.

Cod. F. 65.

Gesta Pilati. — Omissa priore parte prologi, inc. *Factum est in anno XVIII imperii Tiberii*... et des. *et posuit omnia verba in codicibus publicis praetorii sui* (cap. 27 extr.). *Et post haec ipse Pilatus scripsit epistolam ad urbem Romam Claudio, dicens* : « *Pontius Pilatus regi suo Claudio salutem. Nuper accidit et cetera* (cap. 29 in.) *Explicit liber Gestae Salvatoris.* Cf. Tischendorfii codices D^{bc}.

2. (Fol. 77^{v}-81^{v}) Liber de inventione imaginis Salvatoris delata navigio Romae per Velosianum = *BHL.* 4218.

III. Folia 83-118 (0^{m}214 × 0,160) exarata saec. XIII.

3. (Fol. 83-118) Vita Anselmi archiepiscopi Cantuariensis = *BHL.* 526.

Exscriptus est solus liber prior.

CODICES G. 3 ET G. 4.

Chartaceus, fol. I-XI et pag. 1-58, 1-119, 220-1108 (= G. 3) et pag. 1109-2062 (= G. 4), circiter 0^{m}275 × 0,210. Continet adversaria variae eruditionis et excerpta bene multa ex antiquis monumentis sacris et profanis descripta manu Antonii Bosii ad illustrandum opus de sacris christianorum coemeteriis.

Insunt et plurimi loci excerpti ex Vitis et Passionibus sanctorum, praesertim pag. 770-989, ubi collecti sunt ii loci quos ex codicibus manuscriptis « ecclesiarum et bibliothecarum urbis » exscripsit Bosius. Qui cum fere breves sint et omnes aliunde noti, illos singillatim recensendos non duximus. Alia etiam fragmenta alibi occurrunt (v. g. p. 553-659 loci plurimi excerpti ex Surio), ast ea ut plurimum ex libris impressis exscripta eoque magis etiam neglegenda.

CODEX G. 50.

Chartaceus, foliorum 681 variae formae (max. 0^{m},34 × 0,23; min. 0^{m},135 × 0,105), exaratus variis manibus saec. XVII. Continet documenta et adversaria de ritibus ecclesiae Romanae, de ecclesiis Urbis etc. Inter quae

1. (Fol. 267) N° XLIV. Liber de inventione imaginis Salvatoris delata navigio Romae per Velosianum = *BHL.* 4218.

Exscriptae sunt solae primae sententiae.

2. (Fol. 305-306) De S. Maria in Porticu = *BHL.* 5404.

Annotatum est in initio : « In tabella unde descripta est haec istoria, est » in capite ipsius figura imaginis beatae Mariae delineata coloribus cum » pontifice et aliis de clero a dextris, a sinistris Galla cum aliis feminis, » omnibus cum facibus stantibus ».

CODEX G. 73.

In quo collecta sunt « *Monumenta spectantia ad titulum sanctorum, ad illorum canonisationem et ritus varios ecclesiasticos* ». Nihil hagiographicum continet quod sit saeculo XVI antiquius ; nihil hoc tempore recentius quod alicuius momenti videatur.

CODEX G. 76.

Chartaceus, foliorum sign. I-IV et 1-256 (circiter $0^{m},280 \times 0,205$), exaratus variis manibus saec. XVII.

Continet Iacobi Vulponii, Licentiati Alvarez et Lanucii in Missale et Breviarium Romanum animadversiones, cum adversariis quibusdam hac de re.

Unum recensendum videtur,

(Fol. 78-80) Passio S. Donati episcopi edita a Severino, qui quartus ab eodem fuit = tom. VII[170].

CODEX G. 93.

Chartaceus, foliorum 108 ($0^{m},28 \times 0,21$), exaratus variis manibus saec. XVI/XVII.

Continet apographa opusculorum ecclesiasticorum, non indicatis codicibus ex quibus exscripta sunt.

1. (Fol. 7-11) In S. Lucae evangelistae. Sermo domni Bertharii abbatis = *BHL.* 4973.

2. (Fol. 15-18^{v}) Sermo S. Odonis de S. Benedicto.

P. L., t. CXXXIII, col. 721-29.

CODEX G. 94.

Chartaceus, foliorum 246 variae formae (max. $0^{m},280 \times 0,208$), exaratus variis manibus saec. XVI/XVII.

(Fol. 27-28^{v}) In translatione S. Stephani in Roma = *BHL.* 7881, 7880 a, 7880.

« Ex manuscripto antiquissimo codice S. Mariae ad martyres » (id est ex codice iam Vaticano lat. 5696, fol. 158^{v}-160). — Des. libellus 7881 : *quibus per impensas venerationes advenientis populi exaudiuntur orationes ad domini nostri Iesu Christi triumphum, cui est honor... Amen.* —

Cod. G. 94. Additamentum 7880 incipit sic : *Translatio corporis protomartyris Stephani celebratur pridie nonas maias, quo carmina scripsit super tumulum gloriosorum martyrum almificus praesul Pelagius. Hic duo[rum] sanctorum...*

CODEX G. 95.

Chartaceus, foliorum 42 (max. $0^{m},290 \times 0,215$), exaratus variis manibus saec. XV. Constat simul compactis tribus codicillis, ex quibus saltem primus (fol. 1-7) erat pridem monasterii Caelestinorum de Ternis in Gallia (cf. fol. 1, 7).

1. (Fol. 1-7^{v}) Vita S. Albani = *BHL.* 201.

2. (Fol. 8-14^{v}) Passio B. Mammetis martyris Christi, quae celebratur sexto decimo kalendas augusti, de graeco in latinum translata per fidelissimum patrem Reinaldum Lingonensem episcopum = *BHL.* 5198.

Deest prologus.

3. (Fol. 14^{v}-18^{v}) Passio B. Mammetis martyris brevis posita et de paucioribus tractans, in illis quae ponit ut plurimum cum prima conveniens = *BHL.* 5195.

4. (Fol. 19-25^{v}) In ista legenda continetur qualiter caput et aliae reliquiae S. Mammetis fuerunt translatae de Constantinopoli ad Burgundiam in civitatem Lingonensem = *BHL.* 5199.

CODEX G. 96.

Chartaceus, foliorum sign. 1-156 (max. $0^{m},285 \times 0,205$), exaratus variis manibus saec. XVI/XVII.

1. (Fol. 5-12^{v}) Istoria seu legenda beatae Mathiae de Matelica, olim abbatissae in monasterio Sanctae Mariae Magdalenae de terra Matelicae, et de miraculis eius. [Dec. 28.]

Inc. prol. *Mathia hebraice, latine dicitur donata Domino* — Inc. *Mathia ex antiqua militari stirpe progenita est ; ex patre nomine domino Gentili et matre domina Sibilia Matelicae duxit originem.* — Des. *et gratiarum actiones omnipotenti Deo et beatae Mathiae praedictae et toti curiae caelesti de liberatione sua iam dicta. Deo gratias. Amen.*

In hoc libello brevem vitae narrationem excipit longa miraculorum narratio, quorum ultimum accidit anno 1397.

2. (Fol. 14-24^{v}) B. Leolucae Siculi vita = *BHL.* 4842.

3. (Fol. 26-26^{v}) In S. Nici confessoris = *BHL.* 6094. Oct. 25.

« Exemplata ex proprio originali, quod est ad modum quinterni totius folii in carta membrana scriptum ». Cod. G. 96.

Post ultima verba *est quoddam*, annotatum est : « Desiderantur reliqua ».

4. (Fol. 30-31) Translationis libellus S. Severini, id est quomodo ex castello Lucullano in Neapolitanam urbem translatum sit venerandum eius cadaver = *BHL.* 7658.

Reliquis omissis et pagina non impleta, des. *ad propria remeans multos ex eis naufragio amisit* (*Act. SS.*, num. 17 extr.).

5. (Fol. 34-37) B. Rophylli conf., episcopi Popiliensis, Vita = *BHL.* 7283.

6. (Fol. 38-42^{v}) Passio S. Gaudentii martyris, episcopi Ariminensis = *BHL.* 3276, 3277.

7. (Fol. 44, 47-56) S. Ubaldi Eugubini episcopi Vita scripta a Theobaldo eiusdem civitatis episcopo ad Federicum imperatorem = *BHL.* 8355.

8. (Fol. 62-64^{v}). Vita S. Fortunati confessoris = *BHL.* 3087.

« Desumpta ad verbum ex tribus codicibus lectionum, qui in pergameno manuscripti adservantur penes Paulum Sanvitalem episcopum Spoletanum ». — Deest ultima paragraphus. Cf. *Act. SS.* annot. *l.*

9. (Fol. 88-93^{v}) Lectiones S. Barbati ep. Beneventani, quae antiquitus legebantur in cathedrali ecclesia Beneventana = *BHL.* 973.

Deest prologus.

CODEX G. 97.

Chartaceus, foliorum 166 (0^{m},320 × 0,225), exaratus saec. XVI extr. vel XVII in.

1. (Fol. 1-7) De vita et mirificis gestis sanctissimorum virorum Macharii Aegyptii et Macharii Alexandrini = *BHL.* 5095, 5099.

Pagina non impleta, des. *Revertere ergo ad locum tuum... et ora indesinenter pro nobis* (*P. L.*, t. LXXIV, col. 363 B).

2. (Fol. 9-108^{v}) Vitae sanctorum patrum liber quartus, cuius principium Pelagius sanctae Romanae ecclesiae diaconus transtulit, extrema vero (*cod.* vera) Ioannes subdiaconus = *BHL.* 6528, 6529.

Deest prologus.

3. (Fol. 109-120^{v}) Vitae sanctorum patrum liber quintus = *BHL.* 6538.

Deest prologus.

Fol. 121-156^{v} exscriptae sunt bene multae narrationes ex Rufini *Historia monachorum* et ex libris *de verbis seniorum* desumptae.

CODEX G. 98.

Membraneus, foliorum 25. Constat fragmentis aliquot codicum a Gallonio collectis.

I. Folia 1-8 ($0^{m},330 \times 0,228$) exarata saec. XII.

1. (Fol. 1-8^{v}) Epistola S. Zosimi papae ad gallicanos episcopos de vita et conversatione S. Trophimi.

Inc. prol. *Saluberrimis suggestionibus vestris aurem libentissime exibentes, nolumus latere quantum semper promeruit Arelas honorem* — Inc. *Postquam enim dominus et salvator noster Iesus Christus pro salute generis humani salutifero adventu suo illustrare dignatus est mundum...* (fol. 2) *Illud autem quod me legisse de eius sacra prosapia recolo in Cronicis Isidori et Iuliani Hispalensium, puto egregius in memoriam adduci fidelium quam abduci auditu prodentium...* (fol.8) *Postea denique multis iam a saeculo excedentibus romanae ecclesiae pastoribus, a sanctissimo papa Zosimo evidentissime statutum est...* — Des. *Ab omnibus vero decessoribus apostolorum a beato Petro usque in hodiernum statuta sunt et firma, nec mutari poterunt usque in sempiternum.*

III. Folia 10-24 ($0^{m},32 \times 0,23$) paginis bipartitis exarata saec. XIII.

2. (Fol. 10) <Passio S. Iacobi apost.> = *BHL.* 4057.

Folio perdito, deest initium.

3. (Fol. 10-11^{v}) Translatio S. Iacobi apost. = *BHL.* 4058.

4. (Fol. 12-13^{v}) Passio S. Pantaleonis mart. = *BHL.* 6439.

5. (Fol. 13^{v}-15^{v}) Vita S. Samsonis conf. (ex *BHL.* 7481.)

Inc. ut *BHL.* 7481. — Des. cum cap. 10 libri II : *sic fecit.*

6. (Fol. 15^{v}-16) Passio SS. Abdon et Sennes = *BHL.* 6.

Inc. *Eodem tempore nuntiatum est Decio quod Galba mortuus esset...* (*Act. SS.*, num. 2).

7. (Fol. 16-17) Vita S. Germani Autisiodorensis ep.

Epitome quae inc. : *Plerique ad scribendum* ut prol. ad *BHL.* 3454 et des. ut epilogus *BHL.* 3453.

8. (Fol. 17-18^{v}) Versus Hillarii in natale Machabaeorum martyrum = *BHL.* 5112.

9. (Fol. 18^{v}) In vinculis S. Petri = *BHL.* 6683.

10. (Fol. 18^{v}) Passio S. Stephani pontificis = *BHL.* 7845.

Paginis abscissis, superest solum initium usque ad : *Nemesium quoque patrem Lucillae fecit diaconum. Tunc Va* |

11. (Fol. 19-22^{v}) Libellus seriem miraculorum praesentis temporis decurrens, quae per beatum Maurum divina operari dignata est

maiestas quaeque ab Odone abbate, secundum quod a fidelibus personis a peritis plena fide expressa sunt, haec eadem ut ageret frequentissima Adalmodi sanctae Cenomannicae matris ecclesiae archidiaconi exortatione provocatus = *BHL.* 5775. Cod. G. 98.

12. (Fol. 22v) Vita S. Gyldasii = *BHL.* 3541.

Foliis abscissis, des. mutila : *ingenuitatem suae nobilitatis. Tunc athleta Christi et strenuissimus* (*Act. SS.*, num. 3 med.).

13. (Fol. 23-24) Vita S. Pauli ep. et conf. = *BHL.* 6586.

Foliis abscissis, inc. mutila : *non est nobis desperandum sed devotius in eius misericordia confidendum...* (*Act. SS.*, num. 36 post med.)

14. (Fol. 24-24v) Vita S. Gregorii summi pontificis et beatae memoriae = *BHL.* 3640.

Foliis perditis, superest solum initium.

IV. Folium 25 (0m,31 × 0,20), quod est fragmentum folii maioris (circiter 0m,34 × 0,28) paginis bipartitis manu beneventana exarati saec. XII. Abreptum est a quodam antiphonario-lectionario. Insunt lectiones

15. (Fol. 25-25v) <De S. Vincentio martyre Caesaraugustano> = *BHL.* 8639.

Des. *Statim ut est in lectulo positus, orans perrexit ad Dominum perfectam secum martyrii baiulans palmam* (*Anal. Boll.*, t. I, p. 268, lin. 30). — Periit initium.

16. (Fol. 25v) Vita vel obitus S. Dominici <ab. Sorani>.

Una lectio, quae inc. *Vir Domini Dominicus cum iam octoginta ferme annos exegisset aetatis* — Des. *Quam vir sanctus confabulationem cum vita pariter, ut Domino placuit, consummavit* (= *BHL.* 2244, num. 21 et 22 init.).

17. (Fol. 25v) Passio S. Anastasii martyris.

Inc. (sine prol.) ut *BHL.* 411. — Superest solum initium.

CODEX G. 99.

Chartaceus, foliorum 221 (max. 0m,34 × 0,23), exaratus variis manibus saec. XVII.

1. (Fol. 18-21v) Passio S. Sabini ep. et mart. = *BHL.* 7452. Dec. 7.

2. (Fol. 25-27v) In festo S. Genulphi primi Cadurcensis ep. Ian. 17.

Lectiones novem haud scio an recenti tempore compositae, quae inc. *Temporibus Decii augusti imperatoris persecutio in christianos tam acriter in urbe Roma grassabatur...* (cf. *BHL.* 3352)... et des. *Quod XVI kal. februarii factum est, atque iuxta corpus Geniti sepultus fuit.*

Cod. G. 99.

3. (Fol. 28-29v) In festo S. Ambrosii Cadurcensis ep. = *BHL.* 372. Oct. 16.

4. (Fol. 30-31) In festo S. Desiderii Cadurcensis ep. Nov. 15.

Lectiones sex forsan non antiquae, quae inc. *Desiderius Cadurcae urbis episcopus fuit, qui oppido Obrege in extremis Galliae partibus Aquitaniaeque finibus... oriundus extitit...* (cf. *BHL.* 2143) et des. *postea ad templum beato Stephano protomartyri dicatum translatum est; ubi et nunc in pace quiescit.*

5. (Fol. 31-32v) In festo translationis corporis S. Stephani ab urbe CPoli ad urbem Romam. Mai 6.

Sex lectiones, quae inc. *Romae Theodosii imperatoris CPtani filia Eudoxia nuncupata et Valentiniani romani uxor a daemonio multum torquebatur...* et des. *propediem mortui sunt. Quae translatio pridie nonas maias facta est.* Cf. *BHL.* 7878.

6. (Fol. 32v-33v) In festo translationis corporis S. Stephani protomartyris, quando ab urbe Hierosolyma ad urbem CPolim primo translatum est.

Sex lectiones, quae inc. *Cum sancti prothomartyris Stephani corpus Hierosolymis in ecclesia sancta Syon... reconditum esset...* et des. *et multi infirmi ab infirmitatibus, quibus detinebantur, curati sunt, adiuvante Domino... Amen.* Cf. *BHL.* 7858.

7. (Fol. 34-39) <De reversione B. Martini a Burgundia> = *BHL.* 5653.

Deest epistula Fulconis.

8. (Fol. 39v-41v) Tractatus Adae, alias Odonis abbatis Cluniacensis, quod beatissimus Martinus par dicitur apostolis = *BHL.* 5652.

9. (Fol. 54-63) Nativitas S. Adelberti ep. et mart. = *BHL.* 37.

CODICES H. 1-20.

Sunt hi libri P. Antonii Gallónii « in quibus ipse officia, Vitas sanctorum et alia opuscula collegerat » (cod. H. 1, fol. v). Qui cum litteris A-Z signati essent, anno 1743, quando novus index universalis omnium codicum bibliothecae Vallicellanae parabatur, « recensiti sunt sub litera H a nº 2-20 inclusive » (ibid.). Quamquam in hac rerum collectarum copia quanta potuimus diligentia usi sumus, ut libellos recentes ab antiquioribus discerneremus, non audemus tamen affirmare nullum a nobis recensitum esse tamquam antiquum, qui anno 1500 posterior, nullum praetermissum velut recens, qui eodem anno anterior esset.

CODEX H. 1

Chartaceus, foliorum sign. I-VI et 1-30 ($0^{m}275 \times 0{,}202$). « Index vetus nominum sanctorum et aliorum monumentorum quae sunt in codicibus manuscriptis collectis ab Antonio Gallonio Cong. Orat. Rom. presbytero. »

Monemur (fol. IIII) aliud huius indicis exemplar appositum esse in volumine signato P. 205; item non repertos esse codices a Gallonio signatos C, R, T; his vero qui signati erant R et T suffectos esse alios (nunc signatos H. 15 et H. 17), qui non sunt Gallonii (fol. V^{v}-VI); tandem multa in his codicibus scripta esse vel saltem annotata « propria manu clarissimi viri Federici Metii Galatini, postea Tremulensis episcopi ».

CODEX H. 2 (Gallonii A)

Chartaceus, foliorum 429 variae formae (max. $0^{m},20 \times 0{,}17$). Constat nonnullis codicillis sive manu scriptis sive typis impressis saec. XVI et XVII in. Hic et in sequentibus solos recensemus manu scriptos.

1. (Fol. 58-72^{v}) Vita B. Nicolai Peregrini = *BHL.* 6223.

2. (Fol. 73-85^{v}) Vita obitusque sanctissimi Nicolai Peregrini confessoris Christi = *BHL.* 6224, 6225.

3. (Fol. 86-100) In translatione S. Nicolai Peregrini confessoris legenda = *BHL.* 6226.

Documenta **1-3** exscripta sunt ex codice pergameno conservato in archivo maioris ecclesiae Tranensis (cf. fol. 100).

4. (Fol. 166-172) Quaedam de S. Rufino ep., cuius corpus habetur in cathedrali civitatis Pistoriensis = *BHL.* 7360.

Ex antiquis eiusdem ecclesiae monumentis.

5. (Fol. 172-177^{v}) Aliqua de S. Baronto, cuius corpus est prope civitatem miliariis septem. = *BHL.* 996.

Ex antiquis Pistoriensis ecclesiae monumentis.

6. (Fol. 177^{v}-180) De S. Desiderio.

Inc. *Igitur quantum ad nos veridica ratione perlatum est, in cunctis sanctus Desiderius antistes tam corporis specie quam praeclaris moribus... Viennensem regebat ecclesiam. Sed, ut intelleximus, pulcherrimam eius formam impudens Brunichilda regina non ferens venereos actus pulsabat pertingere* (cf. *BHL.* 2151 : Mombritius, fol. 220^{v}, col. 2 med.) — Des. *nequiter damnatus est X kal. iunias. Quam passionem libenter sustinuit in honorem et laudem Domini... Amen.* Haec est Vita Desiderii Viennensis, in qua nihil de Pistoria.

7. (Fol. 180-184) Aliqua de S. Eulalia virg. et mart. honorata in nostra civitate = *BHL.* 2696.

Cod. H. 2.

8. (Fol. 184-187v) Aliqua de S. Felice presb., cuius corpus est in nostra cathedrali = *BHL.* 2877.

9. (Fol. 187v-191v) De S. Maria matre S. Iacobi et S. Ioannis evangelistae = *BHL.* 5434.

10. (Fol. 191v-195v) Miracula quaedam de S. Acto episcopo Pistoriensi ordinis Vallis Umbrosae. Sed de vita eius nihil apud nos est. Et haec miracula infrascripta inventa sunt in opera Sancti Iacobi in civitate Pistorii, et ego presbyter Franciscus olim ser Bastiani de Vergellesiis Pistoriensis iam iam in nostra cathedrali in quodam ibi existente tabella ad perpetuam rei memoriam notavi.

Inc. *Primum miraculum est quod corpus beati Atti repertum fuit in propria sua sepultura anno Domini 1337, die XXV ianuarii* — Des. *et sic, accepta gratia, semper, dum viveret, per peculiarem intercessorem habuit, ad laudem Dei et beati Atti; qui dignetur etiam pro nobis intercedere. Amen.* De his cf. *Act. SS.*, Mai t. V, p. 200-201, num. 27-30.

11. (Fol. 196-197v) <Vita S. Thomae Florentini> = *BHL.* 8251.

Fragmentum quod inc. *pari oratione perscribam (Act. SS.*, num. 1 med.) et des.: *veritus vir pius ac* (ibid., num. 4 med.)

12. (Fol. 200-203) <Passio SS. Iustini presb., Florentii, Felicis et Iustae martyrum Sipontinorum>

Inc. *In orbe terrarum universo mira quidem fecit Deus et facturus est; demum unicum misit Filium, qui iussit discipulos omnes peragrar terras* — Des. *Interim beatus Hilarius ad radicem montis se conferens abstulit corpora sanctorum et ad beati Iustini et beatae Umbrasiae sepulcrum illa condidit. Venientes autem aegroti ex longinquis partibus tumulum frequentabant et sani efficiebantur a quacumque detinebantur infirmitate.* Cf. *BHL.* 4586.

13. (Fol. 262-271v) Passio S. Constantii ep. et mart. = *BHL.* 1939. Ian. 29.

14. (Fol. 272-281) Passio S. Constantii ep. et mart. = *BHL.* 1938.

15. (Fol. 293-301) Vita B. Chrispoliti ep. et mart. = *BHL.* 1800.

16. (Fol. 302-308v) Vita B. Chrispoliti ep. et mart. = *BHL.* 1800.

17. (Fol. 310-313v) Vitâ S. Terentiani ep. Tudertini = *BHL.* 8002.

18. (Fol. 314-319) Vita S. Cassiani ep. Tudertini = *BHL.* 1637.

19. (Fol. 319-323) Vita ss. mm. Fidentii et Terentii.

Inc. *In diebus Diocletiani et Maximiani imperatorum gravis persecutio fuit christianorum* — Des. *et gaudebant et psallebant christiani, dicentes: Mirabilis Deus in sanctis suis... Amen.* Cf. *Act. SS.*, Sept. t. VII, p. 479, num. 4.

20. (Fol. 323v-329) Vita S. Illuminatae virg.

Inc. *Igitur beatissima sancta Illuminata, virgo domini Iesu Christi, in partibus provinciae Ravennae nata atque nutrita fuit. Parentes quoque*

eius pagani atque cultores idolorum fuerunt — Des. *atque, cum hanc praesentem vitam finiunt, ad vitam aeternam pervenire mereantur, praestante Domino... Amen.* Cf. *BHL.* 4267.

21. (Fol. 329-331) Vita S. Romanae virg. = *BHL.* 7296.

22. (Fol. 331ᵛ-335ᵛ) De S. Fortunato ep. Tudertino ex Dialogis S. Gregorii = *BHL.* 3088.

23. (Fol. 336-338) Vita S. Martini I papae et mart. = *BHL.* 5595.

24. (Fol. 341-345ᵛ) Vita S. Mercurialis ep. Foroliviensis = *BHL.* 5932.

Ex codice abbatiae Sancti Mercurialis monachorum Vallisumbrosae.

25. (Fol. 348-352) Vita B. Margaritae discalciatae per D. Pompilium Caccialupum.

Vita ex hoc cod. ed. *Act. SS.*, Aug. t. II, p. 120-21; praemissus est prologus ed. ibid., p. 120, num. 19.

26. (Fol. 359-371) Passio S. Montani mart. = *BHL.* 6011.

Ex codice ecclesiae Caietanae.

Des. (omisso epilogo) : *et statim beatissimus Montanus tradidit spiritum in pace. Tunc viri christiani et omnis aetas infantium et mulierum levantes corpus sancti martyris Montani [et] sepelierunt eum iuxta litus maris, quod excisum est ab impetu maris, in crypta sub die XV kal. iulias, ad laudem... Amen.*

CODEX H. 3 (Gallonii B)

Chartaceus, foliorum sign. I-XII et 1-429, variae formae (max. 0ᵐ,325 × 0,220), exaratus saec. XVI extr.-XVII in.

1. (Fol. 4-4ᵛ) Vita S. Lei confessoris = *BHL.* 4832.

Sunt hae sex priores lectiones. — Sequuntur (f. 4ᵛ-5ᵛ) tres aliae (de quibus *Act. SS.*, Aug. t. I, p. 48, num. 10 extr.). Inc. lectio VII : *Non multum post eius exitum, ut ipse pronuntiavit, exorta est haeresis, instigante diabolo, a Martiano Ariminensi presbytero* — Des. lectio IX : *Nam in augusti tempore perrexisse noveris ad superas arces, praestante Domino... Amen.*

2. (Fol. 8-11ᵛ) <Vita S. Proiecti ep. Imolensis>.

Non videtur antiqua. — Inc. *De anno quingentesimo a Christi nativitate habuit urbs nostra Proiectum virum omni probitatis genere insignem. Cuius mater dum praegnans esset* — Des. *sepulcro inde locum aptarunt* (cod. *opt-*) *veluti reipublicae patri celeberrimum et clarissimum.*

3. (Fol. 26-27) <Vita S. Cassiani ep. Imolensis>.

Narratio fabulis plena neque, ut videtur, antiqua. Cf. *BHL.* 1627-1629. — Inc. *Tempore quo Sarrhaseni Callipolim regem, quem ipsi amyram*

Cod. H. 3.

vocant, elegere — Des. *urbs nostra barbarico servitio subiecta in duram servitutem conseruit usque ad Athaulphi tempora.*

4. (Fol. 27-27ᵛ) <Vita S. Petri Chrysologi>.

Inc. *De anno 432 sedente in pontificatu Sixto Romano illius nominis papa tertio, fuit per illa tempora in urbe nostra iuvenis* — Des. *crebris fulminum ictibus concidit, ut vix vestigia conspicerentur.*

Haec anno 1535 scripta esse docent verba quae in media narratione leguntur: *Petri igitur sermones, qui superiori anno ex situ et tenebris eruti ac in lucem editi ... sumptu prope infinito ac opera sodalitii qui Fratres Sancti Ioannis in Monte Bononiae nuncupantur prodiere et per totam Italiam leguntur...*

5. (Fol. 28-31) Passio S. Desiderii ep. et mart. = *BHL.* 2145.

Mai 23.

Omissis ultimis verbis, des. *ad laudem et gloriam huius sancti martyris ampliandam, per Iesum Christum... Amen.*

6. (Fol. 32-36ᵛ) Vita S. Urbani Lingonensis ep. et conf. = *BHL.* 8407.

7. (Fol. 37-40ᵛ) Vita S. Gregorii ep. et conf. = *BHL.* 3665. Ian. 4.

8. (Fol. 41ᵛ-46) In translatione B. Desiderii.

Narratio *BHL.* 2146, verum aliis pluribusque verbis composita, addita etiam longa S. Desiderii laudatione. — Inc. *Fons ipse bonitatis omnium plasmator Christus* — Des. *et tecum una cum electorum infinitis legionibus laetemur, necnon gloria et immarcescibili corona suffulti muneremur perenniter et per infinita saecula saeculorum. Amen.*

9. (Fol. 47-47ᵛ) <Breve fragmentum ex processu canonizationis B. Clarae de Cruce> (ex *BHL.* 1819).

10. (Fol. 54-62ᵛ) Miracula B. Iustini conf. = *BHL.* 4588, 4589.

11. (Fol. 68-71) S. Terentii levitae et confessoris et urbis Faventinae protectoris Vita.

Ipsa Vita ed. in *Act. SS.*, Iul. t. VII, p. 155-57, quae recenti aetate composita videtur.

12. (Fol. 74-74ᵛ) Legenda ss. mm. Valentini presb. et Hilarii diac. = *BHL.* 8469.

Exscriptum est solum initium.

13. (Fol. 77-80) Legenda almi confessoris beatissimi Petri de Fulgineo = *BHL.* 6709.

14. (Fol. 82-86ᵛ) Vita ss. mm. et confessorum Anastasii, Proculi, Britii, Carpophori et Abundii.

Accepta ex lectionariis Sancti Britii et Sancti Felicis in Vallenarei Spoletanae dioecesis.

Inc. *Sub tempore Iuliani, qui imperantibus Diocletiano et Maximiano Italiae regnum invaserat, et persecutio christianorum erat magna, sanctus Anastasius applicuit cuidam sancto Urbano episcopo prope*

Romam cum duobus filiis suis — Des. *et condivit cum nardo et aromatibus, et posuit in spelunca sua; et ibi sancti sunt conditi, et fuerunt et erunt illic cum oratione in saecula saeculorum. Amen.* Cf. cod. Bibl. Alexandrinae 89[9]. Cod. H. 3.

15. (Fol. 87-99[v]) <Vita B. Iohannae Urbevetanae> = *BHL.* 4289.

Pagina non impleta, des. *Soror Cicilia, filia Ceci ... invenit se protinus liberatam* (Mareddu, p. 63.).

16. (Fol. 100-100[v], 105) S. Floriani martyris = cod. H. 3[18], lectiones 5, 6 et (quibusdam contractis) 8, 9.

Inc. *Temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum erat Florianus in civitate Circia, quae cognominatur Cingulum, a primaevo aetatis suae flore timens Deum* — Des. *in quo loco praestantur beneficia multa. Surdi audiunt, caeci vident... Amen.*

17. (Fol. 101-101[v]) Alexander Venetus ep. Equilinus in Catalogo sanctorum de S. Floriano.

Petrus de Natalibus, *Catal. SS.*, IV. 121 (al. 125).

18. (Fol. 102-104[v]) In S. Floriani mart.

Inc. *Temporibus Dioclitiani et Maximiani imperatorum facta est persecutio christianorum, quando diversis agonibus concertantes christiani* (cf. *BHL.* 3054). — Et sex quidem prioribus lectionibus narrantur modo iisdem verbis, modo pluribus, modo paucioribus, ea quae relata sunt in hac Passione *BHL.* 3054. Sequuntur lectiones aliae tres. Inc. lect. VII *(ex Leonis Ostiensis Chronico Casinensi,* ita annotavit al. man.) : *Factum est autem post aliquantum temporis, surrexerunt barbari de Affrico regno, et transfretaverunt, et pervenerunt in Calabriam... ut de manibus eorum eripi possent.*

Inc. lect. VIII. *Eodem tempore erat in civitate Lauriaca presbyter, nomine Lauriacus, una cum socio suo, nomine Iuliano, arte piscatoria imbuti* ... Nocte apparente illis iuxta fluvium Esinensem Floriano, ipsius reliquias inde ad civitaten Lauriacam deferunt et deponunt in basilica Sancti Georgii. Quae narratio cum lectione IX des. *et in finibus Pentapoli numquam Agarenorum gentes amplius comparuerunt. Dies autem natalis eius celebratur IV nonas maias, praestante Domino... Amen.*

19. (Fol. 106-109) Historia et Passio S. Cyriaci ep. et mart., caelestis advocati civitatis Anconae, instaurata Francisco Scalamore, Iacobo Valterritio et Iacobo Marchetto accuratissimis operariis exsistentibus anno MDL.

Inc. (sine prol.) ut *BHL.* 7025. — Des. *et ibi sepulcrum eius in reverentia maxima usque nunc habetur ab incolis loci illius* (Hierusalem) *ad laudem... Amen.* In toto libello nihil de Ancona.

20. (Fol. 111-112[v], 110-110[v], 113) <De S. Marcellino ep. Anconitano> = *BHL.* 5225.

Cod. H. 3.

21. (Fol. 116-118) <Vita S. Bernardi conf. Arcanatis> = *BHL.* 1202.

22. (Fol. 119-122) Vita B. Margaritae Septempedanae viduae = cod. Bibl. Alexandrinae 94[71].

Des. *Dormivit in Domino die 5 augusti anno 1395.*

23. (Fol. 124 sqq.) In festo S. Crescentiani mart. <lectiones> (ex *BHL.* 1983).

24. (Fol. 139-142[v]) Vita vel potius miracula B. Ugonis monachi Silvestrini, descripta ex antiquo manu scripto codice, qui Sentini in ecclesia Sancti Iohannis monasterii monachorum Silvestrinorum una cum eiusdem ossibus ac veste seu cilicio asservatur; festus autem dies magna Sentinatis populi frequentia celebratur VII kal. augusti = cod. Bibl. Alexandrinae 94[32].

Subiunctis duobus miraculis, quae in altero illo codice desunt, des. *et usque in oratorium pro hoc ingenti miraculo ad referendum gratias Deo una cum fratre Samuele praedicto descenderunt.*

25. (Fol. 143-144[v]) <Vita SS. Gerii et Effrendi> = *BHL.* 3448.

Ex ms. archivii episcopalis Firmani.

Inc. *Gerius dicitur a gerar, quod est salus, et reos, quod est populus, quasi salus populi. Gerius ex nobili prosapia Francigenarum...*

26. (Fol. 148-149[v]) <Miracula aliquot sanctorum Faventinorum>.

De quibus sic f. 149[v] : « Haec omnia transcripta sunt tum ex libris manu » scriptis qui in bibliotheca Fratrum Praedicatorum conservantur, tum ex » historia rerum Fratrum Servorum, quae Cronicon ab ipsis appellatur. » Horum autem solummodo sanctorum miracula particulatim describun- » tur, reliquorum vero non habentur. » Iam vero primos libellos miraculorum 1-6 ex codice monasterii Faventini Fratrum Praedicatorum, et solum ultimum (= 7) ex quodam chronico Servorum B. Mariae exscriptos esse docemur his quae eadem manus annotavit in cod. H. 8, 1, fol. 379 : « I miracoli fatti da san Emiliano, san Terentio, san Savino, da san Pier » Damiano e da san Nevolone e dagli altri, eccetto dal beato Giacomo, son » descritti da una cronica latina senza nome e scritta a penna e posta nella » libreria de' frati di San Domenico in Faenza, dove si conserva come cosa » degna di fede, e non ci è altra scrittura. »

1° (Fol. 148) Miracula B. Aemiliani post mortem. Inc. *Mulier quaedam ultramontana, Officia nomine, quae per decennium fuerat a daemone variis molestiis afflicta* — Des. *dona, quae potuit, obtulit humiliter.* — Ed. *Act. SS.*, Nov. t. III, p. 295-96.

2° (Fol. 148) Miracula S. Sabini (duo et ea brevia). Inc. *In civitate Asisii illuminavit nepotem, qui erat caecus, cuiusdam matronae, nomine Serena, quae erat ex Spoleto. In eadem civitate sanavit oculos Venustiani Tusciae augustalis* — Des. *et factus est miles Christi.*

Cod. H. 3.

3° (Fol. 148-148ᵛ) Miracula B. Nevoloni. Inc. *Factum est ut quidam pauper quodam die ad hostium ipsius elemosinam peteret; imperavit beatus Nevolonus uxori ut ei panem tribueret* — Des. *ipsius gratia factum fuisse sonum illum campanarum.*

4° (Fol. 148ᵛ) <Eiusdem miracula> post mortem. Inc. *Mulier quaedam, nomine Nicoletta, uxor Lappi de capella Sancti Terentii de Faventia* — Des. *et invenit filium cum aliis pueris in via ludentem.*

5° (Fol. 149) Miracula S. Terentii in vita. Inc. *Erat in Imola civitate, quae Forum Cornelii a Romanis dicebatur, caecus quidam, nomine Androgeus* — Des. *propriis pedibus ad patriam remeavit. Post mortem multis resplenduit miraculis, at ab historia non recensentur.*

6° (Fol. 149-149ᵛ) Miracula S. Petri Damiani. Inc. *Cum vir Dei moraretur in monasterio ab eo in agro Faventino constructo... aquam e fonte haustam in vinum transmutavit* — Des. *et ilico liberatus est.*

7° (Fol. 149ᵛ) Miracula B. Iacobi. Ea quae edita sunt in *Act. SS.*, Mai t. VI, p. 167, num. I-XI. Cf. *BHL.* 4106.

27. (Fol. 153-156ᵛ) Passio S. Ephysii mart. = cod. Bibl. Alexandrinae 94[60].

Ex lectionario ecclesiae archiepiscopalis Pisanae.

28. (Fol. 156ᵛ-158) Passio S. Potiti mart. = cod. Bibl. Alexandrinae 94[61].

Ex eodem lectionario.

29. (Fol. 161bis-173ᵛ) Vita <et miracula> S. Herculani mart. atque pontificis.

Inc. *Tempore Iuliani apostatae, imperatoris saevissimi, quidam gloriosa de Syria Romam venit; unde societas confratrum venerabilis* — Des. *Preces vestras cum lacrimis et pura mentis contritione fundite... Amen.* Cf. *BHL.* 3823.

30. (Fol. 174-183ᵛ) Miracula B. Iustini conf. et ep. Theatini = *BHL.* 4588, 4589.

31. (Fol. 209) <Passio SS. Casti et Cassii>.

Brevis narratio quae inc. ut prologus in *BHL.* 1649 et des. *et cum honore sepelierunt eos in loco qui vocatur li Lati.*

32. (Fol. 271-291ᵛ) Vita S. Martini papae, qui pro defensione catholicae fidei exsilium passus est = *BHL.* 5596.

33. (Fol. 295-298ᵛ) Fragmentum vitae S. Attonis generalis Vallisumbrosae et Pistoriensis episcopi.

Ex antiquis eiusdem ecclesiae monumentis.

Inc. *Postquam illud totius huiusce religionis nostrae micans speculum, tamquam Aaron vocatum, ad cardinalatus apicem est erectum thiaraque episcopali redimitum, monachi pastore orbati* — Des. *servus fidelis et prudens intravit in gaudium Domini sui. Amen.*

Cod. H. 3.

34. (Fol. 305-306) De S. Nicolao peregrino et conf.

Petrus de Natalibus, *Catal. SS.*, V, 78.

35. (Fol. 310-320^{v}) S. Emigdii ep. et mart. = *BHL.* 2537. Aug. 5.

Ex antiquissimo manuscripto codice exsistente in abbatia Sancti Eutitii.

36. (Fol. 327-347^{v}) Epistula Mauricii Cathaniensis episcopi de translatione S. Agathae virg. = *BHL.* 139, 140.

Ex Cathaniensis ecclesiae monumentis.

37. (Fol. 352-352^{v}) Passio S. Reguli Arelatensis ep. et mart. = *BHL.* 7109.

Des. cum Mombritio : *migrando ad Dominum, cui est honor...*

38. (Fol. 353-355) Vita S. Severi archiep. et conf. = *BHL.* 7683.

Reliquis omissis, des. *asserentes non oportere fieri episcopum nisi aut natalibus insignitum aut statura procerum* (*Act. SS.*, num. 8 extr.).

39. (Fol. 356-357^{v}) Passio S. Laurentii martyris Novariae urbis.

Ex eiusdem civitatis ecclesiasticis tabulis (cf. codd. capituli Novariensis I^{2}, XXVI^{9}).

Inc. *Humani generis conditor Deus* — Des. *victor exsultat. Ad cuius venerabile corpus exuberant beneficia divina usque ad praesentem diem, ad laudem... Amen.*

40. (Fol. 358-359) Vita S. Romanae virg. = *BHL.* 7296.

Ex tabulis Tudertinis.

41. (Fol. 361-361^{v}) De S. Spe abbate.

Gregorius Magnus, *Dial.* IV, 10.

42. (Fol. 365-368) Gloriosa legenda ac vita S. Euticii presb. et mart. = *BHL.* 2779.

43. (Fol. 368-376) Passio SS. Claudii, Castorii, Symphoriani, Simplicii atque Nicostrati et sanctorum Quatuor Coronatorum.

Ex antiquis tum nostrae bibliothecae tum aliorum codicibus manuscriptis.

Narratio, ut videtur, non ita pridem conscripta, quae inc. *Tempore Diocletiani augusti reperiebantur excellentissimi in arte quadratoria sculptores, nempe Claudius, Castorius, Symphorianus, Simplicius atque Nicostratus, qui occulte, uno excepto Simplicio, christiani erant...* et des. *usus tamen obtinuit ut Quatuor Coronati deinceps vocarentur.*

44. (Fol. 377-379) <Miracula duo SS. Cyri et Iohannis>.

Inc. *Sophronius vir illustrissimus, Phenea urbe genitus, ab ineunte aetate* — Des. *ita dudum et vidimus. Ante omnia ergo istud exorsi sumus miraculum.* Cf. *BHL.* 2079, c. 1-3.

Sequitur. *Item aliud miraculum. Nostis, inquam, fratres huiuscemodi cives, huius urbis non ignobilem iuvenem, Ammonium nomine* — Des. *ex tunc merita sanctorum recolens glorificat Dominum per omnia*

saecula saeculorum. Amen. Est haec altera recensio miraculi *BHL.* 2080, c. 1. Cod. H. 3.

45. (Fol. 400-400ᵛ) Passio S. Iustini = cod. S. Mariae Mai. B[28].

Ex codice S. Mariae Maioris.

46. (Fol. 404-422ᵛ) Miracula B. Iustini conf. = *BHL.* 4588, 4589.

Ex antiquo codice membranaceo manu scripto cathedralis ecclesiae Teatis.

47. (Fol. 426-429ᵛ) Vita et acta SS. Iustini ep. Teatini confessoris, Florentii et Felicis fratrum eius et Iustae virginis = cod. H. 2[12].

CODEX H. 4 (Gallonii D)

Chartaceus, foliorum 376 (max. 0ᵐ,305 × 0,210), exaratus saec. XVI extr.-XVII in. Perierunt folia 134-150 et 161-175.

1. (Fol. 1-12ᵛ) Vita S. Savini Canusini ep. = tom. VI[44].

Exscriptum ex ipso tomo VI.

2. (Fol. 13-14) Passio S. Eulaliae = *BHL.* 2696.

Inc. *In Barcinone civitate provinciae Hispaniae sub Datiano praeside orta est tempestas. Illic etiam erat quaedam virgo...*

3. (Fol. 15-23) Vita S. Barbati ep. et conf. = *BHL.* 973.

4. (Fol. 24-32) Passio ss. mm. Perfecti presb., Isaac monachi, Sanctii, Petri, Walabonsi, Wistremundi, Habentii, Hieremiae et aliorum multorum, necnon Nunilonis et Alodiae virginum, per S. Eulogium presbyterum Cordubensem conscripta.

Eulogii *Memoriale SS.*, lib. II, cap. 1-7.

5. (Fol. 36-46) Passio S. Adriani mart. et aliorum sanctorum = *BHL.* 3744.

6. (Fol. 47-51ᵛ) Passio S. Martiani ep. Dertonensis = *BHL.* 5262.

7. (Fol. 52-65) Vita vel passio beatissimi martyris Eulogii presbyteri et doctoris... = *BHL.* 2704.

8. (Fol. 68-89) Divi Eulogii martyris Cordubensis, doctoris et electi archiepiscopi Toletani, liber " Memoriale sanctorum „ ab ipso inscriptus.

Praefatio et liber I.

9. (Fol. 90-92) Passio SS. Trophimi (*cod.* Trophinii) et Eucarpionis = *BHL.* 8320.

10. (Fol. 93-95ᵛ) Passio S. Longini = *BHL.* 4965.

11. (Fol. 96-98) De S. Baronto = *BHL.* 996.

Ex antiquis Pistoriensis ecclesiae monumentis.

12. (Fol. 99-113) Passio ss. mm. Roderici et Salomonis per S. Eulogium presb. Cordubensem conscripta = *BHL.* 7351.

Cod. H. 4.

13. (Fol. 114-130v) Passio S. Ioannis eremitae per Evagrium quendam Ponticum conscripta = *BHL.* 4329.

Praemissus est prologus libelli *BHL.* 6524.

14. (Fol. 155-155v) S. Casillae virginis.

Ex ecclesiae Burgensis Castellae Veteris metropolis ecclesiasticis tabulis.

Tres lectiones, quae inc. *Quo tempore Sarraceni citerioris ulteriorisque Hispaniae magnam partem possidebant* — Des. *reliquam vitam frequentibus miraculis consummavit.* Pars ultima ex hoc codice edita est in *Act. SS.*, April. t. I, p. 848, num. 5.

15. (Fol. 156-160v) S. Galdini ep. et conf. = *BHL.* 3232.

16. (Fol. 176-182v) S. Innocentii conf., Dertonensis ep. = *BHL.* 4281.

17. (Fol. 183-192v) Passio S. Caloceri mart. = *BHL.* 1529.

18. (Fol. 193-200v) Vita B. Marcellini = *BHL.* 5227.

19. (Fol. 203-207) Vita S. Severi ep. et conf. = *BHL.* 7676.

Ex Neapolitanae civitatis ecclesiasticis tabulis.

Desunt prologus et epistula. — Inc. *Secretum* — Des. *animum reddidit suo creatori, angelis eum suscipientibus.*

20. (Fol. 208-208v) Passio SS. Floriani et Florentii.

Inc. *Cum praecepta imperatorum de persecutione christianorum apud Noricum* (cod. *Notum*) *Ripensem delata essent, Aquilinus praeses coepit* — Des. *Ibi caeci illuminantur, daemones eiciuntur et variis morbis comprehensi sanantur.*

21. (Fol. 209-211) Passio S. Victoris et S. Coronae = *BHL.* 8561.

Ex pervetusto Senensis ecclesiae codice manuscripto.

22. (Fol. 212-212v) S. Indaletii ep. Almeriensis.

Brevis lectio, quae inc. *Cum apud urbem Romam beatissimi confessores Indaletius...* (= *BHL.* 8308) — Des. *quo die scilicet reliquiarum eius particeps facta est.*

23. (Fol. 213-215) Passio S. Restitutae virg. et mart.

Ex Neapolitanae civitatis ecclesiasticis tabulis.

Inc. *Tempore Valeriani imperatoris, cum esset persecutio christianorum, fuit quaedam virgo in provincia Africae* — Des. ut *BHL.* 7191.

24. (Fol. 216v-220) SS. virginum Romanarum Pudentianae et Praxedis = *BHL.* 6988, 6989.

25. (Fol. 221-275) Passio ss. fratrum Alphii, Philadelphi et Cyrini et sociorum. Apocrypha. Mai 10.

Ex editione anni 1522 recusa in *Act. SS.*, Mai t. II, p. 507-34, n. 1-84. Post ultima verba num. 84 : *ut miraretur episcopus*, ceteris omissis, addita sunt dumtaxat haec : *Qui postea perseverantes, ut credere pientissimum est, usque in finem in bonis operibus, adepti sunt gloriam beatorum cum sanctis martyribus Alphio, Philadelpho et Cyrino.*

26. (Fol. 276-280) Vita S. Euphebii ep. et conf. = *BHL.* 2705, num. 1 med.- num. 8 med. Cod. H. 4.

Ex Neapolitanae civitatis ecclesiasticis tabulis.

Inc. *Sanctissimus Christi confessor Euphebius post multa* — Des. *quae tempestas impulerat, applicuit portum.*

27. (Fol. 281-299v) Passio ss. mm. Urbani papae et sociorum = *BHL.* 8379.

Ex veteri S. Mariae Maioris manuscripto [= A[60]] necnon et monialium S. Laurentii in Paneperna.

28. (Fol. 301-306) Haec est Legenda S. Marmeniae.

Ex scripto codice monialium S. Laurentii in Paneperna.

Inc. *Videns autem Almachius quod vera insana mente loqueretur, putavit illum christianum fore et iussit amoveri eum a se tristis nimium...* (= *BHL.* 8374, num. 11 med.). — Des. ut *BHL.* 8374; sequitur *BHL.* 8375.

29. (Fol. 307-315v) Vita S. Zenobii ep. Florentini = *BHL.* 9015 (ut in cod. B. 9[2]).

Sub beati Simpliciani Mediolanensis episcopi nomine habetur in manuscripto codice monachorum Camaldolensium.

30. (Fol. 316-324v) S. Dionysii ep. = *BHL.* 2168.

31. (Fol. 325-332v) Restitutae virg. et mart. gloriosae Vita = *BHL.* 7194.

32. (Fol. 333-336) Passio S. Restituti mart. = *BHL.* 7197.

Ex veteri S. Mariae Maioris codice manuscripto [= A[61]].

Desunt ultimae sententiae (*Requievit autem...*).

33. (Fol. 337-338) S. Ioannis de Orthega conf.

Ex ecclesiae Burgensis Castellae Veteris metropolis ecclesiasticis tabulis.

Tres lectiones, quae inc. *Iohannes presbyter et confessor in oppidulo Quintana Orhasmo, quod est in territorio Burgensi, natus, statim ab incunabulis se Deo dicavit...* et des. *et mirabile dictu, plenum ad summum invenit.* Cf. *BHL.* 4443.

34. (Fol. 339-344) S. Richardi anglici conf., Andriensis ep. = *BHL.* 7204, 7206.

35. (Fol. 344-348) Historia inventionis et translationis gloriosi corporis S. Richardi anglici conf. et ep. Andriensis = *BHL.* 7205.

36. (Fol. 349-351v) Passio ss. mm. Felicis et Fortunati = *BHL.* 2860.

Inc. *Diocletiano et Maximiano imperatoribus anno duodecimo, exiit edictum* — Des. *relaxarent. Passi sunt autem ... Amen.*

37. (Fol. 352-353) Passio SS. Ruffini et Valerii.

Vincentius Bellovacensis, *Spec. hist.*, XIII, 148.

38. (Fol. 354-357v) Acta ss. mm. Nicandri et Marciani = *BHL.* 6072.

Cod. H. 4.

Ex quamplurimis nostrae bibliothecae veteribus manuscriptis.

39. (Fol. 359-360) Acta ss. mm. Patrismutii et Copris = tom. VII[17].

Ex veteri nostrae bibliothecae manuscripto codice.

40. (Fol. 361-363) Vita S. Pastoris presb. = cod. S. Mariae Mai. B[17].

Ex veteri S. Mariae Maioris codice manuscripto.

Omisso initio, inc. *Beatus Pastor inclita Romae prosapia ortus...*

41. (Fol. 364-365) Passio S. Pastoris mart. = cod. S. Mariae Mai. B[18].

Ex veteri S. Mariae Maioris manuscripto.

CODEX H. 5 (Gallonii E)

Chartaceus, foliorum 274 ($0^{m},310 \times 0,215$), exaratus saec. XVI extr. a Federico Metio Galatino.

1. (Fol. 136-148) Vita Symeonis monachi et levitae = *BHL.* 7952, 7953.

2. (Fol. 150-155) Vita vel obitus S. Gebizonis Cassinensis monachi per Paulum diaconum = *BHL.* 3295.

Des. *cum aliis multis locavit.*

3. (Fol. 157-161) Vita vel obitus S. Athanasii ep. Neapolitani et conf. per Petrum diaconum Cassinensem = *BHL.* 736.

4. (Fol. 162-164) Vita, translatio et miracula S. Martini abbatis <in Monte Marsico> per Petrum diaconum Cassinensem = *BHL.* 5604.

Deest locus qui in *Act. SS.*, num. 7, uncis est inclusus.

5. (Fol. 165-167) Translatio corporis sancti protomartyris Stephani a Constantinopoli ad urbem Romam edita a beato ac sancto Lucio archidiacono = *BHL.* 7878, 7880, 7879.

Inc. (post prologum) : *Tempore quo Valentinianus Constantii filius Romanum et Theodosius iunior Arcadii filius Constantinopolitanum gubernabat imperium, filia eiusdem Theodosii Romae...*

6. (Fol. 168-169) Vita seu Passio S. Bertharii abbatis Cassinensis per Ignatium Pragensem = *BHL.* 1271.

Multa omissa sunt.

7. (Fol. 170-170[v], 175-177) Vita S. Maurilii ep. et conf. per Magnobodum ep. Andegavensem = *BHL.* 5730.

Deest prologus *(Quicquid...)*

8. (Fol. 184-186) Passio B. Fortunatae virg. et mart. per Autpertum ad venerabilem Stephanum Puteolanum ep. = *BHL.* 3081.

Deest prologus. — Des. *cum non suis, sed aliorum civibus ex sublatis*

martyrum corporibus inviti quodammodo ac nescientes nautae consuluisse videantur. Passa est igitur... Amen (*Act. SS.*, num. 12 med.). Cod. H. 5.

9. (Fol. 187-188^{v}) Petri Diaconi vita vel obitus S. Severi ep. = *BHL.* 7675.

Inc. prol. *Sanctissimo ac in monastico praesidenti gymnasio abbati abbatum eximio Petrus Cassinensis diaconus... Quod a vestra iussus sanctitate Severi pastoris egregii vitam orsus sum scribere...* — Inc. *Cassinensis igitur arcis* — Omissa ultima sententia, des. *quae sibi uxorique suae Dominus beneficia praestiterat, coram omnibus enarrabat.*

10. (Fol. 190-206^{v}) Mafei Vegii de vita B. Bernardini = *BHL.* 1189.

Subiunctum est : *Romae apud S. Petrum kal. iunii 1453.*

11. (Fol. 208-217^{v}) Mafei Vegii de vita Caelestini V = *BHL.* 6752.

12. (Fol. 219-226^{v}) Libellus de eversione et restauratione monasterii B. Mauri abbatis sive de miraculis eiusdem egregii viri in eodem monasterio ostensis = *BHL.* 5775.

13. (Fol. 227-227^{v}) Vita S. Leucii ep. et conf. = *BHL.* 4894.

Sola pars ultima inde ab : *cumque exposuisset eis omne mysterium, quomodo natus...* (*Bibl. Casin.*, p. 364, col. 2, l. 5).

14. (Fol. 232-236^{v}) Passio S. Erasmi ep. et mart. edita a venerabili Gelasio papa II = *BHL.* 2584.

Fol. 257-265^{v} exscripti sunt ex codicibus S. Mariae Maioris et ex codicibus Vaticanis loci quidam nonnullorum libellorum hagiographicorum; qui cum alias notissimi sint, singillatim haec eorum fragmenta recensenda non videntur.

CODEX H. 6 (Gallonii F)

Chartaceus, foliorum sign. 1-204, variae formae (max. 0^{m},34 × 0,23), exaratus saec. XVI extr.-XVII in.

Ex « veteri manuscripto S. Mariae Maioris » exscripti esse annotantur libelli 1-7, 9, 19, 20, 24-26, 28, 29; « ex veteri manuscripto nostro [h. e. Vallicellano] » libelli 8, 10-15, 18, 22, 23, 31, 32, 34.

1. (Fol. 1-9^{v}) Passio ss. mm. Urbani papae et sociorum = *BHL.* 8379, 8380 (cod. S. Mariae Maioris A^{60}).

2. (Fol. 10-12^{v}) Passio S. Bibianae = cod. S. Mariae Mai. A^{2}.

3. (Fol. 13^{v}-16) Passio S. Tatianae virg. = *BHL.* 7989 (cod. S. Mariae Mai. A^{40}).

4. (Fol. 17-21) Passio SS. Sperati et sociorum eius.

Inc. *Temporibus Severi* (corr. *Iuliani*) *imperii fuit quidam vir, nomine Claudianus, consul Carthagine exsistens metropolis* — Des. ut. *BHL.* 7534. Cf. cod. S. Mariae Mai. B^{6}.

Cod. H. 6.

5. (Fol. 22-25) Vita S. Donati = *BHL.* 2289 (cod. S. Mar. Mai. B[30]).

6. (Fol. 26-27[v]) Passio S. Hippolyti Portuensis = *BHL.* 3964 (cod. S. Mariae Mai. B[44]).

Des. ut *BHL.* 3963.

7. (Fol. 28-28[v]) Sanctorum duodecim fratrum = *BHL.* 2298 (cod. S. Mariae Mai. B[53]).

8. (Fol. 29-30) Festum ss. virginum Victoriae et Anatholiae = *BHL.* 8591.

9. (Fol. 31-31[v]) S. Soffiae et Passio filiarum eius = cod. S. Mariae Mai. B[72].

10. (Fol. 32-33[v]) S. Priscae = tom. VII[45].

11. (Fol. 34-36[v]) Acta S. Zenonis mart. = *BHL.* 8999.

12. (Fol. 37-38) S. Constantiae = tom. VII[69].

13. (Fol. 38-39) S. Aquilae = tom. VII[46].

14. (Fol. 40-41) Passio S. Sisti papae, Felicissimi et Agapiti = *BHL.* 7801.

15. (Fol. 41[v]-43[v]) Passio S. Agapiti mart. = *BHL.* 125.

16. (Fol. 44-45) SS. Naboris et Felicis.

Vix non eadem narratio de qua supra, p. 15[59].

17. (Fol. 45[v]-47[v]) S. Pudentianae et Praxedis = *BHL.* 6991, 6989.

18. (Fol. 48-52[v]) Passio SS. Praxedis et Pudentianae = cod. S. Mariae Mai. B[9].

Omissus est prologus.

19. (Fol. 53-58[v]) Passio S. Secundinae = *BHL.* 7553.

Deestprologus.

20. (Fol. 59-60[v]) Passio SS. Basilidis, Tripodis et Magdalis = *BHL.* 1018.

21. (Fol. 61-66[v]) Passio SS. Quatuor Coronatorum = *BHL.* 1837.

Ex antiquis tum nostrae bibliothecae tum aliarum codicibus manuscriptis.

22. (Fol. 71-72) Vita S. Pastoris presb. = S. Mariae Mai. B[17].

23. (Fol. 72-72[v]) Passio S. Pastoris mart. = S. Mariae Mai. B[18].

Folio perdito, deest finis.

24. (Fol. 73-73[v]) Passio Papiae et Mauri = tom. VII[58].

25. (Fol. 74-74[v]) Passio sancti Patris Mutii et Copris martyrum = tom. VII[17].

26. (Fol. 75-86) Vita vel obitus B. Petri Alexandrini ep. et mart. = *BHL.* 6692.

27. (Fol. 86[v]-87) Vita S. Barbati ep. et conf. = *BHL.* 973.

Exscriptum est solum initium.

28. (Fol. 88-92[v]) Passio S. Severini conf. = *BHL.* 7656.

In media pagina 92[v] atque in medio versu continuo transitum fecit librarius oscitans a Vita S. Severini (*Act. SS.*, num. 13 sub init.) ad Passio-

nem S. Sebastiani (*Act. SS.*, num. 54 med.). Deest igitur huius pars prior, illius vero exscriptum est solum initium. Cod. H. 6.

29. (Fol. 92v-98) <Passio S. Sebastiani> = *BHL.* 7543.

Deest pars prior. Vid. supra ad **28**.

30. (Fol. 99-102v) Acta Anastasiae virg. et mart. = *BHL.* 1795, 118, 8093, 401.

Ex antiquo abbatiae S. Eutitii manuscripto. — Videtur librarius exemplar suum legere non potuisse, ideoque multis in locis quaedam omisit, spatio vacuo relicto.

31. (Fol. 103-108v) S. Domitillae = *BHL.* 6058, 6063-6066.

32. (Fol. 109-111v) Passio S. Caesarii diác. et mart.

Inc. ut *BHL.* 1511. — Reliquis omissis, des. cum num. 30 : *et sepelivit noctu in locum iuxta Terracinam civitatem sub die kalendis novembris.*

33. (Fol. 113-118) Legenda sanctarum virginum et martyrum Domitillae, Eufrosynae et Theodorae.

Lectiones tres, quae antiquae non videntur. — Inc. *Tempestate eadem illustrem virginem spectabili prosapia ac nobilissimis ortam natalibus sororisque Flavii Clementis viri illustrissimi filiam* — Des. *terramque fodiens in profundum dignae venerationis obsequiis sepulturae dedit.*

34. (Fol. 119-120v) Passio S. Restituti mart. = cod. S. Mar. Mai. A[61].

35. (Fol. 121-131v) Vita et Passio S. Lamberti ep. et mart. = *BHL.* 4688.

Exscripta ex codicibus duobus, altero ecclesiae cathedralis Leodiensis, altero collegii canonicorum regularium S. Martini universitatis Lovaniensis (cf. fol. 131v-132).

36. (Fol. 133-139v) Triumphus B. Lamberti... de castro Bullonio = *BHL.* 4690.

Ex codice ecclesiae Leodiensis.

Deest prologus.

Folia 142-145 pergamena sunt (0m,305 × 0,195), exarata saec. XIII. Insunt documenta de reformatione capituli Verulani, tum etiam

37. (Fol. 143v-144) <Inventio S. Mariae Salome> = *BHL.* 5518.

---

38. (Fol. 155-156) Vita S. Siffredi ep. Vendancensis et monachi Lerinensis = *BHL.* 7703.

Ex codice Lerinensi.

Cod. H. 6.

39. (Fol. 157v-162v) Translatio B. Iustinae virg. et mart. = *BHL.* 2054.

Ex codice ecclesiae Placentinae.

40. (Fol. 175-183) Vita S. Castrensis ep. et conf. = *BHL.* 1644.

Ex codice maioris ecclesiae civitatis Montis Regalis.

41. (Fol. 189-196) S. Lamberti episcopi, martyris et patroni Leodiensis victoria ac triumphus Steppensis = *BHL.* 6276.

Apographum quod testimonio suo probavit anno 1602 Ioannes Chapeaville. Praecedunt (fol. 186-189) « Praeviae observatiunculae » Danielis Raymundi canonici Leodiensis.

CODEX H. 7 (Gallonii G)

Chartaceus, foliorum 477 (circiter $0^{m}275 \times 0{,}200$), exaratus saec. XVI extr.-XVII in.

1. (Fol. 5-6) Passio S. Agnetis virg. et mart. per Prudentium descripta = *BHL.* 159.

Praecedunt (f. 3-5) loci excerpti ex S. Ambrosio et ex S. Aldhelmi opere prosa oratione scripto.

2. (Fol. 61-64) Passio S. Desiderii Viennensis ep. ex priscis monumentis per Mombritium descripta = *BHL.* 2151.

3. (Fol. 66-74) Passio ss. virg. Florae et Mariae per S. Eulogium presbyterum Cordubensem conscripta = *BHL.* 3026.

4. (Fol. 77-79v) Passio S. Luxorii mart. = *BHL.* 5092.

5. (Fol. 81-83) De S. Rufino ep., cuius corpus in cathedrali civitatis Pistoriensis requiescit = *BHL.* 7360.

Ex antiquis eiusdem ecclesiae monumentis.

6. (Fol. 85-94) Passio S. Domnini mart. = *BHL.* 2266.

7. (Fol. 95-99) Vita S. Simpliciani archiep. Mediolanensis et conf. = *BHL.* 7786.

8. (Fol. 102-103v) Sermo S. Maximi Taurinensis ep., olim S. Ambrosio ascriptus, de vita et martyrio S. Eusebii Vercellensis episcopi.

P. L., t. XVII, col. 719-21.

9. (Fol. 103v-105v) Sermo alter S. Maximi ep. de vita et martyrio S. Eusebii Vercellensis episcopi.

P. L., t. LVII, col. 415-18.

10. (Fol. 105v-106) Sermo item S. Ambrosio ep. ascriptus de depositione S. Eusebii.

P. L., t. XVII, col. 721-22.

11. (Fol. 107-111) De S. Liberato, coniuge et filiis cum aliis sub Hunnerico ariano = *BHL.* 2678. Cod. H. 7.

Inc. mutil. *cuiusdam nobilis annorum circiter septem iussu Cyrillae a parentibus separatus est...* (l. III, c. 49, al. l. V, c. 14; Petschenig, p. 86).

12. (Fol. 113-116) Vita S. Candidae minoris = *BHL.* 1538.

Ex Neapolitanae civitatis ecclesiasticis tabulis.

13. (Fol. 117-123) Vita S. Athanasii ep. et conf. = *BHL.* 739.

Ex Neapolitanae civitatis ecclesiasticis tabulis.

14. (Fol. 125-127) Passio S. Aspren ep. et mart. = *BHL.* 724.

Ex Neapolitanae civitatis ecclesiasticis tabulis.

15. (Fol. 129-133) Passio S. Christinae virg. et mart. = *BHL.* 1755.

16. (Fol. 135-141) Passio S. Savini ep. = *BHL.* 7453.

Inc. *Cum Maximianus Herculius Romae esset et XV kalendas maias...*

17. (Fol. 142-143) S. Victoris mart.

Ex ecclesiae Burgensis Castellae Veteris metropolis ecclesiasticis tabulis.

Inc. *Victor martyr in oppido Cerasso Burgensis diocesis natus* — Des. *diffisi victoria protinus abierunt.*

18. (Fol. 144-144^{v}) SS. Centolae et Helenae virginum = *BHL.* 1725.

Ex ecclesiae Burgensis... tabulis.

19. (Fol. 154-159) Vita S. Germani ep. per S. Gregorium papam descripta = *BHL.* 3465.

20. (Fol. 161-161^{v}) Acta S. Gaudentii mart., episcopi Ariminensis = *BHL.* 3275.

Ex antiq. codic. m. ecclesiae Ariminensis scripto in membranis.

21. (Fol. 162-169^{v}) Passio S. Gaudentii mart., episcopi Ariminensis = *BHL.* 3276, 3277.

Ex libro antiquo in membranis scripto qui in archivo venerabilis Societatis Sancti Hieronymi et Sanctissimae Trinitatis de Arimino asservatur.

22. (Fol. 216-232^{v}) Passio ss. mm. Saturnini presb., Dativi, Felicis, Ampelii et sociorum ex actis publicis excepta = *BHL.* 7492.

Intermistae sunt animadversiones scriptoris recentis.

23. (Fol. 260-269^{v}) Vita S. Castrensis Capuae ep. = *BHL.* 1644.

Ex antiquissimo manuscripto codice ecclesiae maioris civitatis Montis Regalis.

24. (Fol. 399-401) S. Pauli Simplicis Vita ex libro qui Vitas Patrum inscribitur, parte I^{a} cap. xxxx et parte II cap. clvii = *BHL.* 6594 et 6525, cap. clxvii.

25. (Fol. 447-447^{v}) De miraculis S. Vincentii a Surio praetermissis = *BHL.* 8643.

Cod. H. 7. **26.** (Fol. 449-450) De S. Victore mart.

Ex ecclesiasticis eccl. Burgensis tabulis.

Inc. ut supra **17.** — Des. ut ibidem; sed sequitur: *Qui igitur in cruce pendens red<d>itur crucis virtute vegetior... discedentesque obsidionem solvunt.*

Insunt praeterea in codice de plurimis sanctis narrationes breves desumptae ex Gregorio Turonensi, ex Beda, ex Eusebii Historia ecclesiastica, ex menologiis Graecorum, ex aliis huiusmodi libris.

CODEX H. 8. 1 (Gallonii H)

Chartaceus, foliorum sign. I-XV et 1-136, 177-538, variae formae (circiter $0^{m},29 \times 0,21$), exaratus saec. XVI extr.-XVII in.

1. (Fol. 1-33) De quam plurimis miraculis et apparitionibus S. Benedicti abbatis post eius obitum factis, a Surio praetermissis, ex coenobii Cassinensis chronico Leonis Ostiensis et Petri diaconi.

Cf. *BHL.*, pag. 171, n° 15 d.

2. (Fol. 40-42^{v}) <De S. Vincentio hymnus Prudentii> = *BHL.* 8637 (ordine perturbato).

Insunt postea in codice alii hymni ex breviariis exscripti, quos recensere non vacat.

3. (Fol. 73-83) Vita S. Franciscae viduae Romanae, oblatarum Turris Speculorum matris.

Ex eius monasterii archivo.

Inc. *Beata Francisca illustris ex nobili Romanorum prosapia duxit originem. Pater eius nobilis Paulus Bussa nominatus est* — Des. *Floruit autem circa annum Domini 1442 idus martii. Apud cuius sepulcrum ipsius meritis multa miracula fiunt ad laudem et gloriam omnipotentis Dei et nostrae almae urbis exaltationem.*

4. (Fol. 103-105) Relatio facta sanctissimo papae Ioanni XXIII in sacro concistorio ab illustrissimo Neapoleone cardinale tituli Sancti Adriani et collegis totius processus fabricati ab apostolicis delegatis super vita, conversatione et miraculis B. Clarae de Montefalco.

Inc. *Proposito dudum in concistorio coram Sanctitate Vestra* — Des. *qui omnia triplicate habemus, libenter accommodabimus libros nostros.*

5. (Fol. 125-136) Pro S. Mercurio = *BHL.* 5933.

6. (Fol. 136-136^{v}, 177-179) <Miracula S. Mercurii>.

Ex libro conscripto Longobardorum caractere, qui in bibliotheca ecclesiae Beneventanae conservatur.

Inc. *In illo tempore Iulianus nequissimus imperator pergens contra Persos pervenit in partes Caesareae civitatis. Beatus Basilius interea*

episcopus una cum illis qui cum ipso erant obviavit ei... Narrat scriptor Iulianum, cum vexare voluisset Caesarienses, ab ipso sancto Mercurio esse interfectum. Afferuntur *Historiae Sozomenis et Socratis* et *Passio S. Theodoreti.* Percussisse etiam dicitur S. Mercurius Adelmundum quendam, qui a Capuanis principibus in hac civitate Caesarea constitutus erat magister palatii et monasterium monialium vexabat. — Des. abrupte : *Nam et ipsam eius interfectionem ad confirmanda huius nostri operis testimonia describendam digne esse censemus. Denique sic de eo in vita et actibus beati Basilii legimus.* Cod. H. 8. 1.

7. (Fol. 180-183) Passio SS. Tholomaei et Romani et aliorum martyrum numero XXXX[a] = *BHL.* 6985. Aug. 24.

Ex libro cartae pergaminae conservato in sacristia cathedralis ecclesiae Sanctae Mariae civitatis Sutri, a folio 40 ad folium 43.

8. (Fol. 185-214[v]) Legenda B. Iacobi de Venetiis Ord. Fratrum Praedicatorum = *BHL.* 4110.

9. (Fol. 215[v]-225) Epistula cuiusdam nobilis Forliviensis ad reverendissimum D. Bernardum Delphinum episcopum Castellanum in commendationem B. F. Marcolini de Forolivio Ordinis Praedicatorum, qui obiit anno 1396 de mense februarii.

Adiungenda quaternis litteris iam notis, de quibus *BHL.*, p. 782-83. — Inc. *Reverendissime pater, humili commendatione praevia. Gaudeatis, iterum dico gaudeatis, quod* — Inc. miracula. *Contigit semel quod duo viri, quorum unus erat nobilis* — Des. *quare dignetur ipse ante Deum pro sibi devotis preces effundere, qui vivit... Amen.*

10. (Fol. 226-227[v]) In S. Fortunati = *BHL.* 3087.

Deest prologus.

11. (Fol. 228-230[v]) De vita et obitu S. Innocentii ep. = *BHL.* 4279.

12. (Fol. 231-235[v]) Legenda B. Eupuriae virg. et mart. = *BHL.* 2732.

13. (Fol. 236-242[v]) Legenda B. Gaudentii ep. et conf. nostrae civitatis Novariensis = *BHL.* 3278.

Deest prologus. — Omissis ultimis sententiis, des. *et inania pectora supples, qui vivis... Amen.* (= *Act. SS.*, num. 21 med.).

14. (Fol. 244-249) Vita venerabilis sancti Arduini de Arimino = *BHL.* 663.

Deest prologus.

15. (Fol. 270-272) Passio SS. Luciae et Geminiani = tom. X[67].

Ex nostro manuscripto.

16. (Fol. 272[v]-276[v]) Passio S. Savini ep. = cod. S. Mariae Mai. A[7].

Ex veteri manuscripto S. Mariae Maioris.

17. (Fol. 276 b-277[v]) <Passio SS. Dignae et Meritae> = *BHL.* 2160.

Cod. H. 8. 1.

Deest prologus.

Excisa est pars altera folii 276 b.

18. (Fol. 285-288) Vita B. Peregrini Forlivensis Ord. Servorum S. Mariae per Nicolaum Burgensium... = *BHL.* 6629.

19. (Fol. 291-293v) Vita S. Mauri ep. et conf. = *BHL.* 5771.

Reliquis omissis, des. *sed quoniam de vita beati Mauri... breviter explicemus* (= *Act. SS.*, num. 6 med.).

20. (Fol. 293v-296) Vita S. Severi Caesenatis ep. et conf. = *BHL.* 7674.

Omissis ultimis sententiis, des. *laeti et alacres remearunt.*

21. (Fol. 298-298v) S. Christinae = tom. VII[48].

Ex vet. cod. S. Caeciliae trans Tiberim.

22. (Fol. 299-300) Passio S. Bibianae = *BHL.* 1322.

23. (Fol. 301-302v) Passio S. Genesii mart. = *BHL.* 3320.

Ex manuscripto S. Mariae Maioris [= B[47]].

Inc. *Imperante Diocletiano, fuit quidam mimus...*

24. (Fol. 303-307) Passio S. Aureae virg. et aliorum sanctorum = *BHL.* 808.

25. (Fol. 308-308 bis) S. Margaritae = tom. VII[39].

26. (Fol. 309-314) Narratio vitae et miraculorum S. Vicini Saxenatis ep. perpetuo recolenda = *BHL.* 8557.

27. (Fol. 315-316) Eufemiae, Doroteae, Teclae et Erasmae virg. et mart.

Inc. *Eufemia, Dorotea, Tecla et Erasma virgines passae sunt in Aquilea civitate tempore Neronis imperatoris sub Sevasto praeside. Fuerunt enim duo fratres nobiles* — Des. *omnesque facultates suas ecclesiae concessit. Passae sunt autem sanctae virgines III nonas septembris.*

28. (Fol. 317-336) <Vita S. Petri Parentii mart.> = *BHL.* 6763.

Reliquis omissis, des. *mortuus et sepultus ... XII kal. iunii* (= *Act. SS.*, num. 46 extr.).

29. (Fol. 337-338) <Vita S. Syri ep. Ianuensis> = *BHL.* 7973.

30. (Fol. 339-340v) Vita B. Lei = *BHL.* 4832.

Sequuntur tres lectiones eaedem atque in cod. H. 3[1].

31. (Fol. 341-344) Vita S. Peregrini conf. = *BHL.* 6630.

32. (Fol. 345-347) Sermo (*corr.* In festo) S. Probi ep. et conf.

Mera laudatio. — Inc. *Hodie, fratres carissimi, natalis sancti confessoris Probi celebramus diem, quo hanc vitam laboriosam derelinquens...*

33. (Fol. 347-353) Passio S. Theodori mart. = *BHL.* 8077.

34. (Fol. 364-368) In S. Victoris.

Lectiones novem, quae inc. *In diebus Antonini pagani facta est* etc. ut *BHL.* 8561... et des. *Et multi mirati sunt ; multi autem videntes crediderunt in nomine Domini... Amen.*

35. (Fol. 368-372ᵛ) In S. Ansani mart. = *BHL.* 515. Cod. H. 8. 1.

36. (Fol. 373-376ᵛ) In S. Savini ep. et mart. = *BHL.* 7452.

Inc. *In diebus illis Venustianus augustalis Tusciae coepit curiose quaerere...*

37. (Fol. 380-380ᵛ) <Passio S. Rufini> = *BHL.* 7363.

Exscripta est ex codice capituli cathedralis Pistoriensis sola pars ultima.

38. (Fol. 381-382) Legenda S. Bonosae virg. et mart. = *BHL.* 1425.

Ex eius ecclesiae tabulis.

39. (Fol. 383-383ᵛ) <De S. Illuminata>.

Ex Tudertina ecclesia.

Inc. *Sancta Illuminata virgo in partibus provinciae Ravennae nata et nutrita fuit. Eius pater Martianus, mater vero Flabiana vocabatur* — Des. *virtutes et miracula operatur Dominus Iesus Christus per merita et intercessione<m> beatae Illuminatae.*

40. (Fol. 385-386ᵛ) S. Prisca = *BHL.* 6926.

Inc. *Regnante Claudio caesare in tertio anno* — Des. *ibique posuerunt sanctum corpus eius.*

41. (Fol. 387-389ᵛ) Vita B. Iohannis Neapolitani ep., qui ad Acquarula dicitur = *BHL.* 4417.

42. (Fol. 392-401) In festo S. Philippi.

Officium S. Philippi presbyteri Agyriensis, in quo (fol. 393-399ᵛ) duodecim lectiones de ipsius Vita, quae inc. *In diebus Arcadii imperatoris erat quidam vir, nomine Theodosius...* et des. *et ivit in domum suam, glorificans Deum, qui per servum suum facit mirabilia.*

43. (Fol. 406-409) In festo B. Secundinae virg. et mart.

Officium, in quo (fol. 406ᵛ-409) Passio *BHL.* 7553.

44. (Fol. 409-411) <Translatio S. Magni> = *BHL.* 5175.

45. (Fol. 411ᵛ-413) In festo almi patris nostri B. Petri ep. Anagnini.

Officium, in quo (fol. 412-413) pars Vitae *BHL.* 6699. Stetit scriba, non perfecto apographo.

46. (Fol. 418-420) SS. Florae et Lucillae virg. et mart. = *BHL.* 5020.

Des. *Quarum corpora a fidelibus christicolis honorifice in suburbano civitatis Hostiensis humata ibidem fere septingentis annis quieverunt, regnante Domino... Amen.*

47. (Fol. 420-421) Historia de translatione corporum ss. virg. et mart. Florae et Lucillae et S. Eugegii regis = *BHL.* 5021.

Des. *ubi mirabilia magnifica et multa operatus est dominus noster Iesus Christus ad laudem et gloriam nominis sui. Nunc vero in praesenti ecclesia requiescunt in civitate Aretii, quae fuit aedificata anno Domini 1383 post eversionem castelli et monasterii Sanctae Florae de*

Cod. H. 8. 1.

Turrita iam dictis; quod castellum, ecclesia et monasterium destructa et eversa per bella seu partes Aretinorum, videlicet gelfas et gebellinas. Et licet diebus nostris devotio hominum longe sit diminuta, multa tamen adhuc miracula faciunt circa febres et infirmitates, si quis earum patrocinium imploraverit. Amen. Cf. cod. Bibl. Alexandrinae 94[36].

48. (Fol. 424-428[v]) Legenda S. Albinae virg. et mart. = *BHL.* 233.

Sequitur (fol. 428[v]-429) narratio de corpore sanctae Caietam translato, eadem quae in codice Bibl. Alexandrinae 96[50].

49. (Fol. 429[v]-438) Legenda S. Marciani ep. et mart. = cod. Corsinianus 883[26].

50. (Fol. 438[v]-439[v], 448) Passio S. Marciani ep. et mart., prout habetur in officio gallicano.

Inc. ut **49.** — Des. *ubi multa beneficia infirmis variis languoribus praestare non cessat.* Sunt hae novem lectiones, epitome Passionis **49**.

51. (Fol. 448[v]-455[v], 440-444) Passio ss. mm. pontificum Casti et Secundini = *BHL.* 1650.

52. (Fol. 444-445[v]) Sermo de eisdem = *BHL.* 1651.

Des. ut in cod. Bibl. Alexandrinae 94[2].

53. (Fol. 446-447[v], 456-471[v]) Passio S. Montani mart. = *BHL.* 6011.

Deest epilogus.

54. (Fol. 472-477) Vita S. Mercurialis ep. Foroliviensis = *BHL.* 5932.

Ex antiquissimis documentis abbatiae S. Mercurialis monachorum Vallisumbrosae.

55. (Fol. 480-481) Divi Cassiani Vita.

Inc. *Cassianus Brixina, quod est in Germania oppidum, nobilibus ac christianis parentibus oriundus* — Des. *et una cum illo in caelestem patriam translati aevo perfruamur aeterno. Amen.*

56. (Fol. 483-483[v]) <De S. Mercuriali ep. Foroliviensi>.

Inc. *His namque temporibus, anno Christi 422, gloriosus Mercurialis sanctus et episcopus civitatis Forolivii, natione Albaniae, ad ipsam civitatem applicuit* — Des. *et est patronus, protector et defensor civitatis Forolivii.* Narratio non videtur antiqua.

57. (Fol. 494-497[v]) Divi Petri Chrysologi Vita.

Inc. *Cum Sixtus III in terris vices Christi gereret, Foro Cornelii natus est divus Petrus* — Des. *infelicitas temporis sustulit. Obiit ipse IIII nonas decembris a Christi adventu D annos; cuius corpus Immolae habetur et festum cum octava celebratur, ad honorem... Amen.* Non videtur antiqua.

58. (Fol. 512-515) Acta S. Rofilli conf. = *BHL.* 7283. Iul. 18.

59. (Fol. 524-525^{v}) Legenda seu historia B. Palatiatis virg. et mart. Cod. H. 8. 1. = *BHL.* 6414.

Inc. *Erat... cum papalista sua Laurentia, spem* (ita ante corr.)...

CODEX H. 8. 2 (Gallonii I)

Chartaceus, foliorum 189 variae formae (max. 0^{m}28 × 0,21), exaratus saec. XVI extr.-XVII in.

1. (Fol. 1-5^{v}) Passio SS. Cyri et Iohannis = *BHL.* 2078.

Ex antiquo codice manuscripto Sanctae Mariae in Via Lata.

Deest prologus. Folii 5 parte inferiore abrepta, deest et aliqua pars.

2. (Fol. 6-7^{v}) <B. Cyrilli sermones tres de SS. Cyro et Iohanne>.

Mai, *Spicil. Rom.*, t. IV, p. 263-66; *P.L.*, t. CXXIX, col. 712-14.

3. (Fol. 7^{v}-30) B. Sophronii sermo in laude SS. Cyri et Iohannis = *BHL.* 2079.

4. (Fol. 30-172^{v}) <Miracula SS. Cyri et Iohannis> = *BHL.* 2080.

5. (Fol. 173-176^{v}) Translatio ss. mm. Abbacyri et Iohannis, qualiter Romam applicaverunt corpora.

Ed. P. Aringhus, *Roma subterranea* (Romae, 1659), t. I, p. 221-22.

CODEX H. 8. 3 (Gallonii K)

Chartaceus, foliorum 112 (0^{m}280 × 0,205), exaratus saec. XVI extr.-XVII in. Perierunt folia 42-67.

1. (Fol. 1-11^{v}) Vita S. Bassiani Laudensis ep. = *BHL.* 1040.

2. (Fol. 15-19) Passio SS. Fructuosi, Augurii et Eulogii martyrum = *BHL.* 3196 (des. α), 3206.

3. (Fol. 19^{v}-21^{v}) Ode in laudem beatissimorum mm. Fructuosi, Augurii et Eulogii = *BHL.* 3204.

4. (Fol. 24-26^{v}) Legenda S. Iuliani mart. = *BHL.* 4553.

Ex Soranae civitatis ecclesiasticis tabulis.

5. (Fol. 29-40) Vita S. Gaudentii ep. Novariensis = *BHL.* 3278.

Ex eiusdem civitatis ecclesiasticis monumentis.

6. (Fol. 74-82) Passio S. Thyrsi martyris ex priscis monumentis per Mombritium descripta = *BHL.* 8280.

7. (Fol. 84-94) Passio S. Constantii ep. Perusini et mart. = *BHL.* 1938.

8. (Fol. 95) Passio SS. Maximi ducis millenarii, Secundae eius uxo-

Cod. H. 8. 3. ris, Marci, Calandii et Severae virginis eorum filii, itemque Flaviani et aliorum multorum per Petrum ex priscis monumentis descripta.

Petrus de Natalibus, III. 41.

9. (Fol. 99-101) S. Adelelmi abbatis.

Ex ecclesiae Burgensis Castellae Veteris metropolis ecclesiasticis tabulis.

Inc. *Beatus Adelelmus vir gallici sanguinis* — Des. *diversa votorum munera conferri atque suspendi ab iis qui sani effecti fuerint passim videmus, ad laudem... Amen.*

10. (Fol. 102-103^{v}) Vita SS. Iulii presb. et Iuliani diac. fratrum, quorum memoria celebris Navariae habetur = *BHL.* 4558.

Ex eiusdem Navariae (id est Novariae) urbis ecclesiasticis monumentis.

Deest prologus. — Des. pagina non impleta : *Labora et confortare in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen* (= *Act. SS.*, num. 6 extr.).

CODEX H. 9 (Gallonii L)

Chartaceus, foliorum sign. I-IX, 1-576 (circiter $0^{m}275 \times 0{,}205$), exaratus saec. XVI extr.-XVII in.

1. (Fol. 1^{v}-18) Narratio vitae et miraculorum S. Vicini Saxenatis ep. perpetuo recolenda = *BHL.* 8557.

Ex codice cartae bombacinae archivi episcopatus civitatis Sarsinae.

Fol. 20-54 descriptae sunt breves narrationes septemdecim de sanctis praesertim Mediolanensibus. Prima (de S. Calimerio) inc. *Calimerius nobili genere in Graecia natus, Romae educatus...* Ultima (de S. Eustorgio) inc. *Eustorgius secundus, magno vir ingenio, rerum divinarum studiis totus deditus...*

2. (Fol. 56-85^{v}) Passio S. Eugenii = *BHL.* 2678.

Foliis perditis, desinit mutila : *Tali violentia nobis videntibus ibi Carthagine filius* (lib. III, c. 49, al. lib. V, c. 14 ; ed. Petschenig, p. 96).

3. (Fol. 86-99^{v}) Vita et miracula S. Agnelli ab. = *BHL.* 150.

Ex Neapolitanae civitatis ecclesiasticis tabulis.

Des. *quantumque sanctorum apud Deum sancta precatio.*

4. (Fol. 101-101a^{v}) Mirabilia S. Ianuarii = *BHL.* 4138.

Des. ut in tom. IX^{29}, ex quo desumptum est hoc apographum.

5. (Fol. 102-103) Relatio de miraculis beatissimi Ianuarii ep. = *BHL.* 4139, 4140.

Ex bibliotheca Vaticana (utique ex cod. Vaticano lat. 6074, fol. 161-166).

In codice adsunt folia signata 102^{a}-102^{b}, 103.

6. (Fol. 104-107^{v}) Natale S. Ianuarii ep. et mart. = *BHL.* 4115-4118. Sept. 19.

Ex bibliotheca Casinensi.

7. (Fol. 108-111ᵛ) Passio SS. Hippolyti, Eusebii et sociorum martyrum. Cod. H. 9.

Libelli *BHL.* 3970 recensio contractior, quam ediderunt Baronius et Surius.

8. (Fol. 112-113ᵛ) Vita S. Benedicti medici et mart.

Inc. *In illis diebus erat ingens persecutio christianorum sub imperatore Antonino et quodam Sebastiano praefecto in civitate* — Des. *Cuius corpus collegit nocte quidam Eleximus et sepelivit eum in crypta cum multis; ubi florent orationes eorum usque in praesentem diem. Passus est autem... Amen.* Cf. *BHL.* 5877.

9. (Fol. 114-115) Acta proconsularia S. Euplii = *BHL.* 2728.

10. (Fol. 116-120ᵛ) Divi Eulogii, Cordubensis martyris, doctoris et electi archiepiscopi Toletani, Memorialis sanctorum liber tertius.

P.L., t. CXV, col. 799-806, cap. 1-8.

11. (Fol. 122-124) Vita S. Gaudiosi ep. = *BHL.* 3280.

Ex Neapolitanae civitatis ecclesiasticis monumentis.

12. (Fol. 138) S. Cyriacae = *BHL.* 2055.

13. (Fol. 139-147) Vita S. Agrippini ep. et conf. = *BHL.* 174-177.

Ex Neapolitanae civitatis ecclesiasticis tabulis.

14. (Fol. 150-154ᵛ) Acta proconsularia ss. mm. Sperati et sociorum = *BHL.* 7534.

Ex antiquis nostrae bibliothecae codicibus manu exaratis.

15. (Fol. 156-160ᵛ) Passio ss. mm. Firmi et Rustici = *BHL.* 3020.

16. (Fol. 162-163ᵛ) Passio SS. Fidelis, Exanti et Carpophori = *BHL.* 2922.

17. (Fol. 166-167) Passio S. Antonini mart.

Inc. *Sanctus Antoninus Apamiae oppido oriundus, nobilis genere, ab infantia coepit sanctis pollere virtutibus* — Des. *ecclesiamque dedicans caput in ea cum honore et gratiarum actione posuit. Huius passio recoliter IV nonas septembres.*

18. (Fol. 168-172ᵛ) Passio S. Zenonis = *BHL.* 8999.

Ex nostrae bibliothecae veteribus manuscriptis.

19. (Fol. 176-187) Passio S. Anastasiae = *BHL.* 1795, 118, 8093, 401.

Deest prologus libelli 1795. — Perturbata sunt non pauca in apographo.

20. (Fol. 188-190) Passio S. Saturnini mart. = *BHL.* 7491.

21. (Fol. 191-192) Passio S. Savinae = *BHL.* 7407.

22. (Fol. 193-200) Passio S. Aureae virg. et aliorum sanctorum = *BHL.* 813.

Ex C(odice) M(anuscripto) N(ostrae) B(ibliothecae).

Des. *Eodem tempore veniens quidam Concordius presbyter noctu leva-*

Cod. H. 9.

vit corpus de puteo et sociavit beatae Aureae sub die V kal. ianuarias, regnante Domino... Amen.

23. (Fol. 201-205v) Passio S. Donati ep. et mart. = *BHL.* 2289.

24. (Fol. 207-214) Passio SS. Ermagorae et Fortunati = *BHL.* 3838.

Inc. *Post ascensionem Domini et discensum Spiritus sancti apostoli...*

25. (Fol. 215-217v) Passio ss. mm. Tryphonis et Respicii = *BHL.* 8337.

Ex C. M. N. B.

26. (Fol. 219-221v) Passio S. Nymphae virg. et mart. = *BHL.* 6256.

27. (Fol. 223-231v) Vita et actus beatissimae virginis Marcellinae = *BHL.* 5223.

28. (Fol. 233-237) Passio SS. Naboris et Felicis mm. = *BHL.* 6029.

Ex veteri nostrae bibliothecae manuscripto.

29. (Fol. 239-247) Passio S. Fortunatae virginis et sociorum = *BHL.* 3081.

Deest prologus.

30. (Fol. 249-253v) Passio ss. mm. Flaviani, Daphrosae, Fausti, Demetriae et Bibianae.

Ex veteribus manuscriptis codicibus nostrae bibliothecae et S. Mariae Maioris.

Inc. ut *BHL.* 1323. — Des. ut in tom. V^{46} et X^{91}.

31. (Fol. 255-256) Passio SS. Saviniani, Potentiani et sociorum.

Vincentius Bellovacensis, *Spec. hist.*, x, 41.

32. (Fol. 257-259) Passio S. Alexandri mart. = *BHL.* 275.

33. (Fol. 261v-264) Passio ss. virg. et mart. Dignae et Emeritae = *BHL.* 2160 (sola pars II).

34. (Fol. 266-273) S. Anastasii miraculum.

Ex antiquo nostrae bibliothecae codice manuscripto.

Inc. ut *BHL.* 413. — Des. *et salva facta est puella ex illa hora, ad laudem... Amen.*

35. (Fol. 274-278v) Passio S. Secundi mart. = *BHL.* 7568.

36. (Fol. 280-286v) Passio S. Romani mart. et monachi = *BHL.* 7299.

37. (Fol. 288) Passio S. Mauri monachi et quorumdam aliorum.

Vincentius Bellovacensis, *Spec. hist.*, xii, 121.

38. (Fol. 290-292) Passio S. Iustinae virg. et mart.

Inc. *Iustina nobilis virgo et religione divina illustrior dum in Venetiarum partibus in sua patria Patavii moraretur* — Des. *religiosis pectoribus commendare. Cuius memorabilem natalem colimus sub die nonarum octobrium... Amen.*

39. (Fol. 294-303) S. Prosdocimi ep. = *BHL.* 6960.

40. (Fol. 304-318^{v}) Passio ss. mm. Aurelii, Felicis, Georgii, Sabigothonis et Liliosae = *BHL.* 3407. Cod. H. 9.

41. (Fol. 320-336) Passio SS. Marcelli presbyteri et sociorum, itemque Thessaminiae et Licinae virginis Romanae et Sophiae et filiarum eius virginum = *BHL.* 2966.

42. (Fol. 338-339) Passio S. Reparatae virg. = *BHL.* 7184.

6. (Fol. 279v) Revelatio corporis S. Stephani protomartyris = *BHL.* 7893.

7. (Fol. 282-283) Epitome Vitae S. Stephani fundatoris ordinis Grandimontensis = *BHL.* 7912.

Hoc est caput primum Historiae brevis priorum Grandimontensium (MARTENE et DURAND, *Vet. scr. ampl. coll.*, t. VI, col. 113-17). Sequuntur (fol. 283-285v) cetera eiusdem capita (ibid., col. 117-24).

8. (Fol. 289-294) Acta sive Vita B. Theodoreae Alexandrinae = *BHL.* 8070.

Desinit ut in tomo V[17].

9. (Fol. 311-316v) Passio S. Victoris mart. = *BHL.* 8580.

Ex eodem codice ex quo Vita S. Geminiani in codice H. 29[2].

10. (Fol. 324-326v) Martyrium S. Vincentii ep. Mevanatis, Benigni sui fratris et plurimorum aliorum = *BHL.* 8676.

11. (Fol. 338-340v) Passio S. Zotici et sociorum = *BHL.* 9028.

12. (Fol. 342-343) De S. Zotico = *BHL.* 9028.

Exscriptum est solum initium, et quidem ex tomo V[18].

CODEX H. 34

Chartaceus, foliorum 222.

Prima folia 1-130 ($0^m,205 \times 0,140$), exarata saec. XV in., continent Vitas quasdam sanctorum italice scriptas.

In sequentibus foliis 131-196 ($0^m,205 \times 0,145$), exaratis anno 1484, legitur

(Fol. 131-193) Baptistae episcopi Vintimiliensis ex ordine Praedicatorum ad Xystum IIII pontificem maximum de canonizatione beati Bonaventurae olim cardinalis ex ordine Minorum Fratrum.

Inc. lib. I. *Cum superioribus diebus.* — Des. lib. II. *ut tangit B. Thomas 2ª 2ae q. 178 art. 2°.*

Non meminerunt de hoc libello QUETIF et ECHARD, *Scr. Ord. Praed.*, t. I, p. 867; t. II, p. 824.

CODEX H. 36.

Membraneus, foliorum 372 ($0^m,218 \times 0,145$), paginis bipartitis exaratus saec. XIV.

Erat anno 1640 Torquati Perotti Sentinatis, episcopi Amerini.

Continet *Legendam auream.*

CODEX H. 44

Chartaceus, foliorum 80 (circiter 0m,270 × 0,197), exaratus saec. XVIII in.

Continet monumenta quaedam de sanctis in ecclesia Aretina cultis et annotationes de sanctis Anagninis.

Libelli 1-6 anno 1713 exscripti sunt ex « antiquo Lectionario ecclesiae cathedralis Aretinae scripto characteribus choralibus in carta pergamena » (fol. 1 ; cf. fol. 50; vid. etiam fol. 53-64 indicem Vitarum seu lectionum quae in illo codice Aretino continebantur, inter quas erat Vita S. Francisci).

1. (Fol. 1-6v) In festo S. Ansani = *BHL.* 515.
2. (Fol. 6v-11v) Legenda in festo SS. Laurentini et Pergentini = *BHL.* 6632.
3. (Fol. 11v-15v) In festo SS. Gaudentii et Columati legenda = *BHL.* 3274.
4. (Fol. 15v-19) Passio ss. virg. Florae et Lucillae = *BHL.* 5017.
5. (Fol. 19-21) In S. Donati ep. et mart. festo legenda.

   Ex Adone ad d. 7 aug.
6. (Fol. 21-36) Alia legenda de B. Donato = *BHL.* 2294.

CODEX H. 45

Chartaceus, foliorum 69 (0m,325 × 0,235), exaratus saec. XVI extr.

(Fol. 1-55) S. Petri Caelestini papae V electio, abdicatio, mors et eiusdem canonizatio, Iacobo Caietano de Stephaneschis Transtiberino S. Georgii in Velabro diacono card. auctore = *BHL.* 6746-6749.

Fol. 55 exscripsit ipse librarius hanc annotationem : « Ex ms. perantiquo » habito Florentiae a R. P. D. Sabino de Tintoris Bononiensi, priore coenobii » S. Petri de Murrone Congregationis Caelestinorum Ordinis S. Patris Bene- » dicti, excerpsi ego D. Constantinus Caietanus Syracusanus monachus » S. Nicolai ex Arenis Cong. Casinensis hoc anno 1596 mensibus martii et » aprilis. » Cf. cod. Bibl. Alexandrinae 93[40].

CODEX H. 46

Chartaceus, foliorum 82 (0m,315 × 0,220), exaratus anno 1526.

1. (Fol. 2-71v) <Opus metricum Iacobi cardinalis de Stephaneschis> = *BHL.* 6746-6749.
2. (Fol. 72-81v) Beatissimi patris Petri Caelestini huius nominis papae quinti, Caelestinorum patris et auctoris, Vita = *BHL.* 6753.

CODEX H. 48

Chartaceus, foliorum sign. I-IX et 1-406, variae formae (min. $0^{m},130 \times 0,095$; max. $0^{m},38 \times 0,26$) exaratus saec. XV-XVII.

1. (Fol. 19-23) S. Berardi confessoris, episcopi Aprutini, vita et miracula desumpta ex vita et gestis eiusdem in pergameno folio scripta et antiquitus conservata et praedicari consueta in dicta ecclesia = *BHL.* 1175.

Fol. 23 : « Ita est. F. Vinc. Montesanctus episcopus Apruttinus manu propria. »

De quodam loco annotavit idem ibid.: « additum alio charactere ».

2. (Fol. 90-97, saec. XV) Reverendi Patris magistri Petri Anthonii, ordinis Praedicatorum et eiusdem ordinis procuratoris, ad regem Franciae serenissimum Ludovicum collecta de sancti (*cod.* sancto) Iohannis evangelistae ortu, vita, morte et resurrectione.

Inc. *Iohannes apostolus et evangelista anno vitae suae XCIX, a passione vero Domini anno LXVII, imperante Traiano, VIII kal. iulii, eo scilicet die quo Iohannes Baptista natus fuerat, in dominica die moritur, moxque eodem die resurgens* — Des. *Et ipsi cum suis famulis fabricaverunt basilicam sancto Iohanni in qua mortuus et assumptus fuit.*

Non recensitus est hic libellus a QUETIF et ECHARD, *Scr. Ord. Praed.*, t. II, p. 3.

3. (Fol. 99-118^{v}) Vita S. Iohannis Calybitae.

Inc. *Beatus igitur Iohannes clarus genere* etc. ut in cod. H. 16^{55} — Des. *ipso in loco eum sepelierunt* etc. ut in cod. H. 16^{55}.

4. (Fol. 126-131^{v}) Historia vitae B. Martinae = *BHL.* 5587.

Ex ms. codice bibliothecae Statiae in Vallicella.

Desinit, pagina non impleta : *et dirige a sancto habitaculo tuo* (= *Act. SS.*, num. 21 extr.)

Fol. 285 : *Legenda<e> sanctorum quorum corpora seu magna pars ipsorum in cathedrali ecclesia Fundana honorifice conservantur eorumque festa solemniter celebrantur, extractae ab antiquissimo libro manuscripto in charta pergamena in dicta cathedrali ecclesia existente.* Sunt hi libelli **5-8**.

5. (Fol. 285-286^{v}) Legenda et Vita S. Paterni martyris = cod. Bibl. Alexandrinae 94^{62}.

Lectiones tres, id est IV^{a}, V^{a} et VI^{a}.

6. (Fol. 286^{v}-290^{v}) In festo S. Magni ep. et mart.

Inc. *Apud nobilissimam civitatem Tranensem Magnus vir sanctus e*

parentibus ethnicis ortus — Des. *reliquiisque surreptis, Anagninam deportaverunt, [ac] in ecclesia eorum honorifice collocantes.*

7. (Fol. 291-294^{v}) In festo S. Mauri mart. = *BHL.* 5791.

8. (Fol. 294^{v}-299) In festo S. Honorati abbatis.

Inc. *Fuit olim patricius quidam, nomine Venantius, in partibus Sannii, qui ad villam suam excolendam colonum posuit; ex quo natus est Honoratus collega sanctorum* — Post hanc sententiam (fol. 295^{v}) : *Inter suos coenobitas fuit et Libertinus, per quem Ravennae puerum mortuum ipse Libertinus caliga beati Honorati ad vitam revocavit,* legitur (ibid.) narratio, cuius pars prior exscripta est in cod. Bibl. Alexandrinae 95[22] : *Et quoniam de eorum patientia, moribus et sanctitate...* — Des. *Deus autem... supra dicto Iaquinto integram sanitatem praestitit, sicque in sequenti die cum matre, gratiam redditur<us> Deo et sanctis eius, ad ecclesiam S. Petri perrexit, regnante Domino... Amen.*

9. (Fol. 327-327^{v}) De Ceadda vel Cedda ep. in Anglia. Mart. 2.

« Surius ex Beda ». Cf. *BHL.*, p. 258.

10. (Fol. 327^{v}-328^{v}) De S. Carolo comite Flandriae martyre.

« Surius ex Gualtero Tarvanensis ecclesiae diacono ». Sunt hi loci ex *BHL.* 1573 exscripti.

CODEX H. 54

Chartaceus, foliorum sign. I-IV et 1-72 (0^{m},343 × 0,240), exaratus variis manibus saec. XVII.

Inest (fol. 1-33^{v}) processus canonizationis S. Francisci de Paula anno 1512 confectus, tum etiam ex Vitis sanctorum loci quidam ex editione Lipomani exscripti, inter quos (fol. 40-43^{v}) quidam ex Passione S. Placidi *BHL.* 6859.

CODEX H. 59

Chartaceus, foliorum 77 (0^{m},311 × 0,220), exaratus saec. XVI extr.-XVII in.

1. (Fol. 1-60^{v} et 69-75) Secundus processus canonizationis B. Franciscae matronae Romanae.

Factus est processus anno 1443; de quo cf. P. Lugano, in *Rivista storica benedettina*, t. III (1908), p. 47-48. — Inc. *Coram vobis reverendissimo in Christo patre et domino Dominico tituli Sanctae Mariae in Via Lata cardinali Firmano vulgariter dicto... hos articulos dat, producit et exhibet Iohannes Bucceya notarius...*

Primus articulus. De primaeva eius conversatione in pupillari aetate. Ista beata anima non poterat ferre...

2. (Fol. 61-68) <Primus processus canonizationis B. Franciscae Romanae>.

Factus est anno 1440; de quo P. LUGANO, t. c., p. 51-110. — Inc. *Sanctius Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Bovensis... Vobis omnibus et singulis notum facimus quomodo pridem per quendam eiusdem domini vicarii nuntium...*

CODEX H. 60

Chartaceus, foliorum 121 ($0^{m},313 \times 0,223$), exaratus saec. XVI extr.-XVII in.

(Fol. 1-120) Tertius processus canonizationis B. Franciscae Romanae.

Factus est anno 1451; de quo P. LUGANO, t. c., pp. 45-47, 338-43. — Inc. *In nomine Domini. Amen. Anno a nativitate eiusdem MCCCCLI, indictione XIV, die vero XII mensis februarii...*

CODEX H. 61

Chartaceus, foliorum 28 ($0^{m},27 \times 0,21$), exaratus saec. XVII in.

(Fol. 1-26) Quartus processus pro canonizatione B. Franciscae Romanae.

Factus est anno 1604; de quo P. LUGANO, t. c., p. 43-45.

CODEX H. 62

Chartaceus, foliorum sign. 77 ($0^{m},271 \times 0,201$), exaratus saec. XVII.

(Fol. 1-75) Relatio processuum facta Paulo V pont. max. ab auditoribus Rotae Romanae in causa canonizationis B. Franciscae Romanae. Facta est anno 1605.

CODEX H. 64

Chartaceus, foliorum 137 variae formae (fol. 1-117 : $0^{m},305 \times 0,213$; fol. 118-137 : $0^{m},272 \times 0,220$), exaratus. saec. XVI extr. (fol. 1-117) et saec. XVII (f. 118-137).

Fol. 1-114^{v} exscriptus est Processus compulsorialis canonizationis B. Raymundi de Pennaforti factus anno 1596. Insunt

1. (Fol. 29^{v}-40^{v}) <Vita B. Raymundi de Pennaforti> = *BHL.* 7070.

2. (Fol. 40^{v}-49) <Miracula B. Raymundi> = cod. E. 1^{2}.

Inc. *Sit omnibus...*

3. (Fol. 49-71) <Miracula B. Raymundi> = cod. E. 1[3].
4. (Fol. 71-75[v]) De transitu per mare super cappam = *BHL.* 7072.

Des. *anno ab incarnatione Domini 1446.*

CODEX H. 65

Chartaceus, foliorum I, II et 61 (0[m],313 × 0,225), exaratus anno 1577 (fol. 61). Inest

(Fol. 1-48[v]) Processus Barcinonensis de miraculis B. Raymundi de Pennafort Ord. Praed. pro illius canonizatione = cod. H. 14[2].

Postea (fol. 49-61) exscriptae sunt senae illae litterae quae in codice H. 14[2] solummodo recensitae sunt.

CODEX H. 66

Chartaceus, foliorum 219 variae formae (circiter 0[m],30 × 0,21). Continet opus prelo paratum a Iacobo Laderchio sub titulo : « S. Humilitatis abbatissae et fundatricis monialium Ordinis Vallisumbrosae vitae, miracula, corporis translationes, cultus monumenta et opera, studio et labore Iacobi Laderchii, Congregationis Oratorii Urbis presbyteri, ex antiquis et authenticis mss. collecta ac una simul nunc primum edita... » Insunt tum alia (v. gr. Vita italice scripta), tum

1. (Fol. 12-35[v]) Vita S. Humilitatis abbatissae monasterii S. Iohannis evangelistae prope Florentiam ordinis Vallisumbrosae = *BHL.* 4045.
2. (Fol. 139-147) Revelationes et gratiae quas Dominus exhibuit sorori Margaritae sanctae memoriae de Faventia, priusquam de hoc mundo sanctissima Humilitas migraret = *BHL.* 5316.
3. (Fol. 147[v]-157) Aliqua notabilia de vita sanctae memoriae sororis Margaritae de Faventia recollecta per fratrem Petrum de Florentia de ordine Minorum = *BHL.* 5315.

CODEX H. 71

Chartaceus, foliorum 503 variae prorsus formae (min. 0[m],19 × 0,13; max. 0[m],38 × 0,26). Continet opuscula et adversaria Iacobi Laderchii († 1738), quorum est hic tomus I. Insunt

1. (Fol. 9-14[v]) Passio S. Miniatis mart. = *BHL.* 5965.

Inc. *Imperante impiissimo Decio, qui imperavit Romanae reipublicae anno uno, saevissima orta est persecutio christianis...*

2. (Fol. 15-20^{v}) <Passio S. Miniatis> = *BHL.* 5965.

Inc. *In illo tempore imperante impiissimo Decio imperatore, qui imperavit Romanae reipublicae anno uno, saevissima persecutio orta est in christianos...*

3. (Fol. 21-32) Passio S. Miniatis mart. = *BHL.* 5967.

Deest prologus.

4. (Fol. 33-38) Passio S. Miniatis mart. = *BHL.* 5968.

Ex codice 6 plutei XX bibliothecae Mediceo-Laurentianae, pag. 22.

5. (Fol. 41-46) Passio S. Miniatis mart. = *BHL.* 5967.

Ex ms. codice bibliothecae Vallisumbrosae.

Deest prologus.

6. (Fol. 53-61) Passio S. Miniatis mart. = *BHL.* 5965. Oct. 25.

Ex bibliotheca Mediceo-Laurentiana Florentina plutei XX cod. 1° et 2°.

Inc. ut supra, **2.**

7. (Fol. 110-110^{v}) Passio S. Christinae.

Ex ADONE, ad d. 24 iulii.

CODEX H. 73

Membraneus, foliorum 128 variae formae (circiter 0^{m},27 × 0,20). Est hic tomus III opusculorum Iacobi Laderchii.

(Fol. 28-30) Revelatio S. Angeli de monte Tanciae = tom. VII^{100}.

Ex ms. cod. Vallicellano n. VII, pag. 136.

Eadem iterum pulchrius transcripta est fol. 53-57^{v}.

CODEX H. 80

Chartaceus, foliorum 303 variae formae (min. 0^{m},195 × 0,133; max. 0^{m},31×0,21), exaratus saec. XVI et XVII.

(Fol. 284-291) B. Helenae monialis Vita = *BHL.* 3792.

Exscriptum anno 1694 ex codice Patavino bibliothecae Antonianae. Ex eodem exscripta sunt (fol. 281-283^{v}) quaedam ex Vita S. Antonii (*BHL.* 3791 et 598).

CODICES I. 18, 19, 20, 21

Chartacei, foliorum 189, VII-470, V-322, VIII-532.

Insunt « Vite di varii servi di Dio moderni che fiorirono dall' anno del Signore 1600 fin all' anno 1625 (cod. I. 19), ... 1630 (cod. I. 20), ... 1636 (cod. I. 21), raccolte e disposte dal signor Gio. Battista Jacobilli da Foligno ». In codice I. 18 descriptus est catalogus horum servorum Dei.

CODEX I. 34

Chartaceus, foliorum 570 (circiter 0m,275 × 0,200), exaratus variis manibus saec. XVI extr. - XVII.

Continet Vitas Romanorum pontificum, inter quas

1. (Fol. 9-17) Passio S. Clementis papae et mart. = *BHL.* 1848.

Ex Sanctuario Mombritii et collata cum ms. cod. bibliothecae eminentissimi cardinalis Barberini.

2. (Fol. 17v-20v) Item alia de libris miraculorum Clementis = *BHL.* 1855, 1857.

3. (Fol. 39-48v) Passio SS. Alexandri, Eventii et Theodoli martyrum = *BHL.* 266.

Ex vetustis membranis Emin. card. Barberini, ex cod. Lateranensi.

4. (Fol. 52-53v) De S. Alexandro papa haec mentio habetur in Passione S. Hermetis martyris, quae totidem verbis desumpta sunt ex Passione S. Alexandri.

Inc. *Beatissimum Hermetem martyrem, illustrissimum virum, beatus Alexander pontifex et martyr, cum esset praefectus urbis Romae, baptizavit* — Des. *Qui decollatus est via Salaria vetere non longe ab urbe Roma die quinta mensis septembris; sepultus est in bona parte, regnante Domino... Amen.* Cf. *BHL.* 266, num. 1 et 14 (*Act. SS.*).

5. (Fol. 54-63) Passio SS. Alexandri, Eventii et Theodoli martyrum = *BHL.* 266.

6. (Fol. 65-70) Passio S. Callisti papae = *BHL.* 1523.

7. (Fol. 71-76) Passio S. Callisti papae = *BHL.* 1523.

8. (Fol. 79-88v) Passio S. Urbani papae = *BHL.* 8383-8385.

Ex ms. cod. Casinen. longobar. signato 74.

9. (Fol. 91-100) Passio S. Lucii papae et mart. auctore domno Guaiferio Casinensi monacho = *BHL.* 5022.

Ex manuscripto Casinensi longobard. vetustissimo.

10. (Fol. 101-110) Passio S. Stephani papae et martyris = *BHL.* 7845.

Collata cum ms. card. Barberini et basil. Lateran.

11. (Fol. 111-116v) Passio SS. Xysti ep., Felicissimi et Agapiti martyrum = *BHL.* 7809.

Ex manuscripto Vatic. 1190, p. 54, et codice Lateran.

12. (Fol. 118-119v) De S. Agapito papa = *BHL.* 123.

Ex vetusto codice.

13. (Fol. 120-129v) Vita S. Dionysii papae = cod. Bibl. Alexandrinae 96[48].

Ex ms. Sublacensis monasterii.

14. (Fol. 130-134^{v}) Depositio S. Marcellini papae.

Ex ms. Vatic., collatum cum collectione Cresconii card. Barberini.

Acta concilii Sinuessani (Mansi, *Concil.*, t. I, col. 1249-57).

15. (Fol. 140-147) Passio S. Marcelli papae et mart. ac sociorum eius = *BHL.* 5235.

16. (Fol. 170-175^{v}) Vita S. Marci papae = cod. Farfensis 32[31].

Ex veteri codice sacri Farfensis monasterii.

17. (Fol. 178-183^{v}) Vita S. Marci papae = cod. Farfensis 32[31].

Ex ms. codice Farfensi.

18. (Fol. 186-190^{v}) Acta Liberii papae = *BHL.* 4907.

Ex antiquissima collectione canonum Cresconii, quae extat in bibliotheca eminentissimi cardinalis Barberini literis maiusculis ante DCCC annos scripta.

19. (Fol. 216-217^{v}) Passio S. Felicis pont. et mart. = *BHL.* 2857.

Ex ms. card. Barberini et ms. Lateran.

20. (Fol. 222-223) Vita S. Ioannis papae et mart.

Ex duobus antiquis lectionariis basilicae S. Petri.

Ex *Libro pontificali*.

21. (Fol. 226-259^{v}) Vita Adriani primi papae antiquae Romae = *BHL.* 3738.

Ex ms. codice bibliothecae eminentissimi cardinalis Barberini.

22. (Fol. 263-274^{v}) Vita Adriani primi papae antiquae Romae = *BHL.* 3738.

Ex ms. codice bibliothecae eminentissimi cardinalis Barberini.

Exscripta est (et quidem ex apographo **21**) sola pars prior.

23. (Fol. 283-294^{v}) Vita S. Gregorii papae VII = *BHL.* 3653.

24. (Fol. 298-300) De Eugenio papa tertio = *BHL.* 2671.

25. (Fol. 348-362) Vita et mors ac miracula nonnulla B. Gregorii papae X = *BHL.* 3658.

Ex Aniciana bibliotheca reverendissimi Domini Constantini Caietani abbatis S. Baronti, collata cum copia ex eodem veteri codice Placentino desumta, quam insertam legi processui canonizationis dicti papae.

26. (Fol. 381-382^{v}) Gregorius X.

« Ex historia ecclesiastica fratris Ptolemaei Lucensis ». Pars narrationis *BHL.* 3659.

Sequuntur ex eodem Ptolomaeo aliae Vitae breves, inter quas Innocentii V (fol. 382^{v}-383), Caelestini V (fol. 397^{v}-400^{r}).

27. (Fol. 504-506) De Leone papa nono = *BHL.* 4828.

28. (Fol. 513^{v}-526^{v}) De Gregorio papa septimo = *BHL.* 3654.

Vitae **27** et **28** ascriptae sunt Hugoni Imolensi.

CODEX I. 35

Chartaceus, foliorum 197 (circiter $0^{m},278 \times 0,203$), exaratus saec. XVI-XVII. Continet « scriptores varios historiae pontificum Romanorum ».

1. (Fol. 19-21) De Leone papa nono = cod. I. 34^{27}.
2. (Fol. 29-43^{v}) De Gregorio papa septimo = cod. I. 34^{28}.

Ascriptae sunt Vitae illae Hugoni Imolensi.

3. (Fol. 50-74^{v}) <Bernardi Guidonis Vitae pontificum Romanorum>.

Exscripsit librarius prologum et Vitas SS. Petri, Lini, Cleti, Clementis, Anacleti, Evaristi.

4. (Fol. 90-100^{v}) Vitae aliquot pontificum ex fratre Bernardo Guidonis.

A Nicolao III ad Benedictum XI.

5. (Fol. 102-129^{v}) Vita B. Petri Caelestini authore Petro de Aliaco cardinale Cameracense = *BHL.* 6751.
6. (Fol. 132-195^{v}) Vitae aliquot pontificum Romanorum authore Pandolpho Pisano.

Ex vetustissimo codice bibliothecae Vaticanae signato n° 3762.

A Iohanne VIII ad Honorium II et ab Innocentio II ad Martinum IV.

CODEX I. 36

Chartaceus, foliorum 423 (circiter $0^{m},278 \times 0,203$), exaratus saec. XVI-XVII. Continet Vitas et Acta Romanorum pontificum.

1. (Fol. 37-127) Vita S. Caelestini V auctore Iacobo cardinale diacono S. Georgii ad Velum aureum = *BHL.* 6746-6749.
2. (Fol. 150-174) Vita S. Caelestini V a Mateo Vegio edita = *BHL.* 6752.

Ex ms. codice bibliothecae... cardinalis Barberini.

CODEX I. 46

Chartaceus, foliorum 322 ($0^{m},325 \times 0,225$). Continet « Caesaris Becilli († 1649), Congregat. Oratorii Romani presbyteri, de vitis Romanorum pontificum cum variis monumentis et notis a S. Petro apostolo ad Stephanum IV » opus ab ipso Becillo exaratum.

Exscripta est ad singulos pontifices eorum laudatio ex *Libro pontificali*. Exscripta sunt etiam quaedam alia documenta, id est

1. (Fol. 28-31) <Passio S. Clementis> = *BHL.* 1848.
2. (Fol. 31ᵛ-32) Miraculum eiusdem = *BHL.* 1855.
3. (Fol. 32ᵛ-33) Aliud miraculum = *BHL.* 1857.
4. (Fol. 71-72ᵛ) Urbani papae Acta ex Actis S. Caeciliae.

   Loci excerpti ex *BHL.* 1495.

5. (Fol. 72ᵛ-84ᵛ) Passio S. Urbani papae et martyris ac sociorum = *BHL.* 8376, 8374, 8375.

   Ex veteri S. Mariae Maioris manuscripto necnon S. Laurentii in Paneperna.

6. (Fol. 84ᵛ-85ᵛ) Passio S. Urbani et sociorum.

   Ex cod. Vaticano sub n. 1198, pag. 56 a tergo.

   Epitome. — Inc. *Urbanus civis Romanus, genere nobilis, sed sanctitate nobilior, ab infantia christianus* — Des. *et sanctum Urbanum cum sociis suis anno pontificatus sui nono, anno vero Domini 230, decollatum honorifice condiderunt.*

7. (Fol. 87ᵛ-88ᵛ) Paschalis papae primi litterae apostolicae de inventione S. Caeciliae corporis et aliorum = *BHL.* 1499.

   * Post *monstratur* sequitur : *pio iuvamine consulentes... in eodem monasterio confirmavimus.* Cf. *Act. SS.*, Mai t. III, p. 397-98, annot. *l.*

CODEX I. 49

Chartaceus, foliorum 366 variae formae (min. 0ᵐ,20 × 0,13; max. 0ᵐ,34 × 0,23), exaratus saec. XVI-XVII.

Continet litteras Romanorum pontificum et alia etiam documenta ad ipsos spectantia. Inter quae

(Fol. 55-56) <Miraculum in SS. Eucharistia tempore Urbani IV> = *BHL.* 4244.

« Tabula quae habetur in ecclesia cathedrali et in aliis locis. »

CODEX K. 13

Chartaceus, foliorum 389 variae formae (min. 0ᵐ,195 × 0,135; max. 0ᵐ,31 × 0,21), exaratus saec. XVI-XVII.

(Fol. 1-20ᵛ) <Vita S. Hadriani papae> = *BHL.* 3738.

Foliis perditis, inc. mutila : *duosve filios partitum, sed eundem Deitate quidem impassibile<m>, passum autem carne...*

CODEX O. 43

Chartaceus, foliorum sign. I-III et 1-62 ($0^{m},135 \times 0,105$), exaratus saec. XVII.
Fuit olim beati *Iuvenalis Ancinae et Christi pauperum* (fol. II^{v}).

1. (Fol. III et 1-42) Vita B. Nicolai de Prussia monachi Congregationis S. Iustinae O. S. B. = *BHL.* 6227.

2. (Fol. 42-52) Epistola venerabilis Patris Domni Gabrielis de Ianua, data Buscheti, directa venerabili Dei servo Domno Placido Veronensi Sancti Nazarii de Verona de miraculis B. Nicolai.

Inc. *Venerabilis in Christo pater, humili recommendatione praemissa. Postquam litteris V. P. responsionem dedi, decursis inde pluribus diebus, cum, cogente negotio, Ianuam adissem, libellum gestorum B. P. D. Nicolai a quodam saeculari ex insperato suscepi* — Des. *misericordiam consequi mereamur et in pace dimitti. Ex sancto Nicolao de Buscheto die prima aprilis M° CCCC°. LXXXX. III°. Laus Deo.*

CODICES P. 191, 192, 194-197

Haec volumina, quae constant foliis variae formae plus 500, 600 vel etiam 700, complectuntur documenta recentis fere aetatis a quodam consultore Congregationis SS. Rituum collecta, alia manu scripta, alia typis edita. Ex quibus vix duo apographa antiquiorum libellorum hic recensenda sunt, quae in codice P. 195 inveniuntur :

1. (Fol. 112-114^{v}, saec. XVII) Vita S. Caprasii abbatis coenobii Lirinensis = *BHL.* 1559.

Inc. *Beatus igitur Caprasius verus Christi discipulus, mundanam illam relinquens philosophiam, evangelicam aggressus est disciplinam...* (= *Act. SS.*, num. 3).

2. (Fol. 114^{v}, saec. XVII) Vita S. Symeonis monachi Trevirensis = *BHL.* 7963.

Deest prologus. — Foliis perditis, des. *contradicente Simeone famulo Dei ne in navim* (= *Act. SS.*, num. 11 med.).

CODEX R. 19

Chartaceus, foliorum 194 (0^{m}, $216 \times 0,145$), exaratus saec. XV.
Erat anno 1640 Torquati Perotti Sentinatis, episcopi Amerini.

(Fol. 85-180) De gestis trium regum = *BHL.* 5137.

CODEX R. 32

Membraneus, foliorum 103. Complectitur fragmenta plurima codicum hebraice, graece et latine exaratorum saec. VII/VIII-XVI. Sunt haec formae multum diversae (max. 0m,515 × 0,400; min. 0,18 × 0,13) singulaque fragmenta constant modo quaternione, modo binis foliis, saepe etiam folio uno eoque etiam non integro.

1. Folia 16-17 sunt fragmentum unius folii (olim circiter 0m,375 × 0,270) signati « קד XXXI », paginis bipartitis scriptura unciali exarati saec. VII/VIII.

Continet fragmentum Passionis S. Anastasiae (= *BHL.* 8093), quod inc. (fol. 17v) : *animos eorum ad sacrilegium qui obtemperare decreverant regalibus institutis. Anastasia respondit* : « *Ego doloribus fatigata* (= *Bibl. Casin.*, t. III, Floril., p. 180, col. 1, lin. 11 a fine) — Des. (fol. 17r) *Et ego eos evertens patiar ab eis aliquid et* (= ibid., p. 181, col. 1, lin. 2-3).

2. Folium 19 est fragmentum folii paginis bipartitis exarati saec. XI.

Continet fragmentum miraculorum S. Nicolai episcopi Myrensis, et quidem praecipue miraculi *BHL.* 6171.

3. Folium 20 est fragmentum folii paginis bipartitis manu beneventana exarati saec. XII. Continet fragmentum narrationis de miraculo B. V. Mariae facto in puero hebraeo. Cf. *Mir. BVM.* 95.

4. Folia 27 et 27*bis* sunt fragmenta foliorum codicis exarati saec. XI.

Insunt (fol. 27) fragmentum narrationis de S. Hieronymo de qua *Catal. Lat. Brux.*, t. I, p. 16-17[82], et (fol. 27 et 27*bis*) fragmenta Vitae S. Hieronymi *BHL.* 3870.

5. Folium 28 excerptum ex lectionario paginis bipartitis exarato saec. XII.

Insunt annuntiationes ex martyrologio Adonis desumptae de S. Savina virg. (29 aug.) et de SS. Felice et Adaucto (30 aug.).

Folia 30 et 31, excerpta ex legendario paginis bipartitis exarato saec. XI.

6. (Fol. 30) <Passio S. Theodori> = *BHL.* 8077.

Superest sola pars ultima.

7. (Fol. 30-31v) Passio Trifonis et Respitii = *BHL.* 8336.

Deest pars ultima.

CODEX R. 45

Chartaceus, foliorum 232 variae formae (max. 0m,34 × 0,24; min. 0m,195 × 0,130), exaratus variis manibus saec. XVI et XVII.

(Fol. 45-45v) <Vita S. Olivae> = *BHL.* 6327.

APPENDIX

I. Miraculum S. Antonini martyris.

Etsi de primis temporibus abbatiae Sancti Antonini Fredelacensis seu Appamiensis perpauca memoriae tradita sunt, illud tamen constare videtur illam saltem circa medium saec. X iam exstitisse in eaque servatas esse S. Antonini reliquias; post medium autem saec. XI traditam esse eandem S. Hugoni abbati Cluniacensi, ut monastici habitus ordinem regularem in ea insereret; proinde antea in ipsa degisse canonicos (1). *De quorum moribus quaedam ex subiuncta narratione nos doceri crediderim, cum de rebus referat quae non tardius saeculo XI gestae sunt — servata enim nobis est in tribus codicibus hoc saeculo exaratis — atque " locus „ ille seu " ecclesia „ S. Antonino dicata, in qua scriptor tradit Iohannem abbatem praefuisse fratribus in canonicali proposito viventibus, nulla alia esse videatur, quam Fredelacensis, quae postea Appamiensis dicta est. Neque quemquam moveat in serie abbatem Fredelacensium nullum Iohannem recenseri; nam vera series illa dici non potest, quae vix tribus nominibus constat abbatum vel priorum, qui saeculo X vixisse feruntur* (2); *quo fit ut nihil obstet quominus Iohannes vel saeculo XI vel etiam ipso saeculo X abbatiae praefuerit.*

Quamvis libelli scriptor, quem canonicum Fredelacensem fuisse haud improbabiliter conieceris (3), *in prologo annuntiet se miracula S. Antonini relaturum, primam autem narrationem de ipsius loci fratribus scripturum, nihilo minus ultra hanc primam narrationem non progressus esse videtur, vel certe nihil praeter illam nobis servarunt quattuor, quae reperta sunt, exempla. Quae sunt*

1a = *codex archivi Lateranensis A. 81, saec. XI, fol. 98^{v}-99^{v}* (4);

1b = *codex bibliothecae Casanatensis 719, saec. XI, fol. 121-121^{v}* (5), *qui tum alibi fere, tum etiam hic cum codice 1a multum convenit, ita ut ex eodem archetypo, licet incuriosius, exscriptus esse videatur;*

2 = *codex Vaticanus lat. 7592, saec. XIV, fol. 350-351;*

3 = *codex Sessorianus nunc 5, saec. XI, fol. 207-208* (6).

(1) Cf. *Gallia christiana*, t. XIII, p. 150; E. Mabille, apud Devic et Vaissete, *Histoire générale de Languedoc*, ed. alt., t. IV (1872), p. 428. — (2) Cf. Mabille, l. c., p. 429. — (3) Cf. prologum, ubi ea se narraturum dicit *quibus aut interesse potuissemus, aut certe ab his qui interfuere didicimus.* — (4) Cf. supra, p. 74 [48]. — (5) Cf. supra, p. 241 [70]. — (6) Cf. supra, p. 102 [83].

* Quoniam quidem vestrae caritati miraculorum gesta gloriosissimi martyris Christi Antonini ad omnis futurae posteritatis profectum litteris annotare pepigimus, ne spe inani attentionem [1] vestram ludificasse videamur [2], Domino opitulante et sermonem [3] suggerente, iuxta vires promissa veritate [4] implebimus. Quorum primordia non senilibus [5] aut ab exactis temporibus assumentes, ea potius huic narrationi [6] commendabimus, quibus aut interesse potuissemus [7] aut certe ab his qui interfuere [8] didicimus [9]. Quam ob rem libet [10] atque opportune animo sedet [11] ab ipsius loci fratribus primam [12] narrationis originem [13] aggredi, in quibus stupendum ac paene hactenus inauditum operari dignatus est Dominus miraculum.

Erat enim ibi frater quidam, Aimarus [14] nomine, qui zelo [15] superbiae tumidus [16], generositatis fastu elatus, vita et moribus in omni [17] canonicali [18] proposito [19] dissonus manebat [20] ceteris fratribus. Quem cum abbas eius, Iohannes [21] nomine, nunc demulcendo, interdum vero minis [22] terrendo ad recte vivendi semitam reflectere [23] studeret, illeque obstinatius [24] cervicem nequitiis [25] consilio intractabili [26] obfirmaret [27], tandem, sapientia dicente : *Stultus verbis non corripitur,* placuit a minimo usque ad maximum eum a consortio fratrum proscribi, ne unius ovis contagio reliquum pecus contaminaretur. Quod ille indigne ferens, — erat enim, ut dictum est, et summa prosapia cluens [28] multaque [29] dignitate inter primos [30] patriae valens, — castrum, cui praeerat, velociter expetiit ac de illata contumelia ultionem latenter inquirere coepit. Quadam ergo [31] nocte fere XX complices [32] sibi iunxit [33] ac sic [34] inter opaca noctis silentia clandestinus in vicum beati martyris irruit. Coniurantibus autem ceteris neci [35] abbatis, restitit unus, nomine Tetbertus [36], qui pro reverentia sancti martyris, dum nollet fieri particeps huius reatus, equos servavit forinsecus. Irrepunt igitur omnes per domus [37] penetralia [38] ac, exertis mucronibus, abbatis stratum ubique investigant [39]. Mirabile dictu, totam paene noctem circumeundo [40] consumunt [41] ac nec unum

Cf. *Prov.* 18,2.

* *Praefixum est lemma in 1a :* De miraculis eiusdem Antonini; *in 1b :* Incipiunt miracula eiusdem ; *nullum in 2; in 3 :* Item unde supra.

[1] intentionem 2. — [2] videatur 1 b. — [3] sermone 1 b, 2. — [4] promissam veritatem 3. — [5] ab antiquis 3. — [6] narratione 1 b. — [7] potuimus 3. — [8] interfuerunt 1 b. — [9] didiscimus 2. — [10] licet 1 ab. — [11] sed 3. — [12] prima 2. — [13] origem 3. — [14] Aymarus 2; Ademarus 3. — [15] zelus 3. — [16] et *add.* 3. — [17] omnibus 2. — [18] *om.* 1 b. — [19] (c. p.) calliditate positus 1 a. — [20] cum *add.* 2. — [21] Iohannes *bis* 3. — [22] minus 1 b. — [23] deflectere 1 a *post corr.* — [24] obstinatus 1 b, 2. — [25] nequitiae 3. — [26] intractabilis 2, 3. — [27] obfirma 2. — [28] cluans 3. — [29] et multa 3. — [30] (i. p.) interprimus 1 b. — [31] vero die et 1 b. — [32] complicens 1 b. — [33] (s. i.) subiunxit 1 b. — [34] (ac sic) acsi 3. — [35] in nece 3. — [36] Tebertus 1 a b ; Tabertus 2. *Cf. infra* [50. 98]. — [37] domos 1 a b. — [38] penetrabilia 1 a, 3. — [39] (u. i.) i. u. 3. — [40] circuiendo 1 a. — [41] consummunt 1 a ; consumant 1 b.

quidem, cum inter eos famuli domus somno indulgerent, ullatenus [42] reperiunt. Agnoscentes vero frustra [43] suum expendere laborem, domum protinus exeunt, infectoque [44] homicidii scelere, maesti ad propria redeunt. Sed ne impune tantum nefas contra sanctum martyrem viderentur [45] praesumpsisse, paulo dierum intervallo clericus ille certamen adversus quendam vicinorum suorum iniit; ubi, exigente culpa, cum omnibus his qui in sacrilego conamine obnoxii tenebantur, vitam infeliciter perdidit. Et merito eorum cadavera [46] vispillonibus [47] post crudelem necem [48] proiciuntur, qui locum sancti martyris non tantum a bono viro expoliari [49], verum etiam cruore nocturno eum inhiaverant foedari. Superfuit vero ille Tetbertus [50], qui equos [51] servavit, culpae innoxius, superna quidem ita, ut remur [52], disponente potentia, ut qui criminis expers [53] habebatur, haud secus et recompensatae ultionis immunis haberetur. Sequenti tamen nocte dum idem miles pro metu insectantium sese quodam in agello [54] sub condenso [55] virgulti nemore [56] fessos [57] per artus [58] quietem ebibisset, ecce per visum astitit ei vir splendidissimus, qui ultra mortalium faciem fulgido ardebat [59] aspectu. Cui licet tanta alacritas vultum perspicue serenaret, paululum [60] tamen irae [61] in fronte contracta videbatur simulare. Qui casu retortam [62] (1) manu [63] gestans ei quasi collo iniciebat [64], praecipitemque immaniter [65] post se rapiebat. Sicque fit ut sub ictu [66] oculi quasi Romae ante quoddam [67] tribunal eum sisteret [68]; ubi inter eximios senatores quendam [69] magistralis potentiae prae ceteris consulibus [70] cerneret [71], in quem omnes subiecti [72] oculorum aciem immobiliter [73] fixam tenerent. Quae [74] potestas in verbis, quaeve [75] severitas in vultu, quae reverentia sit [76] in mandatis, nulli facile est explicare verbis. Hunc profecto [77], sicut postea tremens fatebatur, Romanae sedis apostolum Petrum tota [78] cohors autumabat et ex devoto famulatu praecipuum [79] assignabat. Huic vero postquam ille vinctus ceu criminis delatione [80] accusandus, cunctis per gyrum ora tenentibus, coram statueretur [81], mox percunctanti [82] eius ductori

[42] nullatenus 2. — [43] se *add.* 2. — [44] infestoque 2. — [45] videretur 2. — [46] cadevera 3. — [47] vis pollonibus 1b; inspilionibus 2. — [48] mortem 2. — [49] expoliati 1b. — [50] Tebertus 1a, 2; Tedbertus 3. — [51] (q. e.) quęquos 1b. — [52] (ita ut r.) ita uteremur 1b; vita renuit 2. — [53] expres 3. — [54] (q. in a.) q. viagulo 2; in q. a. 3. — [55] condensi 3. — [56] abscondens *add.* 3. — [57] fessus 1b. — [58] (p. a.) paratus 2. — [59] radiabat 1b. — [60] paulum 3. — [61] iret 1b. — [62] (c. r.) quasi r. 2; casure tortam 3. — [63] manum 2, 3. — [64] initiabat 1ab; iniciebam 2. — [65] inunaniter 2. — [66] subiectu 3. — [67] *om.* 2; quondam 3. — [68] (e. s.) cumsisteret 3. — [69] quondam 1b. — [70] *om.* 3. — [71] (cons. cern.) cern' et cons. 2. — [72] sub ictu 2. — [73] immorabiliter 3. — [74] autem *add.* 3. — [75] - ve *om.* 3. — [76] fuerat 3. — [77] pro certo 1b. — [78] toto 1b. — [79] *ita* 3, *an recte?* perpurum 1ab, 2. — [80] dilatione 1b. — [81] statuitur 3. — [82] contanti 1b; percontanti 3.

(1) Cf. DUCANGE, s. v. *Retorta* 1.

quid [83] de eo [84] agi debeatur [85], ab illo summo arbitro [86] subditur ut extrema mortis sententia puniretur. At ille vestigiis tantae potentiae suppliciter advolutus multa dixit, ut ille abiret excusatus. " Huic [87], „ inquam, domine, aequa libra si rem omnem, ut se habet, perpendis, „ non debentur meritoria quae eis reddidisti, qui profanare voluerunt „ tua sancta loca. Hic [88] nempe nescius ivit; agnita re, procul discessit. „ Talia ergo supplice perorante, iudex ille furorem leniit tandemque se exorari permisit. Tunc ille orator [89], impetrata venia misero, gratias [90] magistro reddidit atque erectus reum illum nexu resolvit. Denique se [91] martyrem Antoninum [92] dulcibus alloquiis ei confitetur, cuius obnixis precibus de fauce mortis, sicut cernere illi fuit, vix eruitur. Post quam confessionem etiam rursus ei comminando intimat ut ostensam visionem comite vita memoriter [93] teneat, clericosque [94] et laicos sui loci, quid [95] cum [6] eo actum est [97], certos faciat. Recedente itaque visione, a somno Tetbertus [98] ille excutitur armigerumque, quo uno erat comitatus, ilico expergefacit remque omnem adhuc valde pavitans [99] ordine revolvit. Hinc vero praecepti [100] martyris non immemor citato calle [101] ad ecclesiam properat nudusque pedes cum cilicio signa visionis omnibus facit credibilia accitisque in unum fratribus, quae et quanta per visum ei ostensa sunt, propalat coram omnibus. Et ne cuiquam incerto [102] veniret quod referebat, beato martyri [103] in reliquum aevum [104] servitio sese mancipat, cuius interventione mortis [105] evadere meruit [106] sententiam [107]. <Magnificemus ergo dominum nostrum Iesum Christum, salvatorem ac recuperatorem omnium, qui cum Patre et Spiritu sancto unus Deus in trinitate vivit et regnat per saecula cuncta. Amen.>

[83] qui 3. — [84] (de eo) deo 1a *ante corr.* — [85] debeat 2; deberetur 3. — [86] arbitrio 2. — [87] Hinc 2. — [88] Hinc 2. — [89] exorator 2. — [90] gratiam 3. — [91] esse *add.* 3. — [92] Annoninum 3. — [93] memoritur 3. — [94] cleicosque 3. — [95] qui 3. — [96] de 1a. — [97] sit 2. — [98] Tabertus 1b; Tebertus 2. — [99] pavitatis 3. — [100] praecepto 2. — [101] valde 3. — [102] in incertum 3. — [103] beati martyris 3. — [104] euum 1ab; eū 2; eum 3. — [105] ortis 1a *ante corr.* — [106] *om.* 2, 3. — [107] *Hic des.* 1ab, 2.

II. Fabulae de nativitate S. Briccii.

Cum apud Gregorium Turonensem (1) *legeretur S. Briccium, falso fornicationis crimine ab impudica muliere impetitum, triginta dierum infantem, quem ab ipso procreatum mentiebantur, suis adiurationibus compulisse ut pro se testimonium diceret, aliquando denique factum est ut fabula illa de Briccii magistro et decessore, id est de S. Martino Turonensi episcopo, narraretur et ita quidem ut infans ille spurius et miraculo loquelae compos ipse Briccius esse fingeretur.*

Huius narrationis postquam brevis quaedam recensio e codice Leodiensi 12, saec. XII, olim edita est (2), *en iam duas paulo ampliores atque antiquiores, easque inter se et rebus et verbis multum similes, inter Martinianae legendae monumenta reponimus.*

Quarum alteram exhibent

1 = *codex Casanatensis 719, saec. XI, fol. 196*^{v} (3),

2 = *codex Lateranensis A. 81, saec. XI, fol. 190-190*^{v} (4).

Altera autem, inconcinno et vix non barbaro sermone composita, in codice Sessoriano nunc 53, fol. 62^{r}*-63, saec. XI/XII descripta est* (5). *Cum autem, codice madore corrupto et a muribus corroso, non pauci loci vix vel ne vix quidem legi possint, eos, ut melius poteramus, vel ope recensionis alterius vel incerta coniectura restituimus.*

A.

Miraculum B. Martini et de nativitate B. Britii[1].

In illis temporibus cum de partibus Pannoniae ad urbem Turonicam beatus Martinus properaret, faciebat multas virtutes, et Dominus declarabat eas. Tunc insurrexerunt omnes senatores et comites insidiantes ei et locuti sunt vana, dicentes : " Unde advenit iste prae- *Ps.* 11, 3.
„ sumptivus vel magus, qui se dicit mortuos suscitare, caecos illumi-
„ nare, leprosos mundare et multas infirmitates varias[2] sanare? „
Tunc congregati sunt omnes insidiatores Turonicae civitatis et[2] artem *Matth.* 26, 3.
quaerebant contra sanctum virum, ut deponerent eum. Cumque non invenissent qua ex causa eum deponerent, ierunt ad meretricem

[1] Natale S. Bricii episcopi. Incipit prologus 1. — [2] *erasum in* 2.

(1) *Hist. Franc.*, II, 1. — (2) *Anal. Boll.*, t. V, p. 316, 16° (= *BHL.* 5639). — (3) Cf. supra, p. 243[108]. — (4) Cf. supra, p. 76[90]. — (5) Cf. supra, p. 111[7].

adulteram et dederunt ei munera copiosa, id est trecentos solidos, ut diceret illa quod sanctus Martinus cum ea concubuisset et ex ipso gravida[3] esset. Puer vero tertia die natus, nomine Bricius. Veniunt[4] autem et ipsi falsi testes, dicentes ad mulierem : " Quia scimus et „ vidimus veraciter[5] copulari tecum, et iste infans suus est. „ Mulier namque clamabat dicens magis ac magis : " Martine, marite „ meus, recipe puerum tuum, quem genuisti. „ Et dixit ei beatus Martinus : " Da mihi puerum. „ Cumque sanctus Martinus accepisset puerum, ait : " Adiuro te, infans, per Patrem et Filium et Spiritum „ sanctum, ut dicas mihi quis est pater tuus. „ In eadem vero hora „ locutus est puer et dixit : " Per ipsum <per[6]> quem me adiurasti, „ et per illum qui te elegit, et per illas virtutes quas tu facis, tu num- „ quam me genuisti, sed Iohannes negotians ipse me genuit, et ab hoc „ die in antea tu eris mihi pater et ego ero tibi filius in Spiritu sancto. „ Multitudo autem populorum venerunt ad hoc miraculum et viderunt mirabilia in [7] infante tertia die nato loquente. Tunc timorem nimium habentes veniam quaesierunt ei, dicentes: " Beatissime Martine, gemma „ sacerdotum, veniam tibi rogamus de hoc quod diximus contra te et „ contra Spiritum sanctum. „ Et dixit[8] beatus Martinus : " Non audi-
Matth. 12,32. „ stis Dominum dicentem : *Qui dixerit contra filium hominis, remittetur „ ei; qui autem blasphemaverit in Spiritum sanctum, non remittetur ei „ neque in hoc saeculo neque in futuro.* Sed tamen voluistis et non „ potuistis. „ Iterum petierunt, dicentes : " Martine famule Dei, da „ nobis veniam, quia peccavimus tibi [9]. „ Beatus autem Martinus accipiens puerulum Bricium baptismatis dono eum regeneravit, sicque postmodum lege divina eum plene instruxit. Dum autem beatus pontifex discessit a saeculo, Bricius loco eius subrogatus est, ipso iubente qui vivit et regnat per omnia saecula saeculorum. Amen.

B.

Epistula sancti Martini episcopi. Quando ad partes Turonicae de Pannonia venturus evenit, ut ostenderet virtutes. Per universam terram faciebat mirabilia et Dominus declarabat ea. Tunc omnes senatores, episcopi et comites surrexerunt; locuti sunt vana, dicentes : " Unde haec talis praesumptio fuisset vel magus exquisitus „ venturus evenit, qui se dicit mortuos suscitare et cecos illuminare, „ leprosos mundare et multas infirmitates sanare. „ Tunc insur- <rexerunt omnes?> cives Turonice, artem <quaerentes adversum?>

— [3] gravidã 1. — [4] venerunt 2. — [5] *add. sup. lin.* 2. — [6] *supplevi.* — [7] *om.* 2. — [8] *add. sup. lin.* 2. — [9] *Hic desinit* 2.

sanctum Martinum episcop<um, ut deponerent> eum. Erat enim mulier qued<am adul>tera dederuntque ei munera, <ut dice>ret quod sanctus Martinus eam impregnasset. Dederuntque ei solidos trecentos. Mulier die tertia peperit filium, nomine Britium; venientesque multi falsi testes, dicentes : " Iste homo, qui se dicit „ pro<phet>am esse, sciatis quia ad mulierem copulatum vidimus, „ et iste infans suus est filius. „ Mulier vero magis cla<mab>at : "Martine, Martine, recipe <puerum> tuum, quem genuisti. „ Tunc perfec <...>Martinus dicens : " Date michi pueru<lum>. „ Accipiens autem illum sanctus Martinus, orans et dicens : " Adiuro te, infans, per „ Patrem et Filium et Spiritum sanctum, ut dicas michi quis est qui " te genuit. „ In illa hora locutus est infans, dicens : " Per illum „ Dominum qui te in vicem suam misit, <et per illas virtutes> quas „ tu facis, tu numquam me <genuisti, sed Iohannes> negotiator genuit „ me, et <ab hoc die tu pater> meus eris in Christo et ego ero tibi „ filius. <... multitu>dines populorum, episcopi et comites <...> videntes infantem die tertia natum <loquent>em, et timuerunt timore „ magno dicentes : " Martine, gemma splendida, beatissime, veniam „ te rogamus. Etenim peccavimus coram te, qui plenus es Spiritu „ sancto. „ Et dixit sanctus Martinus: " Non audistis Dominum dicentem : *Qui peccaverint*[1] *contra filium hominis, remittuntur eis; qui* *Matth.*12,32. „ *autem contra Spiritum sanctum, non remittuntur eis <neque> in hoc* „ *saeculo neque in futuro.* Sed tamen voluistis et non potuistis. „ — " Martine famule Dei, <da nobis> veniam, quia peccavimus tibi. „ <Sacerdotum?> gemma, parce nobis exaudibilis <...> et gloriose, „ parce nobis consolator m<iserorum?> Veniam tibi petimus. „ Tunc beatus Mart<inus...> dixit : " Christus fuit crucifixus <...> „ iratus super eos, nec ego vobis irascar. „

[1] peccaverit *cod. ante corr.*

III. Passio S. Maximi comitis millenarii et sociorum.

Narrationem sermone inculto conscriptam praebuerunt codices tres
1 = *Farfensis nunc sign. 29, saec. IX/X, fol. 94^{v}-97* (1),
2 = *Sessorianus nunc sign. 5, saec. XI, fol. 73^{v}-74^{v}* (2),
2a = *Barberinianus lat. 586 (olim XII. 29), saec. XI XII, fol. 96-96^{v}.*

Ex quibus eam hic edere inverit, ut succedat in locum epitomes illius, quam extremo saec. XIV confecit Petrus de Natalibus (3) *quamque, quia potiora non habebat, ad d. 29 ianuarii Bollandus protulit* (4). *Ultro autem fatemur id dumtaxat commodi inde relaturos lectores, ut in examinanda S. Maximi et sociorum historia non iam rivulum nescio quem, sed ipsum fontem adire possint. Ceterum Passio nostra etsi non omnino iisdem* (5), *certe non minoribus erroribus corrupta est quam quos in epitome reprehendebat Bollandus.*

Age vero, si scriptori nostro aures praebeas, certior fies post mortem (6) *Diocletiani imperatoris († 313), Constantio eius successore (an. 305-306) Romae degente et persecutionem in christianos movente, martyrium fecisse S. Maximum et a S. Marcello papa (an. 307-309) esse sepultum* (7); *post menses autem duos mortuo Constantio successisse Claudium imperatorem (an. 268-270), cuius iussu occisa sit S. Maximi uxor Secunda cum filia Severa et filiis Calendino et Marco. Atqui vel his solis liquet quam exiguae auctoritatis sit Passio. Ut enim enormem errorem chronologicum omittamus, quis fidem tribuat ei qui videatur ignorare Constantium non in Italia, sed in Gallia et in Anglia regimen habuisse, eundemque in christianos benevolum fuisse? Neque certe melius docti erant librarii, qui aliquotiens in duobus recentioribus codicibus, semel etiam in tribus, pro Constantio Constantinum scripserunt.*

Postquam igitur constitit narrationem illam inter Acta sincera computari non posse, restat ut inquiratur unde exorta et ex quibus fontibus

(1) Cf. supra, p. 119 [16, 17]. — (2) Cf. supra, p. 99 [18]. — (3) *Catalogus sanctorum*, III, 41. — (4) *Act. SS.*, Ian. t. II, p. 946-47. Alteram partem huius epitomes attulit P. Aringhus, *Roma subterranea novissima*, t. II (1659), p. 106, ascriptis in margine verbis : *Acta S. Marcel(li) pap(ae)* ; ex quo factum est ut Florentinius et post eum B. Bossue noster Petri epitomen non agnoscerent et hunc locum velut « fragmentum certaminis » S. Maximi « ex codice Vallicellano » depromptum dicerent. Cf. F. M. Florentinius, *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium* (1668), p. 933; *Act. SS.*, Oct. t. XI, p. 436, num. 8. — (5) Videtur Petrus de Natalibus, quibusdam correctis (v. gr. nomine Constantii in Maximianum mutato), conatus esse ut narrationem quadantenus emendaret. — (6) Non noverat vel certe oblitus erat scriptor Diocletianum, postquam anno 305 imperio cessisset, octo annis superfuisse. — (7) Cf. cap. 9 cum c. 1.

sit desumpta. Etsi autem huius utique loci non est hac de re disputare, velim tamen pauca quaedam raptim colligere quae huc spectare videantur. Et primo quidem cum Maximus cum 124 militibus passus et VIII kal. novembris via Salaria sepultus dicatur (c.9), casu factum non esse putaverim ut eodem die in martyrologio Hieronymiano similia sint memoriae tradita :

Cod. Bernensis : Romae via Salaria Maximi et aliorum C. viginti militum, quorum nomina soli Deo cognita sunt, et positi sunt in cimiterio Trasone.

Cod. Wissenburgensis : Romae Maximi et aliorum CXX militum, quorum nomina Deus scit.

Cod. Epternacensis : Romae natale Maximi — et in Sardiñ in turribus Gavini — item Romae CXX militum.

Neque omittendum in eodem laterculo ubique nominari, etsi inter martyres Africanos, Flavianum martyrem (1).

Verum in Passione Maximus cum militibus non solum via Salaria, sed in ipso clivo Cucumeris quievisse et coli dicitur. Cum quo conferendus est locus Passionis S. Hippolyti (2).

Passio Hippolyti (3).

Eodem tempore iussit Claudius... et praecepit exercitui ut educerent eos foras muros portae Salariae in civitate Figlinas [1] et ibidem [2] eos omnes capite caedi [3]. Decollati autem sunt omnes pro Christi nomine numero quadraginta [4] sex extra [5] uxores eorum.

Passio Maximi, c. 9.

Hoc audiens Constantius augustus iratus iussit duci Maximum nudum in via Salaria, ubi milites Christi harenam fodiebant, in oppido Fedina, et ibidem in eodem loco beatum Maximum cum centum viginti quattuor milites suos in amphitheatro omnes iussit

[1] *ita cod.* 5, 14, 18; Fidenis M(ombritius). — [2] ibidemque M. — [3] caederunt M. — [4] *ita cod.* 5, 14, 18; quinquaginta M. — [5] praeter M.

(1) Flavianus vicarius, postea martyr, ex sola Passione S. Maximi notus est. Cf. *Act. SS.*, Ian. t. II, p. 833. Quod illum sub Diocletiano passum recentes scriptores dixerunt, id ex eo factum est quod, cum Passioni in aliis quidem fidem adhiberent, in tempore autem martyrii adhiberi non posse viderent, tempus illud pro libitu mutaverunt. — (2) Conferantur etiam in sententia quae huic loco praecedit, verba illa : *iussit corpus eius in plateam iactari et canibus derelinqui* cum Passione Maximi, c. 12 : *praecepit necari et corpora eorum canibus relinqui.* — (3) Mombritius, t. II, fol. 15, col. 2 med. Quoniam nullam aliam habemus editionem textus genuini (cf. *BHL.* 3961), haec autem minime recta iustave est, verba allata cum tribus codicibus, qui praesto erant, contulimus; qui sunt codices bibliothecae Bollandianae 14, saec. X, 5 et 18, saec. XII. Horum tamen lectiones varias ibi tantum exhibuimus, ubi e re esse videbatur; ceterum Mombritianam editionem exscripsimus.

Quorum corpora noctu collegerunt beatissimi presbyteri Iustinus et Iohannes et sepelierunt in crypta cum multitudine christianorum in via Salaria vetere, in clivo Cucumeris, octavo kal. novembres. Ubi florent orationes eorum usque in hodiernum diem cum aliis centum viginti [6] martyribus; inter quos fuerunt quattuor milites Christi Theodosius, Lucius, Marcus et Petrus.

capitalem subire sententiam... Post biduum autem veniens beatus Marcellus cum Iohanne presbytero collegit noctu corpora sanctorum... et fecit foveam in harenario in ipsa crypta ... et reconderunt cum gloria sub die octava kal. novembris in clivo Cucumeris, ab urbe miliario secundo; ubi florent orationes sanctorum in saecula saeculorum. Amen.

— [6] et uno *add.* 5; uno *add.* M; centum viginti unum *legebat in suo exemplari Beda, cum Martyrologium componebat. Cf.* H. Quentin, Les martyrologes historiques *(1908), p. 81.*

Iam vero non omnino improbabiliter coniciat quispiam ex hoc loco Passionis Hippolyti acceptum esse a scriptore Passionis Maximi Claudium illum imperatorem, qui tam inepte in ista fingitur Constantio successisse (c. 10 sqq). Praeterea 124 milites, qui cum Maximo martyrium fecisse traduntur, forsan simul compositis duabus turmis collecti sunt, altera militum 120 qui in martyrologio hieronymiano laudantur, altera militum illorum 4, quos nominat Passio Hippolyti (1). *Haec ut in re obscura.*

De Secunda, quae Maximi coniux, et de S. Severa, quae eiusdem filia dictae sunt, praeter Passionem S. Maximi soli scriptores recentioris aetatis meminerunt. Quod autem in Passione Maximo ascripti sunt filii Kalendinus et Marcus, in martyrologio autem Hieronymiano die XII kal. decembris coniuncta repperimus eadem nomina : In Spaniis Maximi presbyteri, Kalendionis, Marci, *id casu forsan accidit; mirum tamen casum esse fateamur oportet.*

(1) Cf. *Act. SS.*, Oct. t. XI, p. 435 F. Passionem S. Maximi aliquo modo notam fuisse illi qui Martyrologium Gellonense composuit, libens crediderim. Quod enim ibi legitur : *Roma natalis sanctorum quadraginta sex seu milia centum viginti quatuor* [*Saturnini*] *Maximi*, id praeter illos 46, de quibus in Passione Hippolyti, ipsos milites Maximi in memoriam revocat, mille quibus praeerat, et 124 qui cum eo passi dicuntur; ceterum hi 124 de illis mille erant, non autem ipsis supperaddendi.

VIII kal. novembres. Natale sancti Maximi martyris.

1. Post mortem Diocletiani imperatoris augusti [1], regnante Constanti[n]o augusto, saevissima persecutio facta est christianis [2] in urbe Roma. Et erat quidam prudentissimus [3], nomine Maximus, ex comite milinario [4] (1), christianus ab infantia sua [5], ex parentibus christianis. Hic die noctuque militibus suis legem sanctam christianam exponens erudiebat [6] omnes [7]; de quorum numero convertit [8] centum viginti quattuor, qui etiam [9] baptizati sunt a Marcello episcopo urbis Romae.

2. Eo tempore iussit Constantius [1] augustus Maximum comitem milinarium Centumcellis ambulare et eo loco litus [2] Romanorum custodire cum milites suos [3], qua urguebatur [4] ab hostibus post mortem patris sui [5] (2). Et dum ibi positus esset Maximus comis [6] milinarius, coepit omni die [7] milites suos confortare et de christiana lege erudire, ita ut alii pagani multi [8] per eius doctrinam converterentur et [9] baptismum perciperent [10].

3. Eodem tempore nuntiatum est Constantio [1] quia Maximus [2] multos convertebat. Haec audiens, ira repletus Constantius augustus praecepit [3] Maximum [4] Romam [5] reverti, milites vero eodem loco esse; quibus [6] constituit Claudium comitem. Tunc aliqui milites [7], numero fere [8] centum viginti quattuor [9], christiani [10] secuti sunt comitem suum [11]. Veniens autem in locum quod [12] nominatur

Lemma. — *Ita* 1. Incipit (IIII kal. febr. 2a) passio sanctorum martyrum Flaviani, Maximi, Secundae (et *add.* 2a), Severae, Calendini et Marci (quae celebratur IIII kal. februarias *add.* 2) 2, 2a.

1. — [1] *om.* 2, 2a. — [2] christianorum 2, 2a. — [3] Prudentius 2, 2a. — [4] (ex c. m.) comes miliarius (*corr. man. rec.* millenarius) 2; comes milinarius 2a. — [5] (ch. ab i. s.) ex i. s. ch. 2, 2a. — [6] *om.* 2, 2a. — [7] convertit et erudivit *add.* 2, 2a. — [8] *om.* 2, 2a. — [9] (qua. qui e.) *om.* 2, 2a.

2. — [1] Constantinus 2, 2a. — [2] litos 1; ritus 2. — [3] (c. m. s.) *om.* 2, 2a. — [4] qui urguebant 1. — [5] (p. m. p. s.) *om.* 2, 2a. — [6] comes 2 *corr. man. rec.*, 2a. — [7] (o.d.) cotidie 2, 2a. — [8] (p. mu.) milites mu. p. 2; mu. milites p. 2a. — [9] (c. et) *om.* 2, 2a. — [10] (b. p.) acciperent b. 2, 2a.

3. — [1] Constantino 2, 2a. — [2] comes *add.* 2. — [3] (multos ... praecepit) *om.* 2; (Maximus... praecepit) *om.* 2a. — [4] *om.* 2. — [5] Roma 2. — [6] rex *add.* 2a. — [7] (a. m.) m. aliquanti 2, 2a. — [8] *om.* 2, 2a. — [9] qui *add.* 2, 2a. — [10] facti fuerant *add.* 2, 2a. — [11] Maximum *add.* 2, 2a. — [12] qui 2, 2a.

(1) Nota sunt nomina comitis militum, comitis rei militaris atque millenarii seu etiam ducis millenarii. Sed « comitem millenarium » quempiam dictum esse non memini. — (2) Videtur existimasse scriptor Eutropium Constantii patrem in regendo imperio partes habuisse.

Pigris [13] (1), ibidem cogitans [14] de domo sua vel [15] amore Domini [16] Iesu Christi, quasi taedio occupatus est. Hoc audiens uxor eius, nomine Secunda [17], cum filia sua [18] Severa et filios suos [19] Calendinum [20] et Marcum [21], pergit [22] ad virum suum Maximum; quem invenit [23] febribus maceratum, et [24] milites eius centum viginti quattuor ibidem cum ipso invenit. Qui dum vidisset uxorem suam vel filios, nimio gaudio relevatus [25] sanus factus est Maximus [26].

4. Haec [1] et his similia agente Maximo, nuntiatum est Constancio augusto. Post dies fere viginti tres praecepit Constantius augustus deduci ad se Maximum. Tunc Maximus relinquens uxorem [2] suam cum filiis suis in eodem loco, qui vocatur Pigris; Secunda igitur uxor Maximi in eodem loco die [2] noctuque cum quodam presbytero [3] in hymnis et [4] orationibus et ieiuniis [5] epulabatur cum filiis suis [6]. Veniens autem Romam Maximus, iussit eum Constantius [7] augustus in Fidenas oppidum [8] harenam fodere cum militibus suis centum viginti quattuor [9]; cuius tamen facultates [10] sine interrogatione [11] fisco sociavit, et [12] iussit Constantius augustus ut ipse Maximus una cum militibus suis centum viginti quattuor aequo pondere harenam portantes desudarent.

5. Eodem tempore veniebat [1] ad Maximum Lucianus episcopus cum Theodoro presbytero, et [2] noctu celebrans mysterium Domini [3] Iesu Christi, sic eum vel milites suos [4] confortabat. Hoc [5] autem factum est quasi mensibus novem. Cumque macerarentur sub [6] dolore et sudore, recordatus est Constantius augustus de Maximo, cum construeretur exquisita[m] nympha[m] aquae, ubi nomen imposuit Caesarum, et fabricam construeret in eodem loco; hoc praecepit ut

— [13] Pigrus 2, 2a. — [14] cogitantes 2. — [15] de *add.* 2, 2a. — [16] *om.* 2, 2a. — [17] (u. e. n. S.) Secunda (Secundam 2) u. e. una 2, 2a. — [18] (f. s.) filiis 2; filiis suis videlicet 2a. — [19] (et f. s.) *om.* 2, 2a. — [20] Kalendinum 2; Secundino 2a. — [21] Marco 2a. — [22] venit 2, 2a. — [23] (q. i.) quae i. eum 2. — [24] (et...invenit) *om.* 2, 2a. — [25] repletus atque 2, 2a. — [26] *om.* 2, 2a.

4. — [1] (Haec... Maximum) Audiens autem Constantino Augustino (-stus 2a) iussit Maximum at se adduci 2, 2a. — [2] (uxorem... die) in Pigrus (Pigro 2a) uxorem suam et filios, qui die (cotidie 2) 2, 2a. — [3] (q. p.) quendam presbyteros 2. — [4] (h. et) *om.* 2, 2a. — [5] (o. et i.) i. et o. 2, 2a. — [6] (c. f. s.) *om.* 2, 2a. — [7] Constantinus 2a. — [8] (F. o.) o. Fedinas 2; o. Fędinas 2a. — [9] (h. f. c. m. s. 124) c. 124 milites suos arenam fodire 2; c. 124 m. s. arenam f. 2a. — [10] facultatem 2, 2a. — [11] (s. i.) *om.* 2, 2a. — [12] (et... desudarent) *om.* 2, 2a.

5. — [1] veniebant 2. — [2] *om.* 2, 2a. — [3] *om.* 2, 2a. — [4] (e. v. m. s.) eos omnes 2, 2a. — [5] (Hoc... novem) *om.* 2, 2a. — [6] (sub... eius) per menses novem et desudarent arenam (arena 2) collo suo omnes portantes 2, 2a.

(1) Id est Pyrgi, oppidum haud procul a Centumcellis; prope aderat oppidum quod Sanctae Severae dicebatur. Cf. A. Coppi, *Dei castelli di Pirgi, S. Severa...* in Dissertazioni della pontificia Accademia Romana di archeologia, t. VIII (1838), p. 77 sqq. *Pignus* legit vel saltem scripsit Petrus de Natalibus.

Maximus cum militibus suis collo veheret et diu in labore desudaret, cum <.....?> et lignum in collo vehens monstratus est Constantio augusto. Quem ut vidit, coepit fervere Constantius augustus contra Maximum et milites eius [6], et iussit ut [7] singuli custodiae mancipa-
5 rentur. Tunc deridens Maximus Constantium augustum dixit [8] : " Domine Iesu Christe [9], respice in opera tua. „ Et [10] eadem hora *Ps.* 89, 16.
missus est in custodia privata [11] Mamertini [12].

6. Post dies vero quindecim iussit cuidam Marco tribuno ut publica auditione [1] audiretur Maximus. Qui [2] Constantius augustus hoc
10 praecepit Marco dicens : " Si non consenserit praeceptis nostris et sacrificia non optulerit [3] consueta [4], exstingue eum. „ Eadem hora iussit Marcus [5] in foro Mamertini [6] sibi tribunal parari et eum [7] sibi offerri [8]. Et ita eum [9] adgreditur, dicens [10] : " Comis [11] Maxime, „ quomodo amens factus es, ut deseras deos et quaeras alium [12]? „
15 Maximus respondit : " Ego quaero quod iustum et verum est, si „ tamen merear [13]. „ Dicit ei Marcus tribunus : "Indica nobis quid [14] „ est verum. „ Maximus dixit [15] : " Verum hoc est ut Christum „ Dominum [16] caeli et terrae confitear [17], et [18] derelinquam [19] „ lapides [20] manu [21] facta idola surdą [22], quae [23] nec sibi nec aliis [24]
20 „ prosunt [25]. „

7. Dicit ei Marcus tribunus [1] : " O homo multorum annorum „ comis [2], nonne per te militiam [3] et nomen gloriae ego accepi? „ Vel [4] hoc considera quia [5] non est dignum ut ego te iudicem. „ Respondit Maximus [6] cum lacrimis et dixit [7] : " Non me [8] tu iudicas,
25 „ sed peccata mea me [9] iudicant. „ Marcus tribunus dixit : " Modo „ quidem audi me et consule tibi; nam peries [10]. „ Maximus dixit : " Ego non pereo [11], sed vivere desidero. „ Marcus tribunus dixit : " Offer sacrificium, et vive. „ Maximus respondit : " Vere tu amens „ effectus es, ut dicas : « Adora lapides et vive. » Ego [12] Dominum
30 „ Deum caeli [13] adoro et ipsi offero me ipsum in sacrificium. „

— [7] iterum *add.* 2, 2a. — [8] (de. M. C. a. di.) di. M. 2, 2a. — [9] *om.* 2a. — [10] *om.* 2a. — [11] pribata 1. — [12] Mamurtini 1.

6. — [1] ratione 2, 2a. — [2] (Qui ... dicens) Et 2, 2a. — [3] optuleris 2. — [4] diis 2, 2a. — [5] tribunus *add.* 2, 2a. — [6] Mamurtini 1. — [7] Maximum 2, 2a. — [8] praesentari 2, 2a. — [9] (i. e.) cum 2; cum praesentatus fuisset 2a. — [10] ei *add.* 2, 2a. — [11] comes 2, 2a. — [12] deum *add.* 2, 2a. — [13] (t. m.) mens mereor 2; mente mereor 2a. — [14] qui 2; quod 2a. — [15] respondit 2, 2a. — [16] (Ch. D.) Deum 2, 2a. — [17] confiteas 2; confitearis 2a. — [18] *om.* 2. — [19] derelinquas 2, 2a. — [20] et idola *add.* 2a. — [21] manuum 2; hominum *add.* 2, 2a. — [22] et muta *add.* 2, 2a. — [23] qui 2. — [24] (n. s. n. a.) n. a. n. s. 2. — [25] possunt aliquid de bonis praesentari 2, 2a.

7. — [1] (D. ei M. t.) M. t. d. 2, 2a. — [2] comes 2, 2a. — [3] malitia 2. — [4] ex *add.* 2, 2a. — [5] quae 2. — [6] (R. M.) M. r. 2, 2a. — [7] (c. l. et d.) *om.* 2, 2a. — [8] (N. me) Nonne 2a. — [9] *om.* 2. — [10] (n. p.) ne pereas 2, 2a. — [11] pereor 2. — [12] enim *add.* 2a. — [13] et terrae *add.* 2, 2a.

8. Et eadem hora iussit Marcus tribunus exspoliari eum[1] et fustibus caedi. Et cum[2] diu caederetur, clamavit dicens : " Domine Iesu „ Christe, miserere mihi peccatori. „ Hoc audientes milites Maximi, qui harenam fodiebant[3], coeperunt omnes una voce cum lacrimis clamare, dicentes[4] : " Domine Iesu Christe, miserere[5] servis tuis et „ libera servum tuum Maximum de tormentis. „ Et[6] eadem[7] hora caecus factus est Marcus[8].

9. Hoc audiens Constantius[1] augustus iratus iussit duci Maximum[2] nudum[3] in via Salaria, ubi milites Christi harenam fodiebant[4], in[5] oppido Fedina, et ibidem in eodem loco beatum Maximum[5] cum centum viginti quattuor milites suos[6] in amphiteatro[7] omnes iussit capitalem subire sententiam et, missos mille milites alios[8], in eodem loco[9] desuper poni ligna[10] et[11] corpora sanctorum[12] incendi praecepit, reliqua[13] corpora sub divo dimitti. Post biduum[14] autem veniens[15] beatus Marcellus cum Iohanne presbytero collegit noctu corpora sanctorum vel cineres[16] militum et[17] sancti Maximi, et fecit foveam in harenario in[18] ipsa crypta ubi harenam fodientes laborabant, et[19] reconderunt[20] cum gloria sub die octava[21] kal. novembris in clivo[22] Cucumeris, ab Urbe miliario secundo[23]; ubi florent orationes sanctorum in saecula saeculorum. Amen[24].

Nonas iunias. Gesta uxoris et filiorum sancti Maximi[1].

10. Post menses vero duo[1] moritur Constantius augustus, et sumit regnum[2] Claudius[3], et[4] coepit curiose quaerere christianos, et multos eodem tempore[5] cruciavit, et in flumen[6] iactavit alios atque alios[7] in fovea[8] necavit[9]. Tunc nuntiatum est Claudio augusto[10] quod uxor

8. — [1] (M. t. ex. eum) eum ex. M. t. 2, 2a. — [2] dum 2, 2a. — [3] fodibant 2. — [4] (c. d.) dicere 2, 2a. — [5] misere 2. — [6] *om.* 2, 2a. — [7] autem *add.* 2, 2a. — [8] tribunus *add.* 2, 2a.

9. — [1] Constantinus 2a. — [2] Màximus 2. — [3] *om.* 2, 2a. — [4] fodibant 2. — [5] (in ... Maximum) et ubi 2; et ibi 2a. — [6] militibus suis 2a. — [7] amthiteatrum 2. — [8] (mis. mille mil. a.) iussit a. mille mil. 2, 2a. — [9] includi (inclaudi 2) in arenario et *add.* 2, 2a. — [10] (p. l.) l. mitti 2, 2a. — [11] ut 2a. — [12] (c. s.) eos 2, 2a. — [13] (r. c. s. d. d.) *om.* 2, 2a. — [14] (P. b.) *om.* 2, 2a. — [15] (a. v.) v. a. 2, 2a. — [16] cineris 2. — [17] sepelivit (sepellivit 2) corpus *add.* 2, 2a. — [18] (in ... laborabant) *om.* 2, 2a. — [19] ibi eos *add.* 2, 2a. — [20] recondivit 2; recondidit 2a. — [21] IIII 2, 2a. — [22] clybo 1; loco qui dicitur 2, 2a. — [23] (ab U. m. s.) m. s. ab U. Roma 2, 2a. — [24] (in s. s. A.) *om.* 2, 2a.

[1] *Lemma om.* 2, 2a.

10. — [1] mense v. secundo 2; mensem v. secundum 2a. — [2] eius *add.* 2, 2a. — [3] Claudium 2. — [4] *om.* 2; qui 2a. — [5] (e. t.) cruciari, alios extruxit (reclusit 2a), alios occulte noctu 2, 2a. — [6] flumine 2. — [7] (at. al.) *om.* 2, 2a. — [8] foveam 2, 2a. — [9] negavit 2. — [10] *om.* 2, 2a.

Maximi[11] cum filiis suis[12] in quodam loco[13] Pigris[14] moraretur; et misit in eodem loco quendam[15] Flavianum vicarium, ut exquisita thesaura darent et[16] sacrificarent[17] diis. Quod si non facerent[18], suppliciis et[19] diversis generibus tormentorum exalarent[20]. Veniens autem Flavianus vicarius[21] in eodem[22] loco, ubi[23] erat uxor Maximi, nomine Secunda, cum filiis suis Severa, Kalendinum et Marcum, et praecepit eos sibi offerri; et eadem hora dixit[23] Secunda ad milites qui eam tenebant[24] : " Rogo vos per Deum caeli[25], ut una hora[26] „ detis[27] mihi indutias[28] in conspectu vestro[29]. „ Qui dixerunt ei : " Fac quod vis[30]. „ Tunc beata[31] Secunda cecidit[32] in faciem suam orans Dominum; et dum orasset[33], emisit spiritum. Hoc cum vidissent[34] milites, timuerunt et nuntiaverunt hoc factum[35] Flaviano[36].

11. Tunc iratus Flavianus iussit sibi praesentari filios[1] Maximi et Secundae; et cum venissent in conspectu Flaviani, dixit ad eos[1] : " Audite[2] quid[3] iusserit Claudius Augustus[4], ut devulgetis[5] thesau- „ ros[6] parentum vestrorum et sacrificia offeratis[7] diis. „ Severa respondit : " Si desideras, devulgamus[8] tibi thesaura nostra et paren- „ tum nostrorum[9]. „ Flavianus dixit : " Et ego hoc desidero. „ Severa respondit : " Si[10] credis, multum thesaurum invenies. „ Flavianus dixit : " Moram ne facias, sed ostende mihi quae dicis. „ Severa respondit : " Prius humiliare Domino Iesu Christo[11], et ostenduntur[12] tibi[13] „ thesaura sempiterna[14]. „ Hoc[15] cum dixisset Severa, iratus est et dixit Flavianus[15] : " Si modo non ostenderis[16] thesauros sub oculis[17], „ te exalare praecipio[18]. „ Severa respondit : " Tu firma animum tuum,

— [11] (u. M.) Maximus 2a. — [12] filios suos 2. — [13] (q. l.) *om.* 2, 2a. — [14] Pigrus 2; Pigro 2a. — [15] (in. e. l. q.) *om.* 2, 2a. — [16] (e. th. d. et) exquireret thesaurum Maximi (cum filios suos *add.* 2) et eum tolleret, et uxor eius cum filiis suis 2, 2a. — [17] sacrificaret 2a. — [18] sacrificaverint 2, 2a. — [19] *om.* 2. — [20] (d. g. t. e.) tormentis eos deficerent 2; tormentis perirent 2a. — [21] (F. v.) v. F. 2. — [22] *om.* 2, 2a. — [23] (ubi... dixit) qui dicitur Pigrus, iussit sibi praesentari Secundam (Secunda 2) cum filios suos (filiis suis 2a) Severa, Kalendinum (-no 2a) et Marcum (-co 2a). Dixit autem 2, 2a. — [24] timebant 2a *ante corr.* — [25] et terrae *add.* 2, 2a. — [26] (u. h.) horam unam 2. — [27] donetis 2, 2a. — [28] inducias 2; indutiam 2a. — [29] ut (ego *add.* 2a) orationem faciam *add.* 2, 2a. — [30] volueris 2, 2a. — [31] *om.* 2, 2a. — [32] (cecidit... Dominum) prostravit se in oratione (-nem 2a) 2, 2a. — [33] oraret 2a. — [34] (H. c. v.) Videntes autem hoc 2, 2a. — [35] *om.* 2, 2a. — [36] Flaviani 2.

11. — [1] (filios... eos) Severam (-ra 2), Kalendinum et Marcum. Quibus dixit 2, 2a. — [2] me et *add.* 2, 2a. — [3] quod 2a. — [4] *om.* 2; facite *add.* 2a. — [5] (ut d.) ut detis 2; videtis 2a. — [6] thesaurum 2, 2a; vos *add.* 2. — [7] offeretis 2. — [8] ostendimus 2, 2a. — [9] (th. n. et p. n.) theaura p. nostrorum et nostra 2; thesauros p. nostrorum 2a. — [10] (si... respondit) *om.* 2, 2a. — [11] Dominum Iesum Christum 2. — [12] ostendentur 2a. — [13] *om.* 2. — [14] theaura s. 2; thesauri sempiterni 2a. — [15] (Hoc... Flavianus) Flavianus dixit 2, 2a. — [16] (m. n. o.) n. o. m. 2, 2a. — [17] (th. s. o.) ipsum thesaurum (theaurum 2) praesentem (in praesenti 2a) 2, 2a. — [18] (te e. p.) exiliari praecipiam 2; te faciam spiritu<m> exhalare 2a.

„ ut[19] credas Domino Iesu Christo[20], et si tibi non ostendero thesaura „ sempiterna[21], quomodo tibi placuerit interfice[22] me. „ Dicit ei Flavianus[23] : " In qua virtute aut praetextu[24] credam, nisi prius videro " quae cupio? „ Severa respondit: " Age paenitentiam[25], quia nesciens " adorasti idola manu[26] facta. „. Flavianus dixit : " Facio quicquid[27] „ dixeris. „ Tunc dicit ei Severa[28] : " Ergo pariter oremus[29]. „

12. Cumque positis genibus pariter orarent[1], subito apparuit angelus Domini stans et manum tenens[2] super capita eorum. Tunc coepit clamare Flavianus[3] et dicere : " Oculis meis vidi angelum Domini et „ thesaura innumerabilia[4]; de qua re scias me credere[5] Domino „ Iesu Christo, quem tu praedicas[6]. „ Et coepit rogare beatam Severam[7] ut baptizaretur. Eodem tempore, accersito[8] beato Theodoro[9] presbytero, baptizavit[10] Flavianum noctu cum omni domo sua promiscui[11] sexus tam viris quam mulieribus numero sexaginta quinque. Hoc audito, Claudius augustus[12] misit Centumcellis noctu et ibi[13] in domo sua fecit gladio puniri. Decollatus est autem beatus Flavianus quarto[14] kalendas febroarias[15]. Beata[16] vero Severa cum germanis suis Kalendino et Marco in eodem loco, quod nominatur[17] Pigris[18], iuxta[19] mare, miliario[20] ab urbe Roma tricesimo quinto, plumbatis praecepit necari et corpora eorum canibus relinqui[21]. Et veniens[22] quaedam[23] matrona, nomine Savina, collegit corpora[24] et sepelivit in eodem loco sub die[25] nonas iunias[26] (1); ubi[27] florent orationes eorum[28] et beneficia ad laudem domini nostri Iesu Christi, qui salvos facit martyres suos in[28] saecula saeculorum. Amen.

— [19] et 2. — [20] (D. I. C.) in Deum (Dominum 2a) Iesum Christum 2, 2a. — [21] (th. s.) theara s. 2; thesauros sempiternos 2a. — [22] interficere 2. — [23] (D. ei F.) F. dixit 2, 2a. — [24] praetextum 2, 2a. — [25] veram *add.* 2, 2a. — [26] manuum hominum 2, 2a. — [27] omnia quae 2, 2a. — [28] (T. d. ei S.) S. respondit 2, 2a. — [29] ut et ego *add.* 2; tu et ego *add.* 2a.

12. — [1] (Cumque... orarent) *ita* 2, 2a; Et eadem hora Flavianus cum Severa et Kalendino et Marco *ita* 1. — [2] tenens *add. in marg.* 1; (s. et m. t.) et posuit m. 2, 2a. — [3] (coe. cl. F.) F. coe. voce magna cl. 2, 2a. — [4] thesauros innumerabiles 2a. — [5] (de q. re s. me c.) et ideo credo 2, 2a. — [6] credis 2, 2a. — [7] beata Severa 2. — [8] (E. t. a.) Tunc adducto 2, 2a. — [9] Theoro 2. — [10] beatum *add.* 2, 2a. — [11] (promiscui... mulieribus) inter viros et mulieres p. s. 2, 2a. — [12] Claudio augusto 2. — [13] ibidem 2, 2a. — [14] quarta 2, 2a. — [15] februarias 2, 2a. — [16] (Beata... Marco) Eo tam vero Severa cum fratres suos Calendinum et Marcum 2; Severam autem cum fratribus suis Kalendino et M. 2a. — [17] (q. n.) *om.* 2, 2a. — [18] Pigrus 2; Pigro 2a. — [19] iux 2. — [20] (miliario... praecepit) miliaria triginta quinque ab u. R. praecepit plumbatis mortis 2; miliario ab u. R. t. q. pr. pl. morte 2a. — [21] (c. r.) a canibus iactari ad comedendum 2, 2a. — [22] (Et v.) v. autem 2, 2a. — [23] quidam 2; *om.* 2a. — [24] sanctorum *add.* 2, 2a. — [25] (s. d.) Pigrus 2; Pigro 2a. — [26] ianuarias 2a. — [27] cotidie *add.* 2, 2a. — [28] (eorum... in) sanctorum per omnia 2, 2a.

(1) Cf. *Act. SS.*, Iun. t. I, p. 417 E.

IV. Translatio S. Iacobi apostoli in Gallaeciam.

Litterarum spuriarum, quibus Leo papa nescio quis translationem S. Iacobi testatur, tres notae erant recensiones; quarum antiquissimam ostendit v. cl. L. Duchesne (1) *esse narrationem* BHL. *4060, aeque barbara lingua et absonis commentis mirabilem; quae vitia ab altera* BHL. *4059, eaque recentiore neque maiore fide digna, prudenter sublata sunt; accedit tertia* BHL. *4061, quae res non verius quidem, prorsus tamen aliter refert ac duae priores.*

Quibus adiungendam censemus quartam, quae in codice Casanatensi 1104, fol. 6ᵛ-7ᶜ, saec. XII descripta est (2). *Quae cum ad antiquissimam illam* BHL. *4060 tum sermone rustico, tum ipsis rebus narratis propius accedat, quamvis recentior forsan videri possit, non pauca tamen singularia profert, ut non abs re videatur illam integram exhibere.*

Translatio sancti Iacobi apostoli in Galliam.

Leo episcopus, servus servorum Christi, omnibus occidentalibus credentibus in Domino. Innotescimus qualiter transvectum est corpus beati Iacobi apostoli ex Ierusolima in Galliam, divina Dei gubernante providentia. Fuerunt enim [eius] religiosi ac mire sanctitatis prediti septem quidem eius discipuli, quorum tribus eorum nomina edicimus, Torquatus, Tysefons, Anastasius; quattuor vero consociorum eorum nomina ignoramus. Tunc quidem, sancto Spiritu monente eosdem septem Domini apostoli discipulos Iacobi, ut ex mausoleo Ierusolymitane urbis per opaca noctis silentia tollerent corpus eiusdem apostoli et deportarent illum ad mare. Itaque facto medie noctis silentio, perrexerunt Torquatus et Tysefons et Anastasius cum aliis quattuor eorum socii <s> ad mausoleum predicte Ierusolymitane urbis, in quo iacebat predictum sanctum domini apostoli corpus, et exinde levaverunt illud cum summa reverentia, et illud quidem deportaverunt usque ad portum, sicut et sancto Spiritu fuerant edocti. Illic enim classem preparatam invenerunt cum omnibus artificibus suis ab angelo Domini; in qua posuerunt sacrum corpus apostoli et, gubernante eos dextera Domini, infra septem quidem dies devenerunt in finibus Galitie inter Ulia Gethsar (3), et ibidem morarunt aliquantis diebus. Tunc repentino spera e celo

(1) *Saint Jacques en Galice*, in Annales du Midi, t. XII (1900), p. 166-72. — (2) Cf. supra, p. 252³. — (3) Id est *inter Ulla et Sar*, inter quos rivos situm erat oppidum Iria, ad quod appulisse fertur navis. Cf. Duchesne, t. c., p. 170.

venit radians sicut sol (1), quae ex rate substulit sanctum corpus apostoli et per aerem deportans per duodecim milia passuum usque ad montem qui vocabatur Illicinus. In quo ingens draco manebat, ubi nullus homo adire vel appropiare audebat, quia flatu suo omnes interficiebat, et confinia illarum terre spatia omnes a flatu illius infirmabant. Sed ut ibidem presens sanctissimum corpus apostoli Iacobi evenit, ille immanissimus draco ibi manere non ausus fuit, sed per precipitia percurrens demersit se in lacum profundissimum; ubi ex tunc et deinceps nusquam comparuit. Unde ab illo die incole terre illius mons Ilicinus [1], in quo requievit sanctum corpus apostoli Iacobi, devitarunt nomen illius et Sacrum Mons illum cognominant. In quo et fecerunt ei Galli ecclesiam mire magnitudinis, et recondiderunt in <sanctua>rio [2] sanctissimum corpus apostoli Domini Iacobi; et <post modic>um [2] tempus et ipsi sanctissimi tres eius discipuli ibidem repausaverunt, id est Torquatus et Tysefons et Anastasius, et a catholicis viris humati sunt in locellis marmoreis, et positi sunt in eadem ecclesia iuxta sanctissimum corpus apostoli. Alii autem quattuor consocii eorum discipuli sancti apostoli ammoniti quidem sunt per Spiritum sanctum, ut remearent ad urbem Ierusolimam. Et dum venerunt ad mare, sicut prius invenerunt navem preparatam a Domino, et sic remearunt ad predictam urbem Ierusolymam, et ipsi ibi quieverunt, ad laudem et gloriam domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

[1] mons Silicinus *cod.* — [2] *lacerata infima pagina desunt aliquot apices, quos coniciendo supplevimus.*

(1) Cf. narrationem *BHL.* 4060 : *Et sic inde levatum est corpus eius centro solis in aera;* quem locum forsan a librario corruptum esse coniecit DUCHESNE, p. 169.

V. Inventio et miracula S. Secundini martyris Atinensis.

Narrationem istam, licet momenti non magni, ideo tamen typis mandandam duximus, quod nullum aliud de S. Secundino nobis servatum est monumentum scriptum. Sancti nomen, tacentibus cunctis martyrologiis, profert solus Ferrarius (1), *qui tamen nullum diem indicat quo Secundinus colatur. De corpore quidem, quod in ecclesia Sanctae Mariae Atinensi servabatur, ante medium saec. XIII invento et translato libellus, quem proferimus, utcumque lectorem docet; de ipso autem sancto nil nisi fabulas easque valde ieiunas libellus idem exhibet: Secundinum cum S. Marco episcopo et aliis a S. Petro apostolo Atinam esse missum. Haec sola, neque ea valde firmiter. Ita enim scriptor :* creditur fuisse transmissus; *rationemque illius opinationis ipse affert :* sicut ex ipsa revelatione sumitur argumentum. *Ex hac autem revelatione, id est narratione inventionis S. Secundini, illud dumtaxat argumenti desumimus S. Petro cuidam monacho apparente et corpus martyris revelante S. Secundini reliquias esse inventas; quo argumento quid conficiatur, equidem non video.*

Inventionem, quae Gregorii IX papae († 1241) temporibus facta dicitur, narravit scriptor qui se rebus gestis profitetur aequalem (2). *Quamvis autem nomen suum non tradiderit, fuerunt qui nescio quam ob causam illum Petrum Atinensem, cancellarium Gregorii IX pontificis, fuisse docerent. Primus id affirmasse videtur vel saltem noscitur Marcus Antonius Palombo, in cuius verba iuravit Bonaventura Tauleri* (3), *a quo vicissim rem acceperunt scriptores recentiores* (4).

Libelli exemplar a Constantino Caietano O. S. B., diligentissimo illo monumentorum hagiographicorum collectore, acceperat Baronius, a Baronio autem collegae eius, presbyteri Oratorii Romani. Ita enim annotatum est in principio apographi saec. XVII qui servatur in codice Vallicellano H. 12 (5) *: " Ex Baronio, qui habuit a domno Constantino Caietano. „ Ex quo apographo narrationem ineditam* (6) *eamque fine mutilam iam depromimus.*

(1) *Catalogus sanctorum Italiae* (Mediolani, 1613), in indice topographico. — (2) Prol. : *visa et non audita descripsimus.* — (3) *Memorie storiche dell' antica città d'Atina* (Napoli, 1702), pp. 201, 313. Marcum A. Palomba laudat idem p. 246 et in principio libri, in monito « à virtuosi lettori ». — (4) V. gr. Mazzuchelli, *Gli scrittori d'Italia*, t. I, 2, p. 1205. — (5) Cf. supra, p. 431[7, 11]. — (6) Paucos versus protulit Bonav. Tauleri, op. c., p. 314.

f. 55.

Inventio * et translatio corporis beati Secundini martyris Atinensis (1).

Incipit prologus.

Quia spiritus mendax non est idoneus ad testimonium, nec habet locum in conspectu illius qui frangit omne mendacium, quoniam veritas est, de revelatione reliquiarum beati Secundini martyris vera et non ficta, visa et non audita descripsimus ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, qui est mirabilis et potentissimus in sanctis suis et benedictus in saecula saeculorum. Amen.

Explicit prologus. Incipit Inventio.

Beato itaque Gregorio nono tenente apostolatum et regnante invictissimo Federico Romanorum imperatore (2), Ierusalem et Siciliae rege, mense madii talis divinitus revelatio est ostensa. Sed antequam rei series denotetur, hoc accedit ad causam, ut veritas certior habeatur, civitatem Atinam dudum inter urbes italicas non minus dignitate quam potentia rutilasse; de qua ille poetarum eximius inter sua carmina legitur cecinisse :

VERG. *Aen.* 7,630. *Arma parant Atina potens Tiburque superbum.*

Ipsa tamen gentilitatis errore devio tenebatur; ad quem [1] propulsandum viri fortes de numero sanctorum, evangelizantes mysterium fidei et Iesum crucifixum, transmissi fuerunt a beato Petro, qui dogmatizabat Romae cum discipulis suis aeternum Verbum Dei de virgine incarnatum. Inter quos sanctus iste, de quo verba leguntur, creditur fuisse transmissus, sicut ex ipsa revelatione sumitur argumentum. Nam sanctus Marcus, natione galilaeus, qui a Galilaea usque Romam beatum Petrum, utpote magistrum discipulus, secutus fuerat, ipsius iussione ad subvertendum gentilitatis errorem Atinam accessit oboediens, ideo quia praedicabat Iesum Christum crucifixum et perforatum clavis, in cruce confixus et ipse clavis, truncato capite, pal-

* (Inventio... Atinensis) *Ipsum hoc lemma ex exemplari, ut videtur, Atinensi exscripsit Bonav.* TAULERI, *op. c., p. 313-14.*

[1] quam *cod.*

(1) In margine apographi scriptum est : *1242, 16 mai* atque idem annus in annotatione libello subiuncta (cf. infra p. 486) est indicatus. Hoc tamen anno inventionem non factam esse ab ipso scriptore docemur, qui tradit eam Gregorio IX vivente († 1241) contigisse. — (2) † 1250.

mam fuit martyrii assecutus (1). Ibidem Nicander et Marcianus gloriosi martyres et quam plures alii, prout veteres tradunt historiae, pro Iesu Christo sanguinem effuderunt (2). Unde in eodem loco ad honorem beati Marciani fuit constructa ecclesia, quae usque ad haec tempora, etsi vetusta, persistit integra, et ab illo loco praedictorum martyrum Nicandri et Marciani corpora translata fuerunt ad alias regiones (3). Inde fuit etiam corpus beatissimi Marci martyris translatum in Atinam, ipsius urbis antistitis, in qua Deo non parvum populum acquisivit. Verum, ne longa et vitiosa fiat verborum transgressio, ad materiam unde agimus revertamur.

Accidit itaque quod, cum eo anno, quo revelatio tam gloriosi pignoris facta fuit, | quidam sacerdos brevis staturae, nomine f. 55v. Alexander, in praedicta Sancti Marciani ecclesia ministraret et ad excolendum hortum ipsius collateralem foderet, iuvene quodam assistente sibi ad laboris exercitium, invenerunt casualiter sepulturam humana ossa intrinsecus continentem; qui dum subtus foderent et cautius, instrumento fossorio praestante recte sub illa tinnitum, inventa est inferior sepultura odoris spirans fragrantia, in qua martyris ossa beata cum quodam ampulla vitrea coagulati sanguinis servabantur. Ea quidem hora nimium derepente mutatus est aer, quia claritas in obscurum, serenum in nubilum; facta sunt tonitrua humanas terrentia mentes et qui fodebant plus omnibus timuerunt. Nam, ut testatur catholicus ille philosophus, omnis subita rerum mutatio non sine quadam animorum fluctuatione contingit. Tunc sacerdos et iuvenis haesitare coeperunt, quidnam hoc esset inter se multimode conferentes, et, ne forte thesaurus alius putaretur, cesserunt, exorantes illum cui nihil est absconditum, ut huius rei mysterium aperiret. Nocte vero sequenti vir quidam religiosus sacerdos et monachus, nomine Leo (4), qui morabatur in quadam specu praerupta, ubi quoddam oratorium in honore individuae Trinitatis studiose construxerat, talem promeruit visionem. Cum enim oculos dedisset sopori et membra quieti, vidit se videre tres viros, quorum unus tertio vocavit eum, dicens sibi : " Frater Leo, cras summo dilu- „ culo festinabis ad ecclesiam Sancti Marciani et, inventis ibi reliquiis „ Secundini martyris, transferes illas in domum meam. „ Cui frater Leo : " Quis est, domine? „ At ille sibi : " Ego sum Petrus, hi autem „ Nicander et Marcianus. „ Denique ad eum frater Leo : " Domine, „ non novi locum. „ Et Petrus : " Locum invenies consignatum. „ Mane autem facto, coepit frater Leo cum quodam socio super visione

Cf. Ovid. *Met.* 1, 55.

Boetius, *Cons. phil.* II, prosa I.

(1) Cf. *Act. SS.*, April. t. III, p. 548-61. — (2) Cf. *ibid.*, Iun. t. III, p. 266-78; t. VI, p. 198-201. — (3) Cf. *ibid.*, Iun. t. III, p. 269-70, num. 12 sqq. — (4) Ad hunc locum annotaverat Const. Caietanus : « Beatus hic Leo monachus fuit socius coenobii Casinensis, ut ex instrumentis Sanctae Trinitatis Atinae notavi. »

illa dubitative quodam modo habere tractatum; et dum sic colloquerentur ad invicem, iuvenis ille cognatus Alexandri sacerdotis, qui adfuerat in inventione tumuli et reliquiarum, divinitus excitatus divertit ad locum ubi erat frater Leo et causam inventionis et modum fratri Leoni exposuit seriatim. Illico frater Leo, omni haesitatione postposita, sperans visionem non suo effectu carere, festinus pergit ad locum et prius in invocatione sancti Spiritus cum multis astantibus missae celebrato mysterio, timorosus et cum lacrimis ingreditur cum quodam religioso, qui divino instinctu serio [2] illuc advenerat, odoriferam sepulturam; laetus tamen spiritu, quia detegebatur mysterium
Matth. 10, 26. visionis et quia nihil opertum quod non reveletur, nihil occultum
f. 56. quod non sciatur. | Subito clamor factus est cum ingenti laetitia; fit concursus populi ad sepulcrum. Sed cum adhuc multorum animus vacillaret pro eo quod non comparebat titulus, et ante inventionem ad vocem revelantis apostoli fuisset nomen expressum, cum multa instantia quaeritur infra sepulturam. Tandem, peractis desideriis, invenitur quidam lapis latericius ita continens : SECUNDINI MARTYRIS BEATAE RELIQUIAE. Ex tunc omni iocunditate omnique laetitia respersus est populus, in hymnis et laudibus tam beata pignora honorantur. Verum afferesis capitis habebatur; diminuta videbatur tanti muneris gratia, et ideo pro inventione capitis orationes et vota solvuntur (1). Cumque foderetur ex latere, mirum in modum facta est ibi sensibiliter terrae commotio quasi quidam particularis terrae motus, ita quod omnes astantes fuerint horribiliter consternati. Quid plura, inventum est caput Secundini martyris; reliquiis fit laetitia integrata; pernoctant[ur] ibi pervigiles, fiunt laudes
Hebr. 1, 7. usque ad diem alterum, in quo, Deo procurante, qui facit angelos suos spiritus et ministros suos flammam ignis, Nuscitanus episcopus habebat transitum et quasi a Deo missus ad beatas divertit reliquias cum gaudio; et multum devote suscipiens illas [et [3]] tentavit propriis manibus cum omni clero et populo ad quandam ecclesiam ab antiquo in honore beati Petri constructa<m> praedictae reliquiae deferuntur [4]. Et quia non videbatur locus idoneus et tutus tam pretiosum retinere thesaurum, praetereunte nocte, die sequenti ad ecclesiam Sanctae Mariae deportantur, et ibi manent reconditae sub altare; ubi usque ad haec tempora beneficia supplicantibus erogantur, et ubique locorum invocantibus nomen tam gloriosi martyris suffragia sunt in promptu. Nec hoc est praetereundum duo apparuisse probabilia tam famosi martyris probantia sanctitatem. Primum est quia in quolibet

— [2] sero ? — [3] *deletum linea subducta.* — [4] *aliquid deesse videtur.*

(1) Recordari iuverit in S. Marco Atinensi id etiam accidisse ut primo inveniretur solum corpus, postea caput.

arctu corporis subtractio est inventa; aliud quod in ecclesia Sanctae Mariae de Atina beati Secundini extat imago, in qua ex appositis dudum luminaribus adustionis apparet nigredo; per quae duo monstratur celebrem fuisse apud mentes fidelium reverentissimum Secundinum. Agamus ergo gratias omnipotenti Deo, qui plebem ecclesiae Atinatis gemino patrocinatu munivit, primo in beato Marco, secundo in glorioso Secundino, ut res suo vocabulo alluderet et fierent nobis in duobus patronis subsidia contra hostium impugnationes et contra diabolum rugientem. Agamus iterum gratias, quod utrumque sanctorum per viros habentes nomen fortitudinis extitit gentibus manifestum. | In quo evidenter ostenditur quod ad fortitudinem f. 56v. nostram tam fortes milites sunt inventi. Agamus tertio gratias semper, quod istorum sanctorum beneficia nobis non desunt in virtute domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in <saecula> saeculorum. Amen (1).

Miracula S. Secundini martyris Atinatis. f. 64.

Tunc temporis in ecclesia Sanctae Mariae de Atina gerebat praepositurae dignitatem magister Ioannes de Vinea (2), vir magnae probitatis et litteraturae; qui cum non esset praesens in depositione reliquiarum, in reditu suo tulit valde moleste quae facta fuerant sine ipso. Unde perturbatus et incredulitatis vacillans vitio, volebat excludere reliquias a loco ubi erant reconditae sub altari. Sed qui mare coercet et impetum in rationem permutat, praepositum a proposito revocavit. Nam idem praepositus paulo post infirmitate correptus vidit in somnis in illo infirmitatis articulo beati Secundini suffragium implorare. Cui beatus Secundinus : " Tu iniuriis me afficis et vis „ eicere corpus meum et sanari postulas? „ Exinde dictus praepositus discutiens in mente sua illam imaginariam visionem, sinistra opinione in fidem mutata, sanus factus est; coepit credere indeque, inventa in ecclesia Sanctae Mariae imagine gloriorissimi Secundini martyris, quae usque tunc incognita fuerat, totus tractus est ad devotionem martyris gloriosi. Quod quidem, si recte pensare volumus, a Domino factum est, quia indignum erat illum in bonae fidei veritate aut quid simile vacillare, quia erat caput ecclesiae; et cum membrorum continentia descendat a capite, sicut ramorum vitium a radice pullulans defluit in membra capitis iactata dolentis, defluit in ramos vitium radicis amarae. Praelati enim, qui firmamenti nomine designantur,

(1) Annotavit librarius miracula S. Secundini « quae hoc loco sequebantur in ms », requirenda esse « post sex folia, videlicet fol. 64 ». — (2) De eo Bonav. TAULERI, op. c., p. 246, qui virum ex hac sola narratione novit.

debent esse firmi et stabiles, ut firment in sensu et fide subditos et
*Matth.*16,18. minores. Unde dictum est Petro[1] : *Tu es Petrus et super hanc petram*
f. 64v. *aedificabo ecclesiam meam,* | id est super fidei firmitatem.

Magister qui scripsit haec omnia, qui vidit multa et audivit de sanctitate huius beatissimi martyris, a dolore lateris per emissionem lapidis extitit porrectione precum ad ipsum celeriter liberatus.

Idem in equo quasi mortuus fuit illico exauditus.

Quidam adolescens, cum affligeretur quartana, porrectis precibus, a patre beato Secundino fuit illico exauditus, et adolescens a vexatione quartanae extitit post vota mirabiliter liberatus.

Gualterius de Rocca Albensi amiserat partem dextri lateris; qui, audita revelatione beati Secundini martyris, accessit ad locum Sanctae Trinitatis, ubi erat frater Leo, cui facta fuerat revelatio, et multa compunctione cordis rogavit ut subveniret infirmitati suae per merita beatissimi Secundini. Tunc frater Leo post celebratam missam ad honorem ipsius martyris, fusa oratione pro illo infirmo, reliquiis beati Secundini aqua conspersis, aquam ipsam infirmo dedit in potum, et statim restitutum est sibi latus. Cumque sanus rediret ad propria et multum laetus, antiquus hostis divinae potentiae detractor et aemulus miraculum quod est actum . divinitus in naturale nisus est permutare more suo, qui semper benefacta pervertit. Nam suo instinctu movit illum credere non divinae sanctitatis potentia liberatum fuisse, sed naturae potius actione. Sed quod factum est ut fallax diabolus falleretur. Idem Gualterius, perdita in
II *Petr.* 2,20. eo fidei firmitate, totum latus perdidit, et sic facta sunt ei ultima deteriora prioribus. Tandem miser ille mente confusus et pudore depressus exposuit cognato suo illud sinistrum accidens; qui eum admonuit ut ad eundem fratrem Leonem reverteretur. Ad quem veniens corde contrito et multa lacrimarum effusione infidelitatem suam confessus est. Frater autem Leo misericordia motus iterum missam pro illo infirmo in honorem beati Secundini celebravit atque rursum reliquias eius aqua conspersit et illam languenti in potum dedit. Quo facto, in pristinam sanitatem restitutus est atque laetus et sanus remeavit ad sua; et deinde semper tantum beneficium in memoria habuit.

Inventum est autem[2]...

[1] Petra *cod.* — [2] *In cod addita sunt haec :* Reliqua desiderantur in ms. Sed in proprio Historiae non dissimili caractere haec nota solum habetur : « 1242 » (1).

(1) Cf. supra, p. 482, annot 1.

INDEX SANCTORUM

Eulogii Memoriale SS. : Vallic. H44. 8. 12, H910.

Jacobilli (Ioh. Bapt.) de Fulginio, Vite di varii servi di Dio : Vallic. I 18-21.

Legenda aurea : SPetr. E18, E19; Sessor. 104, 107; Vitt. Emm. Varia 12 (p. 126); Angel. 22541; Casan. 395, 529, 662, 1727; Chis. C V 129, G IV 130; Corsin. 364, 1144; Vallic. H36.

Liber de miraculis, operibus ac conversatione sanctorum : Sessor. 731.

Martyrologii hieronymiani breviarium : Vallic. XXI, f. 270-302.

Martyrologium Bedae : SPetr. H. 581.

Abbacyrus. — *Vid.* Cyrus.

Abbibus m. — Passio : SPetr. A512. — *Vid. etiam* Samonas.

Abdon et Sennen mm. — Passio *B.* 6 : Farf. 3224; Vallic. G986 (*Vid. etiam.* Polychronius). Eiusdem epitomae : SPetr. A399, A7101, A8114, A9114; Vallic. H1811. — Ex Adone : Later. A6774; Casan. 1410 16.

Abraham et Maria. — Vita *B.* 12 : Farf. 55; Casan. 6209, 18989; Vallic. XII15, XXII6, B847, C5510. — Alia versio : SPetr. A241.

Abundantia v. Spoleti. — Vita : Alex. 9128.

Abundius et Abundantius mm. — Passio *B.* 16 : Vitt. Emm. Jes. 2662. 3 (p. 129); Corsin. 88315. 19; Vallic. H953, H101. — Passio alia : SMar. B61; Vitt. Emm. Jes. 2661 (p. 129). — Translatio *B.* 18 : Vitt. Emm. Jes. 2662 (p. 129); Corsin. 88316; Vallic. H954, H101.

Acacius et soc. 10000 mm. — Passio *B.* 20 : Later. A7978. — Passio *B.* 20b : Alex. 9391. 92. — Passio alia : SPetr. A237. — Alia : Sessor. 4940; Vallic. H2516. — Alia : Farf. 3219.

Adalbertus ep. Pragensis. — Vita *B.* 37 : Sessor. 4913; Alex. 9229; Vallic. G999, H251.

Adelelmus ab. Burgensis. — Vita : Vallic. H8,39.

Adventor, Octavius, Solutor mm. — Passio *B.* 85 : Alex. 9129; Vallic. H950.

Aegidius ab. — Vita *B.* 93 : SPetr. A412; Later. A7816, A8085; SMar. A74, B52; Vallic. H2524. Eiusdem epitomae : SPetr. A3122, A7119, A8143, A9143; Vallic. VII198. — Vita *B.* 95 : Alex. 955. — Vita

---

Non abs re erit, ut lector facilius quod quaerit inveniat, hic indicasse a qua catalogi pagella incipiant recenseri praecipuae codicum series :

Bibliotheca
- Alex(andrina) a p. 131.
- Angel(ica) a p. 201.
- Casan(atensis) a p. 215.
- Chis(iana) a p. 271.
- Corsin(iana) a p. 277.
- Farf(ensis) a p. 117.
- Later(anensis) a p. 49.
- SMar(iae Maioris) a p. 81.
- SPetr(i in Vaticano) a p. 1.
- Sessor(iana) a p. 97.
- Vallic(ellana) a p. 289.

B = *Bibliotheca hagiographica latina.*

alia : Vallic. XXIV[19], XXV[57], XXVI[12]. — Epitome : Vallic. XVI[16].

Aemilianus Cucullatus. — Vita *B.* 100 : Alex. 99[11].

Aemilianus ep. Faventiae cultus. — Miracula : Vallic. H3[26].

Aemilianus Armenus ep. m. in Umbria. — Passio *B.* 107 : Alex. 91[45. 46].

Afra m. Augustana. — Conversio et Passio *B.* 108, 109 : SPetr. A2[38]; Later. A81[118]; Farf. 29[56].

Agape, Chionia, Irene vv. mm. — Passio *B.* 118 : Later. A79[41]. — *Vid. etiam* Chrysogonus.

Agapitus papa. — Ex Lib. pont. : Vallic. VII[85]. — Iter CPtanum *B.* 123 : Vallic. I 34[12].

Agapitus m. Praeneste. — Passio *B.* 125 : SPetr. A4[32]; Later. A80[17], A81[32]; SMar. B[41]; Sessor. 5[76]; Angel. 1266[22]; Casan. 719[49]; Vallic. H6[15]. Eiusdem epitomae : SPetr. A3[113], A7[114], A8[132], A9[132]; Farf. 32[11]. — Ex Adone : Later. A67[84]; Casan. 457[18]; Vallic. VII[181].

Agapius, Secundinus et soc. mm. — Passio *B.* 131 : Alex. 93[20]; Corsin. 777[23].

Agatha v. m. — Passio *B.* 133-136 : SPetr. A2[26]; Later. A78[28]; SMar. A[39]; Sessor. 5[22], 48[14]; Casan. 713[2], 718[39], 726[28]; Vallic. I[39], III[28], IV[12], V[35], VI[43], IX[3], X[13], XVII[17], H16[16], H18[6], H20[4]. Eiusdem epitomae : SPetr. A3[51], A6[44], A7[38], A8[37], A9[37]; Vallic. VII[63], C13[19]. — Ex Adone : Later. A67[23]. — Translatio *B.* 139 : Vallic. H3[36], H20[3]. — Miracula *B.* 140 : Vallic. H3[36], H20[3]. — Officium translationis : Chis. D V 73.

Agatho papa. — Ex Lib. pont. : Vallic. VII[34].

Agnellus ab. Neapoli. — Miracula *B.* 150 : Later. A81[117]; Chis. F IV 91[1] ?; Corsin. 777[20]; Vallic. III[6], VI[11], H9[3]. — Carmen *B.* 151 : Later. A81[117]; Corsin. 777[20].

Agnes v. m. — Passio *B.* 156 : SPetr. A2[19]; Later. A79[18]; SMar. A[31]; Sessor. 4[1], 5[14], 48[10]; Casan. 718[27], 726[21]; Vallic. I[33], III[25], IV[9], V[28], VI[35. 38], X[8], XV[1], B84[6], H25[2]. Eiusdem epitomae; SPetr. A3[43. 46. 47], A6[39], A7[30. 33. 34], A8[28. 31. 32], A9[28. 31. 32]; Later. A67[17. 20. 21]; Vallic. VII[50. 54. 57], C13[16]. — Laudatio *B.* 158, 158 a : Vallic. VI[39]. — Carmen *B.* 159 : Vallic. H7[1]. — Passio *B.* 164 : Casan. 118.—Ex Legenda aurea : Alex. 91[31].

Agrippina v. m. Romana. — Vita et translatio : Vitt. Emm. Jes. 61[4] (p. 128).

Agrippinus ep. Neapol. — Miracula *B.* 174-177 : Corsin. 777[19]; Vallic. H9[13].

Aigulfus ab. Lerinensis.—Vita *B.* 193 : Alex. 95[10].

Albanus rex Ungariae. — Vita *B.* 201 : Angel. 140; Vallic. B75[1], G95[1].

Albina v. m. — Passio *B.* 233 : Alex. 96[50]; Corsin. 883[25]; Vallic. H8, 1[48].

Albinus ep. Andegav. — Vita *B.* 234 : Vallic. H13[31].

Aldemarius mon. Casin. — Vita *B.* 251 : Vallic. H12[4].

Alexander papa, Eventius et soc. mm. — Passio *B.* 266 : Later. A79[56]; SMar. A[53]; Sessor. 5[35], 49[18]; Casan. 718[63]; Vallic. I[51], XXV[10], H16[37], H25[3], I 34[3-5]. Eiusdem epitomae : SPetr. A3[65. 118], A6[59], A7[54]; Vallic. VII[97. 194], XXIII[3]. — Ex Adone : SPetr. A8[63], A9[63]; Later. A67[36].

Alexander m. Bergomi. — Passio *B.* 275 : Vallic. H9[32]. — Passio *B.* 276 : Later. A81[39]; Sessor. 5[79]; Casan. 719[57].

Alexander ep. Faesulanus. — Acta : Sessor. 5[49].

Alexander m. Pydnae. — Passio *B.* 280 : Farf. 29[26].

Alexius. — Vita *B.* 286 : SMar. B[5]. Eiusdem epitome : Vallic. VII[142]. — Vita *B.* 287 : Casan. 1408[24]. — Vita *B.* 290 : Casan. 719[20]; Vallic. XXII[14], XXIV[10]. — Vita alia : SPetr. A4[3]. Eiusdem epitomae : SPetr. A3[88], A6[84], A7[87], A8[98], A9[98]. — Vita alia : Later. A81[4]. — Vita alia : Vallic. X[34].

Alpais v. Cudotensis. — Vita *B.* 306 : Sessor. 126.

Alphius, Philadelphus, Cyrinus mm. — Passio : Vallic. H4[25].

Alpinus ep. Catalaunensis. — Vita *B.* 310 : Angel. 1269[36].

Amasius ep. Teanensis.— Vita *B.* 354 : Alex. 91[41]. — Vita *B.* 355 : Vallic. H18[16], H28[2].

Ambrosius ep. Cadurcensis.— Vita *B.* 372 : Vallic. G99[3], H18[27].

Ambrosius m. Ferentini. — Passio *B.* 376 : Vallic. H11[3].

Ambrosius ep. Mediol. — Vita *B.* 377 : SPetr. A5[9], D175[1]; Later. A80[78], A81[111]; SMar. A[6]; Sessor. 5[1], 7[8], 48[22]; Casan. 718[4], 1104[12]; Vallic. I[45], III[5. 46], VI[4], VII[7. 8]. Eiusdem epitomae : SPetr. A3[26], A6[14], A7[7], A8[8], A9[8]; Later. A67[5]; Vallic. C13[3].

